



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>



DULCES ANTE OMNIA MUSAE.



A. P. IDOU.



*Scraphina Giovanni del. et sculp. in Roma.*







IO. RVDOLPHI ENGAV, D.  
CONSIL. AVLICI SAXON. CODICIS ET NOVELL. P.P.O. CVR. PROV.  
ET FACVLT. IVRID. ASSES. SCABINORVMQVE COLL. SENIORIS

ELEMENTA  
IVRIS CRIMINALIS  
GERMANICO-CAROLINI

EX GENVINIS FONTIBVS DEDVCTA

VARIIS

OBSERVATIONIBVS ET FORMVLIS  
ILLVSTRATA

ATQVE

COMMODA AVDITORIBVS METHODO  
ADORNATA

QVIBVS NOVAS QVASDAM OBSERVATIONES  
ADDIDIT

D. IO. AVGVST HELLFELD

P. P. O. ET CONSIL. AVL. SAXON.

---


EDITIO SEXTA.



*Cum Priu. Elect. Saxon.*

I E N A E

SVMPTIBVS VIBVAE CROEKERIANAE  
M D C C L X V I I .







## LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

D. IO. AVG. HELLFELD.

**E**lementa iuris criminalis B. ENGAVII, quem praeceptorem et collegam post fata adhuc veneror, iurium criminalium cultoribus ita se commendarunt, ut non solum apud nos, sed in aliis quoque Germaniae academiis, praelectionum vstibus adhiberi soleant. Distractis igitur quintae editionis exemplaribus, ne libellus utilissimus in officinis librariis frustra desideraretur, vidua Croeckeriana, honestissima femina, cui ius vendendi scripta Engauiana legitime est adquisitum, nouam, eamque auctiorem, prodire voluit editionem. Quam ob rem suum mecum communicauit consilium, simulque, ut, quae mihi utilia viderentur, adderem libello, rogauit. Suscepi laborem, ea tamen ratione, ut nihil plane et ne verbum quidem ex iis, quae sunt Engauii, mutarem, sed solum quibusdam adderem paragraphis notulas signo † distinctas, quae partim illustrant, partim suppleunt Engauianam. Ea praesertim addidi, quae ex iure Romano et sa Constitu-




P R A E F A T I O.

*tio Carolina recepit. Quamuis enim me haud fugiat, ius Iustinianicum in materia delictorum plura sistere capita, quae apud nos nullam praestant utilitatem, nec ignorem, ineptam iuris Romani ad nostra fora applicationem multos produxisse errores; hoc tamen affirmare non ausim, nullum plane iuris Romani in iurisprudencia criminali esse usum. Ipsum ius Carolinum in pluribus articulis nil definit, sed vnice ad ius Romanum remittit, illudque confirmat, ideoque ius Germanicum criminale, nisi ius Romanum in subsidium vocatur, in multis capitibus mancum et tanquam referens sine relato est. Inde nunquam mihi placuit auctoris nostri consilium, qui superstitioso iuris patrii amore captus, vnico excepto loco, omnes leges Romanas ex suo proscribendas censuit compendio, suasque probationes magis ex statutariis et particularibus Germaniae iuribus, quam ex communi iure, desumere voluit. Hunc defectum quodammodo supplere, laborem non plane inutilem duxi. Ne vero nimiis iuris Romani allegationibus manes B. Engauii turbarem, pauca, eaque solum adieci, quae in ipsa Constitutione Carolina sunt approbata, et usu apud nos recepta. Haec sunt, quae circa nouam editionem libelli monenda habui.*

*Vale, mihi que fauere perge. Ienae Kal.*

*Octobr. C1D1CCCLVI.*

LECTO.



# LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

IO. RVD. ENGAV.

**I**urisprudentia criminalis, cuius elementa iam sisto TIBI, BENEVOLE LECTOR, multos cultores nacta est, felices alios, alios infelices. Horum exercitum ducunt, quotquot fontibus insalutatis, rivulos turbidos confectantur, atque negligunt leges crimina vindicantes, dum, ut graculi faciunt, alios, praesertim praecipitantes suos, quosque in templo Themidos habent principes, sequuntur, eorumque dicta adorant temere, crepantes illud: *αυτος εφρα*. Quorum opinionem certe repro-

X 3

## P R A E F A T I O.

probandam, saltem imminuendam esse nemo est, qui nesciat. Semper enim attendere debes, quid quisque dixerit, non vero, quis dixerit. Illud : *αυτος εφα*, scientiis admodum nocet, impeditque, quominus inuestigari queat veritas. Tantum enim abest, ut satellites singulare quicquid praestent, ut potius non possint non augere numerum errorum ducis et significari, quem sequuntur. Vnde olim illae lacrymae, illae infaustae opiniones, quibus vel integerrimi innocentissimique in manus licitorum et carnificum inciderunt; illae iniustissimae sententiae, quibus auctus est criminum exceptorum numerus.

Ab his, quos praeiudicia occaecarunt, proximi sunt illi, qui, dum studiosi tantum institutionalium et Pandectarum collegiis interfuerunt, nec postea, in quantum vulgus differat ab eruditis, cognoscere voluerunt, solum ius Romanum habent verum, sanctum, prudensque, contra Germanicum frigidum, iniquum, insipidumque. Ad horum straminea argumenta respondere, superuacaneum esse duco,

## PRAEFATIO.

co, quum ea iam refellerint HEI-  
RECCIUS a), LUDOVICUS b) alii-  
ne. Nequeo tamen, quin vel vnico  
verbo significem, quod multa crimina a-  
ter sese habeant et puniantur in Germa-  
na, quam velint Romanorum leges,  
quodque in vna tantum vel altera facti  
specie ad Romana iura prouocet Carolina  
nemesis,

Tertium locum inter infelices iur.  
crim. doctores et interpretes attribuo il-  
lis, qui germanica iura, quae quidem ag-  
noscunt, tamen vel ad sensum peregrin-  
orum iurium, vel antiquitatum et histo-  
riarum lumine, disciplina morali aut ar-  
te ratiocinandi et interpretandi plane de-  
stituti, interpretantes applicant.

Quarta denique sede sedent, qui iuris  
criminalis prudentiam tradituri, peruer-  
se, ne dicam imprudenter, seruant ordi-  
nem,

---

a) praef. ad *Elem. Iur. Germ.* Tom. I.

b) praef. ad C. G.

## P R A E F A T I O,

nem, quem ipsa natura rerum respuit, alphabeticum puta, vel alium inordinatum. Nonne hi coguntur crimina vnius eiusdemque fontis disiungere, et quae diuersae sunt originis, coniungere, praeter prius docere, quam theoriam? et quae sunt alia plura.

Sufficiant haec de infelicitate, qua criminalia iura tradunt quidam interpretes. Ad occasionem et methodum, qua haec conscripsi elementa, iam propero. Sub initium semestris praeteriti me, iura criminalia praelecturum, in euitanda modo dicta infelicitate scribendo periculum facere iusserunt Generosissimi et Nobilissimi Auditores mei. Horum, quippe quibus vitam operamque meam consecraui, iussus coegit me arripere calamum, eo-que fugituo haec elementa, tanquam primas lineas iurisprudentialis criminalis, a me in posterum edendae, conscribere. Quid in hoc praestiterim opere: num Charybdim euitaturus in Scyllam incidirim? an vero vitia, quae omnibus vitanda duco, vitauerim? librorum in lucem

## P R A E F A T I O .

cem editorum iudices, iique eruditi, prudentes, aequi et humani, iudicent. Illud tamen quin adducam nequeo, quod in adornando hoc opere eas mihi ipse leges dixerim, ut 1) gentium peregrinarum instituta non delibans prescius germanorum mores traderem ac pro virili illustrarem; 2) ut ius Romanum haberem subsidiarium, germanicum vero primum, et 3) huius fontes salutarem, 4) iis, quantum fieri posset, instructus adminiculis, quibus opus videretur; 5) ut Ictorum libros, tanquam interpretum, non vero legislatorum consulerem, et 6) in nullius verba iurarem. Stiti 7) cuiusque criminis naturam, poenam, nec non suppeditari causas, quae hanc mitigent exasperentue, illam vero destruant. Porro, quia iurisprudentia scientia practica, non speculativa est, atque tritura forensis saepe tyrannizat, a iustis aberrans regulis: satius esse duxi 8) docere, in quibus praxis cum theoria conveniat, nec ne. Dein quantum pro instituti ratione fieri potuit, 9) prudentiam iudicis in inquirendo, fiscalis in accusando et monendo, atque defensoris in deducenda


P R A E F A T I O.

rei innocentia docui, nec non 10) quas-  
dam formulas addidi. Caeterum his la-  
boribus frueri, erroribus ignosce, mihi  
faue et perpetuum vale, LECTOR  
ERVDITE ac BENEVOLE. Da-  
bam Ienae d. xviii. April.

M D C C X X X V I I I.



PRAE-



PRAEFATIO  
EDITIONIS SECUNDAE ATQUE  
TERTIAE.

---

ERVDITO LECTORI

S. P.

**E**lementa Iuris Criminalis, Germanico-  
Carolini, quae ante aliquot annos edi-  
di, iam fere noua accipe, **BENE-  
VOLE LECTOR.** Etiam non solum ea,  
quae obscuritatis quodammodo accusa-  
bantur, perspicua et in vulgari prudentia  
sita reddidi, itidem, quae inter se apta et  
connexa non videbantur, in naturalem re-  
degi ordinem, atque principia suis princi-  
piatis

)( ) 3



P R A E F A T I O.

piatis omnino respondere iussi, sed et ali-  
quid, atque adeo multum, vbique de no-  
uo addidi, vt cuilibet patebit, qui hanc  
editionem cum prima vel in vno capite col-  
laturus est, atque hoc simul quod obseruet,  
se habere putat, me non pauca, quae in  
prima editione §. §. erant complexa, iam in  
notas transtulisse, quum has maximam par-  
tem vel iurisprudentiae criminali antiquae  
et hodiernae particulari vel doctorum dispu-  
tationibus consecrarem. Indicem rerum et  
verborum confeci copiosiorē, atque formu-  
lis quibusdam ad regulas meas compositis in-  
struxi appendiculam. Breuitatis, distinctae,  
tamen concisae, vbique studiosus fui, vt ne-  
que iustos compendii limites excederem,  
neque obscurus fierem, neque lectoribus  
aut interpretibus meditandi vel praelegendi  
ocasionem praeriperem. Sic paucis expli-  
catum habes, quid praestiterim. Vnicum  
verbum addo: Vale, mihi que fauere per-  
ge, **LECTOR BENEVOLE. Dab.**

Ienae d. xxii. <sup>Sept.</sup>  
<sub>April.</sub>

MDCC <sup>XLII.</sup>  
<sub>XLVIII.</sub>

**LECTO.**



LECTORI  
HONORATISSIMO

S. P.


---

**E**LEMENTA mea IVRIS CRIMINA-  
LIS, quae quarta vice iam in lucem  
prodeunt, non solum in dissertatione prooe-  
miali, libr. I. tit. II. III. V. VII. XV. XIX.  
XX. XLVIII. libr. II. tit. X. XXIV. XXV.  
et multis alijs in locis aucta emendataque,  
sed ita quoque, vt §. §., quibus antiqua vel  
prouincialia iura traduntur, a reliquis, si-  
quidem

P R A E F A T I O N O V A.

quidem illas minutioribus literis, quas vel  
§. 97. sq. 194. sq. 197. sq. 212. 214. 244.  
libr. II. §. 26. sq. 34. sq. 219. sq. conspice-  
re potes, excudi curavi, facile discer-  
nere queas, impressa, nec minus pluribus  
formulis adornata esse, binis verbis prae-  
fari, atque simul abs TE, BENEVOLE  
LECTOR, velis hunc libellum, meque  
illius auctorem, antiquo favore prosequi,  
ea qua par est observantia, petere ac con-  
tendere licebit. Dabam Ienae d. IV.

Apr. A. O. R. MDCGLIII.



Q. D. B. V.



# DISSERTATIO PROOEMIALIS

DE  
IVRISPRVDENTIAE CRIMINALIS  
NECESSITATE, SVBSIDIISQVE,

---

## §. I.

**I**us criminale est complexus legum, morum <sup>Iuris Crimi-</sup> statutorumque, res et processus crimina-<sup>nalis</sup> les determinantium.

## §. II.

Diuiditur in *patrium* et *peregrinum*, illud-<sup>patrii, si non</sup> que iterum (1) in *publicum* \* et *priuatum*, (2) in *uniuersale* et *particulare*.

\*) Hoc variis limitibus circumscriptum et innumeris fere dubiis vexatum, proptereaque caute tractandum esse, tradunt b. TREVER pr. *de iure criminali publico* S. R. I. *cautissime diiudicando*. Consult. CRAMER d. *de delictis et poenis statuum imperii*.

## §. III.

*Peregrinum*, quod saluis moribus rece-<sup>peregrini,</sup> ptum est, in *Romanum* abit et *Canonico-Pontificium* \*. *Romano* multa, quae scitu necessaria, vix tanguntur, ac, praeter singularem iu-  
*Engau lus Crimin.* A di-

diciorum formam, variumque pro varia aetate reip. Ro. procedendi ordinem a), haec et illa continentur a moribus gentium Germanicarum b) differentia. *Iure Canonico-Pontificio* plerumque forum internum dirigitur, et solae fere poenae statuuntur ex poenitentiis ortum trahentes.

\* *Mosaicum*, quod addunt alii, lubens praetereo. Non enim magis receptionis quam promulgationis vi nos obligat.

#### §. IV.

prudencia

Ius Criminale interpretandi \*, et ad obtinentes factorum illicitorum species eo, quo decet, ordine adplicandi \*\* habitus, *iurisprudencia criminalis* dicitur.

\* Lex, vel manca vel obscuris ambiguisque verbis conscripta, quandoque ex authentico et perfecta orationem continente rubro vel suppletur vel explicatur. LINCKII d. de rubro, nigro et albo. Exemplo esse potest L. Frik V, 1.

\*\* Ordo hic est: ut, si ius patrium particulare deficiat, prius vniuersale, illiusque analogia, attendatur adpliceturque, quam ad iura peregrina recurratur.

#### §. V.

necessaria est.

Quam didicisse iuuabit vnumquemque, qui futurus est *aduocatus, auditor*, quem vulgus vocat, *iudex, doctor* aut *professor academicus*, quippe quorum nullus sine illius cognitione munus suum tueri potest.

#### §. VI.

a) POLLETVS bistor. fori de criminib. l. 48. tit. 13. c. 6. Ro. IV, 7. SIGONIVS de iudiciis II, 4. seq. MATTHARI C. C.

## §. VI.

Iuris autem criminalis *interpretatio*, et-  
 enim de doctrinali agimus, modo *gramma-* <sup>Interpreti  
subuenit  
a. philologia,</sup>  
*tica* est, modo *dialectica* c). Illius cultori  
 subuenit (1) *non vulgaris cognitio lingua-*  
*rum*, quibus scriptae sunt leges, speciatim  
*latino-barbarae*, et *germanicae*, huiusque tam  
*pristae* quam *hodiernae*, quippe quae ad ob-  
 scuritatem istarum legum, quae verbis \*  
 phrasibusue \*\* obsoletis et prorsus antiqua-  
 tis conceptae sunt, dispellendam facit cer-  
 tissime d).

\* V. C. VULGATA L. Sax. tit. 1. §. 5. FORRESNI  
 L. Fris. tit. 2. THIVEDA Ead. tit. 3. Deuphait Spec.  
 Sued. art. 198. ed. SCHANNAT gebundene Lage I.  
 P. S. II, 10. Sued. art. 117.

\*\* V. C. mit blychenden Schyne und gichtigen Mund  
 de. Charta de A. 1441. ap. DATT de P. P. IV, 3. p.  
 745. alte Westphäl. Geriches Ordn. ap. HANN.  
 coll. monum. To. II. p. 603. 618. auf den Heiligen sich  
 susziehen, mit dem Beuufte überwinden x.

## §. VII.

Quumque significatus variarum vocum <sup>b. ars etymo-  
logica et</sup>  
 germanicarum in legibus antiquis \* et me-  
 dii-aeui \*\* occurrentium, harum originibus  
 rite inuestigatis, demum cognoscantur f):

A 2

iuris-

- c) *Elem. Jur. Germ. lib.* *borum in iure significat.*  
 I. §. 8. seq. f) ECCARD *hstor. stud.*  
 d) THOMASIVS *cauz. iur.* *axymol. linguae germanicae*  
 c. VII. §. 22. 23. HOFF- *impenſp. 314. LEIBNITII*  
 MANN. *de inuestigandis ver-* *collectanea etymologica.*

iurisprudentiae nostrae studioso opus erit (2) studio etymologico, indefessa monumentorum veterum evolutione et iterata perustratione glossariorum, quae nominavit b. BRUNNQUELL g), praesertim SCHILTERI ac WACHTERI (†) operum.

\* V. C. HERISCHIAZ *Capit. R. Fatic.* III, 70. CURET  
NEGRUNDA L. *Sal.* tit. 61. HONGRIET L. *Baiuse.*  
VII, 3. PVLISLACH. L. *Alem.* LIX, 1. *Baiuar.* III,  
I. CLADDOLG. L. *Fris.* add. tit. 3. art. 44. WIT-  
SCHALCKI L. *Burgund.* tit. 76.

\*\* V. C. Stöckling. *Ref. des Westph. Gerichts de A.*  
1339. Vid. LEIBNITII *miscell. etymol.* p. 230.

(†) adde HALTAUS *gloss. Germ. med. aevi* Lips. 1758.

### §. VIII.

c. critica.

Sic quoque incommodorum, quae ex variis lectionibus, itidem ex corruptis et deprauatis LL. oriri solent, salutare medicamentum est (3) *ars illa Critica.*

### §. IX.

Dialectica  
interpretatio  
quandoque  
nimitur

*Dialectice* vero leges interpretaturus (1) utatur regulis illis generalibus, quas de interpretatione tradunt philosophi b), et speciatim (2) cuiusque legis *rubrum* \*, quod authenticum est, et perfectam orationem continet, attendat, illud cum nigro collaturus.

\* Etenim legis nigrum ex rubro modo suppleri modo explicari potest. LINCKII d. *de rubro, nigro et albo.*  
Exemplo fit L. *Fris.* V, 1.

### §. X.

g) *pr. de usu linguae german. veteris in studio* I. F. Longob. p. 12.

b) IO. FRID. HOMBERGK *de iurisprudentia rationali.*

§. X.

Porro legat relegatque (3) *historiam iuris*, d. historia iuris, aut quae docet legum criminalium natales, auctores, horumque hypotheses etc.

§. XI.

Nec minus cognitas sibi reddat (4) *antiquitates*, quae nobis sistunt *iudicia Dei, velonica, westphalica, centenaria, delatoria, solemnna iudicii capitalis*, et alia plura notatu maxime digna i). e. antiquitatibus,

§. XII.

Ius vero adplicaturus primum debet esse Iuris adplicandi subsidia, certus tam de facinore ipso, cuius veritatem indagaturus quandoque medicorum, \* aut huius vel illius artis peritorum praecepta, consilia, immo iudicia sequi tenetur, quam de ratione, qua illud auctori suo queat imputari. Sit itaque instructus *philosophia morali*, quae non solum faciem praefert doctrinae de iudiciis et praesumptionibus, sed et causas imputationis actionum referat.

\* Id quod v. c. fieri solet, dum quaestio est de *venenis, foetu animato et abacto, sterilitate procurata, letalitate vulnerum*. V. HBISTERI d. de medicinae in Iurisprudentia utilitate. Regulas artis medicae ad casus forenses adplicatas quaesiturus consulat FORTVNATI FIDELIS *relaciones medicorum*, AMMANNI *Irenicum Numae Pompilii cum Hippocrate*, PAVLI ZACHIAE *quaestiones medico-legales*, itidem WELSCHII, HOFFMANNI,

A 3

TEICH-

i). CRAMER de con. German. studio §. IX. iungendo iuris et antiq. p. 29.



TEICHMEYERI, ALBERTI, FRITSCHII et TROPFANNIGERI scripta.

§. XIII.

ordo, etque Dein hunc seruet ordinem, vt, si ius patrium particulare deficiat, prius vniuersale, illiusque analogiam, attendat applicetque, quam ad iura peregrina recurrat.

\* C. C. C. praef. et art. 3. seq. Vnde ad intelligendum est facile, 1) cur iuris criminalis peregrini vsus in Germania sit rarissimus, LVDOVICI praef. comment. ad C. C., non tamen nullus, pontificius enim fuit et ad LL. Ro. quandoque prouocauit Carolus V. nemesios conditor; (2) cur cognitione iuris patrii destitutus de vsu et non vsu iuris criminalis recepti disputare nequeat.

§. XIV.

exempla-

Porro exempla interpretationis et applicationis legum sciscitaturus scripta doctorum iuris criminalis erudite elaborata diligenter legat, et collegiorum iuridicorum *decisiones* prudenter colligat.

§. XV.

Denique iuris criminalis peritum ornat cultura *idiomatis germanici forensis k)*, quippe quae facit, vt iura in foro peroraturus queat animi sui sensa perspicue et ornate proponere, nec pauciora quam oportet, nec inordinata aut indistincta dicere scribereque.

ELE-

---

k) BASTINELLER de a Iuris decenter, colendo. *idiomate germanico forensi*



ELEMENTORVM  
IVRIS CRIMINALIS  
GERMANICO-CAROLINI

L I B. I.

TIT. I.

D E

LEGIBVS CRIMINALIBVS GER-  
MANICIS EARVMQVE ORIGINE FA-  
TIS ET VSV HODIERNO.

§. I.

**I**n rebus criminalibus antiquitus fuerunt <sup>Mores suos</sup> mores genio populorum germanicorum conformes. Sic *publicatae pudicitiae* nulla venia dabatur, et *adulterii poena* praesens erat maritisque permessa *a)*; *inimicitias* suscipiebat, susceptarumque compositionem recipiebat tota familia *b)*; *bomicidia* armentorum aut pecorum numero *c)*; *militaria* vero *crimina* morte expiabantur *d)*; nullam infamiam

A 4

a) TACITVS de M. G. c. 19.

b) IDEM c. l. c. 21.

c) IDEM c. l.

d) IDEM c. l. c. 12. ibique DITHMARVS.

famiam habebant *latrocinia*, quae extra fines cuiusque ciuitatis fiebant e).

§. II.

ab initio carminibus,

Quos mores olim ore tenus, et quidem, quod quibusdam f), non tamen omnibus g), videtur, carminibus tradebant Druides, apud quos disciplinae causa magnus adolescentium concurrere solebat numerus h).

\* Inde cognoscere potes (1) rationem, cur lex germanis dicatur *Gesetz, Weise*, HERT. *notiz. veter. germ. popul.* p. I. c. 4. p. 53. REIMMANN *hist. liter. germ.* p. II. p. 77. (2) quid ansum praebuerit frequenti *parocemiarum* rhythmicarum in Germania vsui.

III.

post literis mandabant Germani,

Postea vero gentes illae germanicae, quae, sedibus apud Romanos quaesitis, nouitatis studio regebantur i), patrios mores Romanorum institutis adauctos in scripturam redegerunt; contra, quae in Germania confederant, aut sedes vacuas occupauerant, primum cogitarunt de moribus patriis retinendis sancteque seruandis k), et, succedente

e) CAESAR *de B. G.* VI, 23.

f) CLUVER. *germ. antiqu.* p. 177. seq.

g) BYNAV *R. und N. Historie* p. I. lib. I. Vol. I. p. 54.

b) CAESAR *de B. G.* VI, 13.

i) HOFFMANN *de orig. et nar. LL. Germ. period.*

2. §. 5.

k) b. HEINECCIUS *hist. iur. lib. 2. §. 30.*

dente demum tempore, de iisdem in scripturam redigendis.

§. IV.

Leges his temporibus natae, *Salica, Ripuariorum, Alamannorum, Baiuvariorum, Burgundionum, Frisonum, Saxonum etc.* de quibus alibi disputauimus *l)*, variant nimis, omnes tamen (1) *antiquorum morum* vestigia continent, dum v. c. in crimina militaria capitales, in pleraque communia pecuniarias ac certo solidorum numero definitas poenas statuunt; (2) variorum institutorum, quae adhuc supersunt hodie, tradunt natales; (3) natiuitatem conditionemque delinquentium respiciunt; (4) admodum breues sunt et nimis speciales; (5) *puniunt* iniquitatem, malitiam in foro agentium, et quaedam alia, quae hodie manent impunita; (6) grauiores sunt, ex quo Reges Christiani illas auxerunt emendaruntque; (7) homicidium a *murdrido* distinguunt; (8) purgationes vulgares probant *m)*.

Vnde leges natae.

§. V.

In *capitularibus*, quae iam memoratas leges (§. pr.) sequebantur, pauca iuris crimin-

Capitularia eas subsequuntur

A 5

mi-

*l)* *Elem. Iur. Germ. diss. progressu et natura Iuris-prudentiae Crimin. Germ.*

*m)* HOFFMANN. c. l. §. 33. seq. p. 24. et praenot. de orig.

minalis principia continentur, eaque, quibus satis docemur, Reges Francorum plerasque poenas ex imperii conditione exasperasse, et effecisse capitales n).

## §. VI.

vbi auctoritate exciderunt, germania regebatur moribus,

Extincto stemmate Carolingico, manibus germanorum exciderunt tam leges illae antiquae (§. IV.) quam capitularia (§. pr.), et ius criminale coepit moribus niti, huic et illi tantum cognitio, nec non regulis fere omnibus \* destitui. Quo factum est, ut ius incertum redderetur dubiumque, immo relinqueretur arbitrio iudicum scabinorumque, qui adfectibus indulgentes mores saepe probabant pessimos, ut non nisi rabie, iniustitia et atrocitate sententiarum celebrarentur o).

\* Exigui enim numeri suspectaeque fidei sunt constitutiones, quas Henricus II. alique imperatores tunc temporis promulgasse dicuntur. V. b. BRUNNQUELL. *hist. iur.* p. IV. c. 4. §. 7.

## §. VII.

quos in exilium agere volebat pontifex,

Vt ne mores penitus in exilium ageret decretales in publicum edens pontifex; eos recitatis *paroemiis* \* seruarunt ciues, anno-  
ta-

n) Id. c. I. §. 37.

e) THOMASIVS *de ortu*

*et progr. iudic. Westphal.*

DAET. de P. P. IV, 4. seq.

tarunt speculatores, et nouis legibus p) aut concessis priuilegiis q) quandoque corroborarunt reges et imperatores.

\* Adhuc hodie plures recitantur, quae mox thesaurum antiquitatis germanicae recludunt, mox, quid certis in casibus ferat consuetudo, nos docent. Debes autem (a) vbiuis receptas ab illis separare, quae hic tantum et illic recitantur; (b) earum originem et verum propriumque significatum scrutari. FELTMANN *resp. milit.* 7. n. 70. seq. HERTIVS *de parocm. iur. germ.* prol. §. 4.

### §. VIII.

*Specula*, licet hodie tantae non sint auctoritatis, quantae fuerunt olim, tamen non omni destituuntur vsu, dum quorundam delictorum naturam, iudicum et scabinorum qualitates, purgationes vulgares, constitutionem iudicii criminalis etc. referunt.

### §. IX.

Sec. XIV. XV. quibus mores patrios *alii*, *alii* peregrina iura illos damnantia sequebantur, magna iuris criminalis confusio orta, et varia immo arbitraria poenarum determinata.

p) WERLHOF *iur. enucl.* quo in foro Germani videntur. prooem. c. 2. §. 8. p. 163. LAMBECC. *Bibl. Casf. Vindob.* II, 8. p. 235. seq.

q) THOMASIVS *de occasione, conceptione et intentione* C. C. C. §. 24. 29. 31. 37. KOPF, *hiflor. iur.* p. V. §. 7. DATT *de P. P. I.* I. 79. IV, 2. 47.

terminatio in usum deducta est, quam vna cum clandestinis accusationibus et condemnationibus aliisque abusibus, qui in criminalia iudicia irreperant, iis praesertim, quos status imperii fere omnes taxauerant, et aliqui impetratis priuilegiis Caesareis passim abrogauerant, vbique post alios Imperatores r), quod equidem scio, tollere tentauit MAXIMILIANVS, de ordinando iure criminali maxime sollicitus. Vt vero crederem, quod idem ille ordinationem aliquam perfecit, perfectamque Ordinibus imperii primum in Comitibus 1495. habitis exhibuerit, iterum Coloniae 1505. proposuerit, et sic, quam GEORGIVS, Bambergensis Ep. exscriberet, fecerit dederitque; argumenta, quae attulit b. KRESSIVS s), plene non efficiunt t).

§. X.

sed demum factis Carolus V., per constitutionem suam criminalem, cuius promulgatio,

Constitutionem illam criminalem, quae cum *Bambergensis* An. 1508. edita, 1510. 1531. saepiusque recusa, et *Brandenburgensis* A. 1516. promulgata, in omnibus fere capitibus conuenit, statibus imperii iterata vice exhibitam u), post protestationes ab

---

r) b. STRVV. *bist. iur.* I. cap I. §. 16. HOFFMANN c. I. §. 47. seq.  
 s) *pract. comment. in Const. Crim.* u) R. I. *Wormac.* 1521. §. 17. *Spirens.* 1529. §. 32. August. 1530. §. 97.  
 t) V. C. BOEHMER *Elem. Iurispr. Crim.* sect.

ab Electore et Ducibus Saxoniae, Electore Brandenburgico, Palatino, aliisque interpositas x), et mutationes in formula factas, in Comitibus Ratisbonensibus Anno MDXXXII. tanquam legem vniuersalem publicauit CAROLVS V. addita tamen clausula: Doch wollen wir durch obbemelde Ordnung Ebur-Fürsten, Fürsten und Ständen an ihren alten, wohlhergebrachten, rechtmäßigen und billigen Gebräuchen nichts benommen haben y).

§. XI.

Vnde constat, quod legem reuera vni. auctoritas, uersalem, in aeternum in omnibus germaniae prouinciis valituram, qualem intendebat z), non publicauerit Carolus; sed eam, quae in tantum valet, in quantum antiqui prouinciarum mores non obstant a), et recentiores leges nihil noui introduxerunt. Hinc hodie, praeter Episcopatus *Herbipolitauum* b) et *Monasteriensem* c), Comitatum *Solmensem* d), vix vna erit alteraue prouincia, vel vrbs imperialis, cui suae particulares non sint leges \*, et quidem a constitutione Carolina saepe dissentientes e).

\* Ex

x) KRESS. c. praef. §. 197.  
10. seq.

y) C. C. proem. c. F.

z) a. C. C. art. 40.

a) KRESS. c. I. §. 35.

b) KIRCHGESSNER *tribun. Nemes. iuste iudic.* p.

c) Münster. L. G. O. p. III. Tit. I.

d) Solm. Ger. und L. O. p. I. tit. 20. §. 5. 7.

e) HOFFMANN c. praef. not. §. 48. seq.



\* Ex antiquis plerasque sub titulos redegit SAVRIUS *fascic. Constit. de poenis.* Vtinam alius recentiores leges, quotquot in singulis Germaniae territoriis sunt editae, vna cum mandatis et rescriptis, colligeret.

## §. XII.

mensur, et

Perfectam omnibusque numeris absolutam non esse Carolinam Nemefin: illud est, quod iamdudum obseruarunt eruditi, in naeuis habentes, ibi (1) *articulos*, eos praesertim, qui modum in foro procedendi tradunt, nullo positos esse ordine; (2) quaedam *inutilia* dici, et (3) alia *notatu digna* praetermitti; (4) lectorem saepe ad ius commune, et (5) quandoque ad ea, quae in praecedentibus articulis sunt rescissa, *ablegari*; (6) variorum criminum *poenas* non determinari, sed prudentum arbitrio relinqui, etc. *f*). Quae licet ita sint, tamen non est, cur cum OLDENDORPIO *g*) statuas: *unicam legem RESPICIENDVM* *b*) *multo plus facere, quam totam constitutionem Caroli V.*

## §. XIII.

commentatores notentur.

Qui in Constitutionem Criminalem Carolinam commentati sunt, vti nominibus ita eruditione et operis praestitis, differunt. Eam

*f*) KRESS. c. I. §. 26.  
BOEHMER c. I. §. 23.

*g*) *actiō. forens. cl. VI.*  
*b*) *II. ff. de poenis.*

Eam enim binis tantum vel trinis verbis illustrat REMVS i); cum iure Romano conferunt VIGELIVS k), STEPHANI l) et GRASSVS m); magis exornat quam explicat ZIBRITZ n). Porro praxin tantum Ducatus Brunsvico - Luneburgici docet BVLLAEVS o); articulos 103., eos scilicet, qui ad processum criminalem pertinent, enucleatos sistit MANZIVS p), ius Bauaricum cum Carolino quandoque conferens; nihil utilitatis praestat OTTO q); vulgaria tractat BLVMBLACHER r); iura patria ignorat CLASEN s); in adnotando nimis parcus est LYDOVICI t); ad mores Austriae fere solos attendit FROELICH v. FROELICHSBVRG u). Ita mecum iudicant

---

i) *Nemesis Carolina paraphrasi exposita et scholiis aucta.*

k) *Constitut. Carol. publicorum iudiciorum in ordinem redactis.*

l) *constitut. publicor. iudicior. Caroli V. cum iure communi collat.*

m) *collat. I. Ciu. Ro. cum Rec. Imp. speciatim Ordin. Crimin. Caroli V.*

n) *not. et obseruat. nemico-politicis ad C. C. Caroli V.*

o) *annes. remission. et*

*obseru. pr. in Const. Crimin. Caroli V.*

p) *comment. ration. in C. C. Carol. V.*

q) *Corpore I. Crimin. Caroli V.*

r) *comment. in B. Carls des V. Peinl. 3. B. O.*

s) *comment. in constit. crimin. Caroli V.*

t) *not. in Caroli V. Constit. Crimin.*

u) *comment. in B. Carls des V. Peinl. 3.*

*B. O.*

cant BEYERVS x), atque KRESSIVS y). De quorum posteriorum scriptis, C. C. illustrantibus, quid iudicem? forsitan quaeris. Accipe. Ex antiquitatibus germanicis, prout decet, sunt deducta. Hisce merito addendus ex recentioribus, commentarius ob perspicuitatem et plura, quae adducuntur specialia commendandus a D. HIERON. CHRISTOPH. MECKBACH sub Rubro: *Anmerckungen über Kayser Carl des V. Peinliche Hals - Gerichts - Ordnung* Ao. 1756. editus, cui scripto adiecta descriptio torturae, quae mediante instrumento, ut dicitur, Bambergensi infligitur.

## TIT. II.

DE

## DELICTIS IN GENERE.

## §. XIV.

Delicta, quae

**P**eccata, vitia, delicta, crimina modo distinguunt modo synonyma habent Dd. Vnde sermonis oritur obscuritas. Ad quam vitandam licebit mihi nominare *peccatum*, quod solis legibus diuinis contrariatur; *vitium*, quo sola praecepta honesti

x) *differz. praenissa delin. Iuris Crimin. §. 5. seq.*

y) *praef. comment. in C. G. §. 2. seq.*

nesti et decori laeduntur; *delictum*, factum legi humanae poenam minitanti, contrarium; et denique *crimen*, (†) delictum quod auctori suo imputari potest 2).

(†) Character, quo auctor delictum a crimine distinguit, nec legibus probari, nec Ictorum auctoritate sustineri potest. Potius leges aequae ac Icti vocabula: *crimen*, *delictum*, *maleficium* pro synonymis accipiunt.

### §. XV.

Et quia lex tam praecipiendo quam prohibendo, mox omnium mox certi cuiusdam generis hominum actiones dirigit: delicta (1) vel *commissionis* vel *omissionis* a), et (2) vel certo cuidam generi hominum *propria* vel *communis* dicuntur esse.

### §. XVI.

Dein diuidantur (3) in *prima vice commissis* et *reiteratis*. Haec, a *continuatis* differunt, dicuntur, quae circa diuersum obiectum diuersoque tempore perpetrata, sunt eiusdem generis nominisque.

### §. XVII.

Quarta delictorum diuisio in *secularia*, *ecclesiastica* et *mixti fori*, quae iure pontificio

2) FARINACIUS *prax. crimin. prolegom.* c. 4. nr. 1. *crim. qu. 18. nr. 1. seq. nr. 1.*

a) MATTHAEVS *tr. de*

ficio fundata est, in Germania suo probatur modo.

## §. XVIII.

§) in permanentis et transientis facti etc. diuiduntur,

Denique delicta doctoribus (5) vel permanentis vel transeuntis facti, (6) vel excepta vel non excepta, (7) vel manifesta vel pernoctata etc. dici b), suis infra docebo locis.

## §. XIX.

Ex delicti definitione (§. XIV.) haec deduco axiomata:

- I. Legis est, designare delicta.
- II. Delicta factis demum perficiuntur.

## §. XX.

legibus notantur, et

Ex primo (§. XIX, i.) constabit, (1) eum, qui animum quidem delinquendū habuit, factum tamen legibus permissum suscepit, non deliquisse; (2) factum reip. illiusue membrorum saluti contrarium, sed lege non notatum\*, itidem (3) illud, quo contrahens circumuenitur c), aut honestas laeditur d), in delictis non esse; (4) dari facta, quae hic licita, alibi illicita reputantur.

\* Sunt tamen Dd. qui illud vocant delictum *innominatum*.

## §. XXI.

b) THEODORICI *iudic. crimin. c. 1. aphor. 22. seq.*

c) Diff. BRUNNEMANN *Anleit. zum Inq. proc. c. 2. §. 5.*

d) RECHENBERGER *d. de vitiis, quibus civitas impar aphor. II. §. 2. seq.*

## §. XXI.

Ex secundo (§. XIX, 2.) sequitur, (1) <sup>factis de-</sup> *cogitatio*, aut solus delinquendi animus, <sup>mum perficiuntur</sup> in delictum vocari nequeat e); (2) vt actus externi, in quos erupit delinquendi animus, delictum, ad quod consumandum alii adhuc actus sunt necessarii, inchoatum tantum constituent f) \*; (3) vt delicta *ex exitu* aestimentur, nec (4) praesumantur; (5) vt sobrii non magis atque summe ebrii, summe irati, somno sepulti, imo in actu licito versantes, (6) tam sua sponte, quam ex voluntate tertii, delinquere possint.

\* Num quis a facto plane destiterit, an aptius subinde tempus expectauerit, perinde est. V. POTT *de poena conatus.* ENGELBRECHT *de malef. coeptis.*

## §. XXII.

Facta legibus poenam minitantibus con- <sup>ab vniuersitatibus non minus atque singulis.</sup> traria suscipere, et, quod inde sequitur, *delinquere*, possunt cum singuli homines, tum vniuersitates.

## §. XXIII.

Delicti, cuius committendi causa fuit, <sup>An et in quantum delictum participare possit</sup> particeps habetis; et quidem mox <sup>plene</sup>

B 2

e) RHEDEN d. *de poena cogitationum* th. 22. seq. f) SVARETZ *de Legibus* III, 13.

plene mox minus plene, prout (1) illius *causa* fuisti *principalis*, aut tantum *adiuuans*, nulla ratione identitatis aut diuersitatis *lucri g*), quod percipere voluisti, habita; (2) solum factum, aut simul (omnes circumstantias, istud qualificantes, et in poena determinanda attendi solitas, participas.

## §. XXIV.

1) mandato,

Vnde (1) *mandans* (a) delictum, cuius necessaria causa fuit, *plene b*), contra (b) delictum, quod fuit prius mandato *i*), *plane non*, et (c) illud, quod patratum est vel mandato reuocato *k*), vel mandati finibus, qui tamen seruari et custodiri facile potuerunt\*, se incio et inuito superhabitis *l*), aut sine mandati interuentu certo commissum fuerit *m*), *minus plene participare n*), nunquam tamen mandataria ad indemnitatem obligatus esse, dicitur.

\* FACHI-

g) MATTHAEVS de *crimin.* tit. de poen. c. 4. de. 7.

b) 169 de R. I.

i) MENOCH. de A. l. Q cent. 4. cas. 352. nr. 17.

k) LYNCKER d. de *mand. rei turpis* c. 2. §. 12.

l) Id. c. 1. §. 15. GOMETZ c. 3. n. 17. 18. FABINAGIVS *pr. crim.* q. 135. n. 65.

m) THEODORICVS c. l. p. 85. CARPZOV p. IV. c. 6. d. 7.

n) STRYK de *mandato delinquendi* sect. 2.

\* **FACHINAEVS** *contra. iur.* I. 36. in ea est opinione, quod exculatio mandanti dari debeat toties, quoties fines transgressus sit mandatarius, si vel maxime eos custodire non potuerit.

## §. XXV.

Porro (2) commisisse videris delictum, <sup>2) consilio,</sup> cuius committendi viam modumque ostendisti *consilio o)*. Contra (a) delicti, quod prius fuit consilio tuo, plane non, et (b) illius, quod commissum fuerit, licet consilii tui rationem et causam delinquens non cognouerit etc. minus plene tantum es particeps. Hic et illud notes velim, quod *reuocatio consilii* reuocantem non liberet ab omni participatione delicti subsecuti.

## §. XXVI.

Sic etiam plene particeps/ eris (3) delicti, <sup>3) auxilio</sup> quod vt eo facilius perpetretur, fecisti *auxilio* tuo *p)*. (a) Delictum vero, ad quod patrandum vel non ordinatum vel non necessarium tulisti auxilium, minus plene *q)*; et (b) illud, quod patratum

B 3

erat

o) **MATTHAEVS** c. I. *proleg.* c. I. n. 7. seq. **Cramers** *Abhandlung vom bösen Rath.*

p) *I. P. S.* II, 13,

**FALCKNERI** d. *de iure complic. in delictis.*

q) **BERLICH.** p. V. *concl.* 55. nr. 35. **GVAZZINI** *def.* 33. c. 10. n.

52.



erat prius quam delinquentem iuuisi auxilio, plane non participas.

§. XXVII.

4) intermissa  
reuelatione.  
vel

Cur (4) eos, qui delicta aliorum sibi nota *non reuelarunt*, delinquentes, aut socios delinquentium habeas, equidem non video. Quandoque tamen (a) ciues omnes vnum vel alterum delictum adhuc committendum sub poena fingendae societatis sceleris r), et (b) hoc vel illo munere inuestitos s) quaeuis commissa sub poena arbitraria, denuntiare iubent leges t).

§. XXVIII.

5) resistentia;

Delinquentis socius mihi non erit (5) qui, quo minus delinquatur, *impedire nolu*t, quum tamen potuit; nisi eum, delictum impedire, iusserit vel *potestas*, qua in delinquentem gauisus u), vel *obligatio*, qua laedendo obstrictus erat.

§. XXIX.

6) facta rati-  
habitione et

Denique in delinquentium sociis non erunt (6) qui delicta ab aliis commissa *habent*

r) RAUFFEVS de poena delictis conuuentium.

s) I. P. S. I, §9. Weichb. n. 47.

t) GLRDES disc. de iure

reuelat. §. 29. Oper. Tom. III. p. 145. BOEHMER d. de

obligat. ad. reueland. occulsa.

u) LEYSER sp.

DXXXIV. m. 9.

*habent rata x*). Excipias tamen velim eos, (a) qui delicta, quae suo nomine committi permiserunt *y*), habent rata, ut lucrum ex iis perciperent; (b) qui ratihabitione sua delinquentes magis magisque ad delinquendum inuitarunt *z*).

## §. XXX.

Delictum, cuius committendi tempore *excubias?* (7) *excubias* egisti, itidem (8) cuius *auctorem suscepisti*, mox plene mox minus plene participas.

## TIT. III.

## D E

VERIS ET QVASI CRIMINIBVS  
IN GENERE.

## §. XXXI.

**C**rimen est delictum auctori suo imputari *Crimina* debitum (§. XIV.). Diuiditur in *verum* et *qu.* tale, prout dolo malo, i. e. prae-lucente intellectu et decernente voluntate, aut culpa perpetratum est.

## §. XXXII.

Criminum non eadem solum sunt di- *in maiora et* uisiones, quas delictorum esse diximus *minora, itidem*

B 4

(§. XV.

x) Id. c. l. med. II.

z) FARINAC. *pr. cri-*

y) THEODOR. c. l. p. 90.

*min.* q. 135. n. 87. seq.

HEROLD de ratificatione p.

Confil. *Crim.* 4. nr. 4.

(§. XV. seq.), sed hae quoque antiquitus sunt probatae, quod (1) alia sint *maiora*, *minora* alia, prout in cute et capillis *a*), aut manu vitae coercitio scelerati fiebat\*. Cui hodie recepta criminum diuisio (2) in *capitalia* et *non capitalia* respondet.

\* Germani hanc criminum diuisionem ex Cod. Theodosiano desumpsisse videntur PUFENDORFIO *de iurisd. german.* P. II. sect. 2. c. 1. §. 41. qui §. 42. ea crimina habet maiora, quorum coercitio fustium antiquam poenam, vel exilium temporale vel certae rei interdictionem excedebat olim.

### §. XXXIII.

in publica et  
priuata diui-  
duntur.

Criminum diuisio (3) in *publica* et *priuata*, illorumque subdiuisio (4) in *ordinaria* et *extraordinaria*, ex iudiciorum Ro. formatae, in Germania vix applicari queunt. Sunt quidem Dd. istis diuisionibus vtentes, sed non omnes eodem significato. Satisfactionem, ad quam tendit poena, quae sumitur *b*), attendunt *alii*, *alii* iudicium, propter delictum commissum institui solitum *c*); *alii* illud considerandum putant: num delinquens priuatum an remp. primario laeserit?

### §. XXXIV.

*a*) I. P. Alem. c. 74. 166. §. 3. ed. SCHILT. I. P. S. II, 13.

*b*) POLAC Syst. Iu-

*rispr. Germ. ans.* III, 1. 5.

*c*) HEINECCIUS *Elem. Iur. Germ. Tom. II. lib.*

II. §. 9.

## §. XXXIV.

Vnde constare puto (1) dolum sine delicto, et delictum sine dolo, sicque (2) delictum casu fortuito \*, vel (3) ab eo, qui rationis vsu, voluntatis libertate aut cognita diiudicandi norma destitutus fuit, patratum, verum crimen vix constituere; (4) eum, qui dolo malo delictum committere voluit, nec tamen perficere potuit, *intentati* criminis reum esse, nisi lex adsit, quae conatum pro crimine perfecto haberi iubeat; (5) animum esse, qui crimina inter se, et a delictis distinguat *d*); (6) neminem, dum licita agit, crimen committere, (7) eum vero, qui rebus illicitis sciens volensque operam dedit, iure meritoque dici dolosum auctorem delictorum, quae necessario *e*), non vero eorum, quae praeter spem et opinionem, secuta sunt *f*).

Eorum rei sunt, qui dolo malo, nequaquam vero

\* Delicta casualia maioribus nostris fuisse quasi crimina, perperam statuit HEINECCIUS *El. I. G.* Tom. II. §. 3. 4. Textus enim, ad quos prouocat, scilicet *L. Sax.* tit XII. *L. Frison.* addit. tit. 3. *I. P. S.* II, 14. et 38. *Suen.* c. 227. *Weichh.* art. 38. de casibus, quibus culpa praecessit, loquuntur, conuenientes cum *L. Wihg.* VI, 5, 4, XI, 1, 6. *Capit.* VII, 297. *L. Longob.* I, 11, 2.

B 5

§. XXXV.

*d*) 14. ad *L. Corn. de fidei.*

*f*) *CARPOLLA consil.*

*e*) arg. *C. C. C. art. 148.* §. 2. 36.

## §. XXXV.

qui priuati  
 1) rationis  
 vfu, vtpote  
 2) furiosi etc.

Quia delicta eorum, qui rationis vfu sunt priuati, falso habentur crimina (§. pr. 3.): in criminosis vix possunt esse (1) infantes, (2) *pueri g* \*, licet veniam aetatis impetrauerint, (3) in quos quadrat illud: bis *pueri senes*, (4) *furiosi \*\**, (5) *dementes b* \*\*\*, (6) absolute melancholici, (7) quos canis momordit *rabidus i*), (8) ceterique id genus miserabiles homines; itidem (9) *furdi et muti natura tales k*), (10) *somnoque penitus sepulti l*).

\* Dummodo, vt cum Apuleio loquar, *non sunt prius robusti scelere, quam tempore; ante nocentes, quam potentes; viridi pueritia, cana malitia.* MATTHAEVS c. 1. *proleg.* c. 2. n. 2.

\*\* I. P. S. III, 3. *Sueu.* c. 145. nisi eos tempore dilu-  
 cidi interualli deliquisse constet. V. FROMMANN  
*hypoth. iuris furiosor.* p. 76. seq. nr. 6. 10.

\*\*\* Quia

g) C. C. art. 164.  
 SCHULTZ d. de delict. pue-  
 ror. BOEHMER I. E. P. V,  
 23.

b) STRYK de dementia  
 et melancholia. LEYSER  
 spec. DXXXII.

i) Frischens seltsam.  
 Geschichte p II. nr. 3.  
 VERDRIES disq. de vene-  
 no tanis et animalium rabi-

dorum, nec non quem illud  
 inferre solet, morbo grauis-  
 simo, hydrophobia.

k) KRESS vom X. der  
 taub und stumm geb.  
 c. I. §. 16.

l) THOMASII d. de  
 iure circa somnum c. 5. §.  
 16. FARINAC. pr. cr. q.  
 92. nr. 46. seq. q. 94. n.  
 1. sq.

Quia plures dantur dementiae gradus, doctrinam de delictis mente captorum arbitriam habuit MENOCHIVS de A. I. Q. lib. II. c. 529. atque poenas dementium a Ictis determinari iussit Carolus C. C. art. 179.

§. XXXVI.

Porro non est, cur criminosis annumeres <sup>b) temulenti,</sup> (11) *temulentos* \*, ex quibus mens, bonum a malo secernens, exulavit \*\* delicti commissi tempore *m*).

\* Ipsa licet ebrietas, *Ord. Pol. 1577. tit 8. Ref. Pol. 1584. tit. vom Zutrinken, et in singularibus Regum Polon. et Boruss. edictis*, vertatur vitio, sicque non esse videatur, cur quis, ea laudata, se a crimine defendere possit; tamen iubet ratio, statuitque praxis, criminofum esse nonnisi eum, qui deliquit (a) ebriofus, aut (b) leui vel (c) adfectata ebrietate sopitus.

\*\* Ebrietas, cuius terminus arbitrarius quibusdam dicitur, probanda, aut mediante purgatione adferenda est.

§. XXXVII.

Quo se crimine liberent, habebunt de- <sup>c) summe irati etc.</sup> nique (12) qui ex iusta causa ad summam iram, nimium *dolorem* aut furiosum *amorem* *n*) inducti, sicque mentis vsu priuati, deliquerunt, neutiquam vero, qui leuibus

m) BODINI d. de iure ebr. c. 5.

circa ebr. c. 4. BECH-

MANN d. de poena et iure

n) SCHVLTZ d. de delictis pro amico.

bus, aut ex actu illicito contractis adfectibus occupati contra leges egerunt.

§. XXXVIII.

d) in facto  
errantes

Num *error* a dolo excuset? haut raro quaeritur. Equidem eum, quem *error facti* totius illiusque causae, inuincibilis praefertim, duxit, in totum; illum contra, qui *ab obiecto aberrauit*, in tantum h. e. nouae, quam crimen induit, qualitatis intuitu o), excusandum esse putarem.

§. XXXIX.

2) voluntatis  
libertate,  
aut

Si delicta, commissa tempore, quo eorum auctor ab alterius pependit arbitrio; crimina dici nequeunt (§. XXXIV. 3.): sequitur, vt criminosi non sint habendi, (1) qui ad iussum *principis* \*, eiusue magistratus, cuius potestas cum principali fere coincidit p), aut (2) officio suo satisfacturi, aut (3) eam *vim* externam, cui *resistere non potuerunt*, passi q), (4) eoque metu, qui in virum constantem cadit, capti r), aut (5) *opportunitate commoda* ad de-

o) BLVMLACHER ad C. C. art. 117. n. 11. CARPZOV *pr. cr.* q. 74. n. 96. 97.

p) FARINACIUS C. l. q. 97. n. 5. FAVST a STROMBERG *de crimi-*

nibus p. 12. LEYSER sp. DXXXIV. m. 7.

q) STRYK *de iure necessitatis* c. 2.

r) GRANTZ *defens. inquis.* c. VI. m. 2. sect. 2. art. 7.

delinquendum inopinato inuitati etc. deliquerunt.

\* Ad iniustum vero, quem cognouit, patris, domini, maritue sui iustum, qui, quaeue deliquit, crimen commisit, sed commiseratione aliqua dignum, LEYSER C. sp. med. 5.

§. XL.

Quos norma licitum et illicitum diiudicandi, quando illicitum perpetrant, destituit, in criminosis non sunt (§. XXXIV. 3.). Itaque causam esse reor, cur a criminibus (1) iure naturae notatis, inter bruta educati, et (2) ab iis, quae leges ciuiles admodum speciales designant, peregrinantes, qui ante paucas aduenerunt horas, se liberare possint.

§. XLI.

Quotquot (1) furorē vel ebrietatem sibi quaesierunt, aut (2) alterius imperio se subiecerunt, ut eo facilius delinquerent; itidem (3) qui somnum capturi omnem curam defixerunt in eo facinore, quod somno dati peregerunt s), et denique (4) qui affectus seruarunt suos ad tempus vsque delinquendi commodum: vix carent dolo, nec sunt extra crimen positi.

§. XLII.

s) THOMASII d. de iure c. V. §. 8. re circa somnium et somnia



## §. XLII.

Quando in  
criminosis sit  
vniuersitas,  
aut

Quia personae, in vnum congregatae non minus atque singulae, intellectus voluntatisque sunt participes: certe vniuersitas, cuius membra signo dato collecta, praeuia deliberatione delictum aliquod decreuerunt, decretumque patrarunt, in criminosis erit t).

## §. XLIII.

quaedam  
tantum illius  
membra?

Quod si vero ciuitas de delicto perpetrando vel plane non vel per plurima tantum vota conuenerit: delictum postea patratum singulis illius auctoribus u), non vniuersitati, vertendum erit crimini.

## §. XLIV.

Socius crimi-  
nis quis sit?

Fallor, aut socius criminis ille est, qui delicto (§. XIV.) sciens volensque (§. XXXIV. seq.) efficienter (§. XXXIII. seq.) antecessit x).

## §. XLV.

A societate  
sceleris quae-  
nam libe-  
rent? spe-  
ciatim

Hinc quilibet societatis sceleris accusatus, (i) gaudet exceptione *delicti* vel *doli*, si non in totum, in tantum tamen, *desi-*

f) GUNDLING d. de  
vniuers. delinqu. LEYSER  
d. de delictis colleg. spec. § 33.

u) GRANTZ C. L. c. IV.  
m. l. sect. I. nr. 253. seq.

GAIL. de P. P. II, 9.  
THEODORICVS C. L. c. X.  
aph. 3. n. 15.

x) COCCRII d. de fa-  
cio criminis.

deficientis; (2) ex iisdem causis, ex quibus signifer, dolo carere videtur. Profunt itaque ei (a) lubrica aetas (§. XXXV. 1.), (b) furor (§. eod. 4.), (c) summa ebrietas (§. XXXVI.), (d) ira, quae furor brevis est (§. XXXVII.), (e) certus, praesertim inuincibilis, in facto error (§. XXXVIII.), (f) adempta voluntatis libertas (§. XXXIX.), (g) deficiens cognitio normae diiudicandi (§. XL.) etc.

§. XLVI.

Vnde nullus dubito, quin (1) eum, qui illud mandavit delictum, quod (a) intel-<sup>mandantem,</sup> lectu consequi non potuit, vel (b) iusta de causa factum licitum habuit, vel (c) ut mandaret, coactus est, *in totum*, illum vero (2) qui dolo quidem malo delictum aliquod mandavit, sed illud, quod vel plane non, vel ita, ut mandatum nonnisi adiuuans illius causa queat dici, secutum est, *in tantum* se excusare posse statuerem.

§. XLVII.

*Mandatarius* porro (1) cui nulla fuit<sup>mandatari-</sup> potestas mandatum superhabendi, criminis omnino expers est; (2) ille vero, cui actionem ex ista causa legibusque permittentibus demandari visum est y), vel fal-

---

y) STRYKD. de imputat. facti alieni c. V. nr. 3. leg.

saltem causae demandatae iustitiam examinare non conuenit, criminis patrati quodammodo particeps. Id quod de eo quoque dictum velim, qui mandatum quidem dolo malo suscepit, nec tamen persecutus est.

### §. XLVIII.

*consultorem,* Sic quoque eum (1) qui consilium, quod alter vix secutus est, dolo malo dedit, *delicti deficientis*, et (2) illum, qui modum delinquendi consilio subministravit, destitutus tamen rationis usu, voluntatis libertate aut norma diiudicandi, *doli deficientis* excusatio a patrato vindicat crimine. Contra (3) turpis et minime accipienda est excusatio *consilii*, quo delicturum instruxisti dolo malo, crimine nondum peracto *reuocati*.

### §. XLIX.

*adiutorem,* Quae de *mandante* (§. XLVI.) et *consultore* (§. XLVIII.) criminoso diximus, notanda quoque erunt decisuro quaestionem: An et quatenus is, qui delicturo *auxilium* tulit (§. XXVI.), vel delictum perpetrandum *non impediuit* (§. XXVIII.), vel perpetratum *non reuelauit* (§. XXVII.) 2), aut *ratum habuit* (§. XXIX.), criminosi focius haberi possit?

### §. L.

2) SCHROETERI d. *minis quem inuoluit? IDEM quampda nuda scientia cri de iure silentii.*

§. L.

Ciuitas denique crimen, quod, a qui-<sup>ciuitatem.</sup> busdam tantum membris coeptum et ad-  
huc continuandum, praeuia deliberatione  
fuit *mandato, consilio, auxilio etc.* mox ple-  
ne mox minus plene participat (§. XXIV.  
seq.); contra ab illo crimine, cuius aucto-  
rem non puniuit, libera est, licet iurisdic-  
tione sit abusa.

§. LI

*Quasi crimen* est delictum culpa commis-<sup>Quasi crimi-</sup>  
sum (§. XXXI.). In culpa autem dicitur  
esse, qui non omnem adhibuit diligentiam,<sup>nis</sup>  
quam adhiberi iubent leges.

§. LII.

Sic (1) in rebus licitis peragendis non <sup>reis</sup>  
seruans limites; (2) solus, obdormiens,  
quum tamen sciuerit, se de noctu surgere  
aliosque inuadere *a*); (3) non vitans  
ebrietatem, qua durante, se delictum cer-  
ti generis committere, v. c. cum quolibet  
de qualibet re rixari solere, cognouit  
optime; (4) sine iusta causa irascens, aut  
dolo-

---

*a*) THOMASIVS c. d. c. *Iurispr. Crim.* p. 8.  
V. §. 16, BERGER *Elect.*  
*Engau lus Crimin.*

34 L. I. T. III. De veris et quasi criminibus in genere.

dolorem capiens; (5) immoderato amore amicum prosequens *b*); (6) leuibus et in futurum seruatis adfectibus indulgens; (7) legem prohibitiuam obliuioni tradens etc. vbi delinquit, fit reus quasi criminis. Idem dictum velim de eo, (8) qui ad iussum patris, magistratusue inferioris delinquit *c*); aut (9) ad vnum ex duobus delictis committendum coactus maius commisit.

§. LIII.

non idem  
semper im-  
putari potest.

Quia gradus culpae variant, omnibus reis vnus quasi criminis non idem semper, sed aliis plus, aliis minus, imputandum esse puto.

§. LIV.

In quem delinquatur?

Homines (1) in semetipsos, (2) in alios volentes, (3) in nihil iniuriae sentientes v. c. *infantes, dormientes, furiosos d*), *mortuos* delinquere, immo crimen committere posse, satis euicit MATTHAEVS *e*).

TIT.

*b*) SCHULTZII d. de delictis pro amico.

*c*) LEYSER spec. 602. m. 19.

*d*) FROMMANN de iure furiosorum p. 74.

*e*) c. l. proleg. c. 3.

TIT. IV.

DE

CAUSIS EX QUIBVS CRIMINA  
REDDVNTVR VEL GRA-  
VIORA VEL LEVIORA.

§. LV.

**E**o grauius habetur vnumquodque cri-  
men (1) quo maius est damnum eo da-  
tum; (2) quo minus ab eo laesus se de-  
fendere potuit *f*); (3) quo eminentior per-  
sona laesa; (4) quo sanctior locus, diesue,  
quo commissum; (5) quo a facinoroso  
commissum est frequentius *g*); (6) quo  
magis inordinati fuerunt adfectus, qui ad  
illud committendum impulerunt; et (7) quo  
plures fuerunt causae singulares, cur ab eo  
abstinendum fuerit.

Quae crimi-  
na reddant  
grauiora?

§. LVI.

Grauius quoque habetur crimen, (8)  
quocum *concurrit* aliud, ad diuersum finem  
tendens. Sin vtrumque, quod concurrit,  
ad eundem tendit finem, vnum habe-  
tur *b*).

C 2

§. LVII.

*f*) KRESS. ad C. C. art.  
169. §. 2.

*g*) RIQHTER d. de ag-  
grauat. delict. c. 2, TEN-  
ZEL d. de iure princ. cir-

ca del. c. 2. §. 22. MAT-  
THAEVS c. II. prol. c. IV.

§. 2. seq.

*b*) SCHVLTZII d. de  
concurf. delict. c. 2.

## §. LVII.

Causae cri-  
men leuius  
reddentes.

Contra leuius haberi solet crimen (1) quod ex *rusticitate* et simplicitate *i)*, aut (2) *moribus regionis k)* aut (3) in salutem magis quam damnum reip. patratum *l)*, vel (4) si illud priuato tantum obesse credant leges, *transactione* cum laeso inita compositum est; immo (5) quo magis delinquentis intellectus obnubilatus, aut libertas voluntatis praecisa fuit, eo leuius habetur crimen.

## TIT. V.

## DE POENIS.

## §. LVIII.

Poenarum

**P**oenae est malum, quod quis, ob verum vel quasi crimen, ex legis dispositione subire tenetur.

## §. LIX.

diuisiones et

Poenae diuiduntur (1) in *capitales* et *non capitales*, quarum illae (2) in *simplices* et *qualificatas*, hae vero (3) in *corporales*, *famosas*, *libertati noxias* et *pecuniarias* subdiuiduntur; (4) in *ordinarias* et *extraordinarias*; (5) in *compatibiles* et *non compatibiles*; (6) in *communes* et *proprias*.

## §. LX.

*i)* TIRAQUELLVS de poenis temper. aut remitt. causa II.

*k)* ID. C. I. C. 42.

*l)* ID. C. I. C. 52.

§. LX.

In criminibus vindicandis lex *primario* finis. intendit ciuitatis, huiusque membrorum, securitatem, *secundario* autem, vt vel criminali animus emendetur, vel alii ab eiusmodi criminibus committendis arceantur.

MEMBRUM I.

DE

VARIIS POENARVM GENERIBVS.

§. LXI.

Mors licet vna, tamen variae sunt poenarum *capitalium* species, quarum aliae *simplices*, aliae *qualificatae*. Ad *simplices* refero (1) *decollationem*, quae hodie, nulla ratione personae criminali habita, gladio \* solet fieri. Haec poena quouis tempore honesta fuit *m*), (2) *suspendium*. Hanc poenam, quum foeda et ignominiosa *n*) sit, in nobiles non cadere, quidam Dd. statuunt *o*).

Capitales sunt vel simplices

C 3

\* Quae

*m*) gl. ad Weichb. art. 8. n. 16. ZIERITZ ad C. C. art. 192. TIRAQUELVS de nobil. c. 37. n. 153. *n*). DOERFLER c. l. cap.

*o*. nr. I. seq. TENZEL de eo quod iustum est circa poenas furcarum. *o*) MARRITVS de nobil. german. tit. 37.



- \* Quae de hoc gladio sibi fingit plebs fabulosa, tradit DOEPLER *Schaupl. der Leibs und Lebens-Str.* p. II. c. 4.

## §. LXII.

vel qualifica-  
tae, et qui-  
dem aut  
per se

Poenae *qualificatae* sunt vel per se tales, vel per id quod extrinsecus accedit. Illius generis sunt (1) *rota*, qua ceruix primum concutitur *p*), (2) *culeus* \*. Hodie (†) reus in saccum linteum infuitur cum (a) cane, (b) gallo gallinaceo, (c) feli, simiae, quae olim infuebatur, loco, (d) vipera aut serpente picto *q*). (3) *Viui combustio*. Ut ne desperet comburendus, vel ab eius ceruice saccus puluere nitrato plenus penditur, vel strangulatio *r*) aut decollatio *s*) cum combustione coniungitur. (4) *Corporis rei in quatuor partes*, diuersis in viis publicis postea suspendendas *t*), *dissectio*, das Biertheilen. (5) *Vni defossio*, *stipite acuto per corpus transfixo*, quae *subterratio* quibusdam dicitur *tt*). Quod supplicium antiquitus in Germania nostra receptum *u*), et feminas, criminum capitalium prae-

*p*) DOEPLER c. l. c. XIX.

*q*) BERGER *El. Iurispr. Crim.* p. 17. HEIL *iud. et defensi* p. 489.

*r*) HEIL c. l. p. 490. DOEPLER c. l. c. 46.

*s*) SCHOEFFE *de concursu delictorum*. §. 17.

*t*) C. C. C. art. 192.

*tt*) Cel. DREYER *de poena defossionis viui et palii* §. 2.

*u*) TRITHEMIUS *Breniar. bist. Franc.* I, 19. *Sentent. Scab. Magd. Weichb. annex. tit. von Incest.*

praesertim qualificatorum reas, plerumque sequebatur *z*), dissuasit Carolus *x*), et hunc insecutorum temporum praxis penitus abrogavit *y*).

\* Haec poena reprobatur in Bavaria, Bayer. *Ma- les. Proc. O.* tit. 8. et in terris Brandenburgicis *Königl. Verordn.* de dato Charlottenburg d. 31. Jul. 1740.

(†) Culei poena, qua hodie utimur, ab illa, quae apud Romanos in usu erat, quamvis optime descripsit 10. FR. RAMOS in libro *ling. cuius titulus Tribonianus s. errores Triboniani de poena parricidii Lugd. Batav. 1752.* valde differt, dum suffocandi non amplius virgis sanguineis caeduntur, nec culeo pice et pitumine circumducto includuntur, sed sacco linteo insuuntur sicque non lenta, sed repentina morte, suffocantur. Quod ratione proportionis poenarum notandum.

### §. LXIII.

Extrinsicus qualificatur poena capitalis, aut extrinsecus tales;  
 (1) dum morti tradendus *imponitur trabae* wird geschleifet *z*), (quod non ubique eodem fieri solet modo *a*) aut *forcipibus candentibus* vellicatur, wird mit glühenden Zangen gerissen *b*), aut priuatur *lingua* alioue mem-

C 4

*z*) Cels. DREYER c. l. §. 3. seq.

*x*) art. 131.

*y*) BEYER ad cit. art. DOEPLER c. l. cap. 28 39.

IOACHIMI d. de *vini sepultura, delicto et poena* c. 2. §. 11.

*z*) C. C. art. 193. HEIL c. l. p. 491.

*a*) MYLIUS ad BEYER *delin. I. Crim.* p. 367. nr. 12. DOEPLER c. l. c. 21.

*b*) C. C. art. 194. DOEPLER c. l. c. 20.

membro, quo crimen commissum est; (2) dum *decollati* aut *cadaver in rotam imponitur*, wenn dessen Körper auf das Rad gelegt und geflochten wird c), aut *caput patibulo adfigitur*; (3) dum *rota contundendi crura et brachia prius franguntur*, quam *caput vel cor contunditur*, wird von unten auf gerädert d), aut *membra clavis ferreis contunduntur* e).

## §. LXIV.

Ea supplicia, quae germani reprobant, v. c. *lapidationem* f), *sectionem per ferram*, *obiectionem bestiis factam*, *condemnationem ad bestias*, *maestationem*, *supplicium veneni*, *crucis* g), aliaque, a DOEPLERO b) relatà lubens praetereo. Sic quoque, cur *abscissionis capitis per aratrum* mentionem faciam, certe non est. Nondum enim, eam unquam in germania viguisse, probarunt PHILIPPI i), KRESS k), ceterique.

## §. LXV.

c) CARPZOV *pr. crim.* q. 128. nr. 60.

d) HEIL c. l. p. 492. nr. X.

e) GRASS. *collat. I. Civ. Ro. crim. cum C. C.* p. 819.

f) MAYER *diff. select.* Kilon. p. 245. seq. 275. DASSOVII d. *de suspendio hominis lapidibus obruti.*

g) KIPPING, LIPSIVS, GRETSER *de cruce.*

b) §. l. c. XVII. XVIII. XXIII. XXV. XXIX. XXX. XXXI. XLVIII.

i) *vs. pr. Instit.* IV, 17. ecl. 79. nr. 13.

k) d. *de priuil. agric.* sect. II. §. 14.

## 6. LXV.

*Poenae corporales* vel cruciatus tantum <sup>aliae corporales, tam approbatae,</sup> adferunt, vel membrum aliquod simul adiungunt, corpori. Prioris generis sunt: (1) *fustigatio* \*, quae mox mitior est, mox severior; (2) *virgindemia*, seu castigatio illa, quae virgis in carcere per lictorem fieri solet, et dicitur: *der Stock-Schilling* l), (3) membrorum extensio, quae dicitur: *Tratto di chorda m)*, das Wippen, (4) *stigmatis notio*, das Brandmahlen, Umbrennen der Schandzeichen. Inferibuntur autem faciei n), vel alii corporis parti, ea signa, quae loquantur poenam ob crimen aliquod promeritam; (5) *damnatio* vel *ad opus publicum*, v. c. ad fortalitia extruenda, lapides in lapidicinis praeparandos etc. vel (6) *ad ergastula* in die Zuchthäuser, Kaspel, und Spinnhäuser o). Posteris vero generis sunt: (7) *amputatio manus*, Abhauung der einen Faust p), (8) *amputatio digitorum* q), (9) *abscissio linguae*. Quas poenas praxis temperat,

C 5

perat,

l) BEIER de *Virgindemia*.

m) C. C. BERGERI d. de poena *tratto di chorda dicta* DOEPLER c. l. p. I. c. 40.

n) TENZEL d. de *stigmatibus in facie*. Ill. HOFFMANN *Spec. iurispr. symb.* §. 33.

o) SIMONIS *ergast. discipl.* KRAVSOLD de *usibus S. Raspini* REINHARTH de *ergastulis eorumque iure*.

p) I. P. S. II, 16. GRELL. d. de *iure manuum* §. 31.

q) SCHAMBERG. d. de *iure digitorum* c. 4. §. 41. seq.

perat, iubens, non nisi anteriorem linguae partem abscindi r), et priores tantum digitorum articulos, itidem illam manum, qua reus facillime carere potest s), amputari. Denique *praegnantibus*, nullius generis poena corporalis irrogari, et reliquis hoc vel illud membrum eo tantum modo, quo vitae vix noceatur, adimi potest.

\* Haec poena, quam a fustigatione Romana, speciatim verberatione *visibus*, *loris*, *maſtigibus*, *ſcorpionibus* etc. fieri ſolita, diſſerre probavit BODINVS d. de fustigationis iniquo uſu *bediurno* th. 7. ſeq. in Elect. HANNOV. reprobata eſt, condemnatione ad opus publicum in illius locum ſurrogata. Reſc. d. 28. Decembr. 1717. V. THOMASII c. d. p. 66.

### §. LXVI.

quam repro-  
batae;

Reliquae poenae ad hanc claſſem referri ſolitae ſunt vel rariores, vt *damnatio ad triremes* t), *aurium et narium amputatio* u), vel antiquatae, utpote *ad metalla condemnatio*\*), *caſtratio* x), *oculorum effoſſio* y), *pedum amputatio* z), vel germanis quouis tem-

r) KRESS. ad art. 198. §. 1.

s) WILDVOGELII d. de iuro manus dextrae ſect. VI. §. 8.

t) ROMANI d. de per-  
rara poena ad triremes in  
Conſt. El. nou. 7. 8. deſi-  
nita.

u) GUNTHER in viſa

Friderici I. lib. VII. v. 282.  
MYLII d. de iure narium,  
et poena amputationis, ac  
ſcapellationis naſi.

x) L. Sal. XXIX, 6.  
XLIII, 2. DOEPLER c. l.  
p. l. c. 54.

y) KRESS ad C. C. art.  
159. §. 5. not. 3.

z) DOEPLER c. l. c. 58.

tempore fuerunt incognitae, v. c. *dentium excussio a)*, *barba pice illita b)*, *crurisfragium c)*, *amputatio mamillarum d)* vel *polli-ois e)*, *supplicium fustuarium f)* etc. Quare, illas cur describam, non esse duco.

\* *Ad metalla* apud nos condemnatur nemo, quum (1) nunquam defuturi sint homines integrae vitae, qui eam conditionem subeant, (2) ignominia notarentur metallarii, si horum conditio aliis supplicio esset. TITIVS d. de iure metallorum §. 26.

§. LXVII.

*Famam sugillant* poenae, (1) quae a car-nifice, speciatim excoriatore, dantur exe-cutioni *g)*, vtpote *laqueus*, *fustigatio b)* etc. (2) quibus damnatur memoria *i)*; (3) quae reum omnium exponunt risui, v. c. (a) *num-mellae*, *Hals-Eisen*, *Pranger \* k)*, (b) *lapis famosus*, *Easter-Stein*, quem criminosi co-guntur in conspectu populi vel in collo vel, in manu circumferre *l)*; (c) *lagenae*,  
die

- a) DOEPFER C. I. C. 45.
- b) IDEM C. 46.
- c) IDEM C. I. C. 56.
- d) ID. C. I. C. 47.
- e) HELVIG d. de iure manus sinistrae §. 21.
- f) KIPPING de cruce exere. V.
- g) Elem. nr. I. Germ. lib. 1. §. 495.
- h) THOMASII diff. an poenae viuencium eos infes-

- monses sint absurdae p. 41.
- i) KVLPIUS de iure cir-ca cadauera punitorum c. 3. DOEPFER C. I. p. II. c. 53.
- k) BECHMANNI d. de iure numellarum. DOEPFER C. I. C. 35.
- l) KRREBS de ligno et la-pide P. II. Class. 5. sect. 45. IOFRITSCH suppl. Speidel. Besold. v. Easterstein.

die Glaschen. Sunt duo lapides, formam lagenarum habentes, qui leuiorum criminum reorum collis imponuntur, et ab his in loco quodam publico per definitum temporis spatium feruntur *m*); (d) meretricum vel in *caueam versatilem* inclusio, vel (e) in forum deductio, mediante tympano, quod vnico pistillo pulsat carnifex, fieri solita, das *Auspaucken n*); et (f) quae huius quandoque comes solet esse *o*), *turpis decaluatio*. \*\*.

\* Quotquot olim poena quadam corporali adficiendi erant, numellis includebantur. Hodie vero numellarum poena cum nulla fere corporali iungitur. Quid? quod in terris Brunsvico-Lunenburgicis omnis cessat pali infamantis vsus. PUFENDORF. de iurisdictione germ. pag. 106. seq.

\*\* Haec olim coniungebatur cum fustigatione. Unde phrales: es geht ihm zu Haut und Haar, das Haar abschlahen, tollere corium et capillos etc. TACITVS de M G. c. 19, ibique DITHMAR nr. 5. Du FRESNE glossar. v. decaluatio. HEINECCIUS Elem. I. Germ. I, 320. \* 401. \*

### §. LXVIII.

vel antiquae; Frequentes olim erant (g) *κρυφοφωγία p*); et (h) *peruersus asino insidendi modus*, rei scilicet facie ad asini caudam conuersa *q*).

Cata-

*m*) BECHMANN c. d. c. 4. §. 5.

*n*) DOEPLER c. l. c. 20. HEIL c. l. c. VI. §. 4. p. 343.

*o*) PUFENDORF c. l. p. 213.

*p*) MEIBOMIUS de *κρυφοφωγία* b. STRVV H. I. p. 736. GERICKEN ad SCHOTTELIUM c. 4.

*q*) DOEPLER c. l. c. 33.

*Catamidiationem r)*, ignominiosam *barbae rasuram s)*, aliasque poenas, quae Germanis quovis tempore fuerunt incognitae, tacitus praetereo.

## §. LXIX.

Libertatem eundi restringunt (1) *confi-* aliae libertati noxiae;  
*natio*, qua quis certo loco, qui iudici subest, exire prohibetur *t)*; (2) iniuncta excessio, *Landes-Räumung*, et, quae hac maior est, (3) *relegatio*, qua quis extra ban-  
 num relegantis vivere iubetur; (4) *carcer*. Hic velim notes (a) quod omnes poenae libertati noxiae sint vel mitiores vel duriores, (b) vel perpetuae vel temporales, haecque iterum vel simplices vel modificatae; (c) quod *carcer durior* dicatur, in quo reus pane tantum et aqua pascitur *u)*; (d) quod relegatio poenas famosas comitari soleat; (e) quod *interdictio aquae et ignis x)*, et quae in illius locum successit, *in insulam deportatio y)*, sint poenae Romanis non Germanis cognitae, quodque *detrusio in monasterium z)* a pontificiis tantum probe-  
 tur; (f) quod antiqua poena *exilii*, das Ja-  
 gen

r) ID. C. I. C. 28.

s) THOMASIVS *de barba*.t) STRYK ET HAGMANN *de consuetudine*.

u) DOEPLER C. I. C. 10.

x) P. R. SCHROEDERID. *de iure aquae et ignis interdictorum antiquo, eiusque usu hodierno*.

y) DOEPLER C. I. C. 24.

z) ID. C. I. C. 25.



gen ins Elend, a multis temporibus in poenam relegationis abierit.

- \* In Sax. El. et terris R. M. Britt. germanicis valet regula: ex vno districtu relegatus, relegatus est ex omnibus eiusdem et diuersi principatus. HEIL *iud. et defens. in proc. inquisitionis* c. 6. §. 5. PFENDORF *de iurisd. germ.* p. II. l. 2. c. 2. §. 32. p. 203.

§. LXX.

poenae pecuniariae.

Poenae pecuniariae sunt (1) *multa*, quae siue ingens sit, siue modica, ad eum spectat iudicem, qui in delictum iam multa luendum iure inquisiuit a); (2) *confiscatio* vel omnium vel quorundam *bonorum* b), quae poena hodie in perduellionis tantum crimine obtinet c), nisi iure prouinciali aliud de nouo introductum fuerit d).

MEMBRUM II.

DE

PROPORTIONE ET COMPARATIONE POENARVM INTER SE.

§. LXXI.

Poenarum proportio

**D**d. poenarum proportionem determinaturi statuunt, quod (1) poena *laquei*,

a) ERTEL VON DER NIEDER. Gerichtsbarkeit II. c. 18. obf. 3.

b) GVAZZINI. de con-

fiscatione bonorum BRUCKNERI pr. de confisc. bonor.

c) C. C. art. 218. 135.

d) HEIL c. l. p. 345.

quei, culei, ignis atrocior poena gladii, rotæ, culei etc. e); (2) quod poena corporalis membro aliquo priuans, sit seuerior ea, quæ solos cruciatus adfert corpori f), (3) manus tamen amputatio fustigatione honestior; (4) quod poena relegationis maior confinemente, grauior temporario carcere g); porro (5) quod poena, quæ dicitur *tratto di chorda*, vbi fit ad vnum gradum, relegationi; sin ad plures, fustigationi non dissimilis b). Sic quoque alicubi (6) relegatio, prout ad vnum annum, biennium, triennium aut in perpetuum dictatur, æqualis iudicatur 30. 60. 90. 100. florenis i); et (7) poena carceris ad octiduum, 4 septimanas k), in perpetuum, etc. respondere videtur vni sexagenæ nouæ l), relegationi ad annum, fustigationi cum perpetua relegatione coniunctæ. (†) Denique (8) sunt, qui capitali poenæ æquiparant perpetuum carcerem m), mutilationem membri

e) MÖGLING d. de eo quod iustum est circa proportionem in poenis surrogandis th. XI. p. 17.

f) KRESSAD C. C. C. art. 108. §. 3. SCHAMBERG de iure digis. c. 4. §. 11. seq.

g) MÖGLING c. d. §. 18.

b) HEIL c. l. c. 6. §. 3. D. 340.

i) MÖGLING c. l. §. 20.

k) BECHMANN exerc. XII. nr. 31.

l) CARPZOV. pr. crim. q. 133. nr. 47.

m) IDEM c. l. q. III. nr. 57. DAMEVDER c. XVI. nr. 2.

membri *n*), confiscationem bonorum *o*),  
condemnationem ad triremes *p*) etc., aff  
falluntur.

(†) Quae hic sub nr. 7. posita sunt, melius se ha-  
bent, si sequenti modo determinantur; Poena car-  
ceris ad ostiduum responderet vni sexagenae nouae et  
poena carceris ad 4. septimanas bey *Wasser und*  
*Brod* aequiparatur relegationi ad annum. Fusti-  
gationi cum perpetua relegatione aequalis est inclu-  
sio in ergastulum ad 4. vel 6. annos. Insuper,  
quae auctor de proportione inter laquei, rotae et  
culei poenam dixit, non semper leges probant. vide  
C. C. Cr. art. 130. 162. 159.

### §. LXXII.

quodammo-  
do incerta  
est.

Iam quum incerta sit, nec LL. determi-  
nata poenarum proportio, fatius est, vt, si  
in locum poenae legitimae, quae executio-  
ni dari nequit, alia sit surroganda, ea sur-  
rogetur, quae legitima leuior est. Id quod  
et ipsae LL. faciunt, quando in locum  
submerisionis in aqua, ob defectum flumi-  
nis *q*), et in locum laquei, ob conditionem  
sexus *r*), poenam gladii surrogari iubent.

*n*) MATTHAEVS ad  
XLVII, 10. nr. 17.

*o*) ALVAREZ de VELA  
SCO de priuileg. paup. p. I.  
q. 51. nr. 19.

*p*) DOEPLER C. I. p. I.  
c. 27. nr. 3.

*q*) C. C. C. art. 131. ibi-  
que CLASEN. FROELICH  
v. Stölschburg comment.  
über P. S. G. D. H., II, 2.  
HARPPRECHT conf. nou.  
45. nr. 118.

*r*) C. C. C. art. 159. 162.

MEM-

MEMBRUM III.

POENAE SEQUUNTUR CRIMINA, HISQUE RESPONDERE DEBENT.

§. LXXIII.

**P**oenae descriptionem finemque ponderans, haec enunciare nullus dubito:

I. Poena scelus sequitur.

II. Lex poenas statuit.

III. Poena statuta non infligitur, ubi finis poenarum primarius cum altero secundario (§. LX.) iam obtentus est.

§. LXXIV.

Quum poena scelus sequatur (§. pr. I.), in confessio erit (1) quemlibet, alicuius <sup>Poenae crimi-  
mini, ob  
quod infli-  
guntur,</sup> veri aut qu. criminis reum, sit cuius velit generis, conditionis aut sexus, puniendum esse; (2) cessare poenam, quoties crimen cessat vel natura vel lege; (3) dolo malo aut culpa deliquisse videri s), quos gladius persecutus est; (4) tot cuique poenas irrogandas esse, quot commisit crimina t); (5) poenas criminum auctores manere u).

§. LXXV.

---

s) BOEHMERI d. de poena sine crimine. crim. q. 22. n. 19. q. 23. n. 17.

t) FARINACIVS pr. u) 22. C. de poen.

Engau lus Crimin. D

## §. LXXV.

respondere, Ex eodem (§. LXXIII. r.) porro sequitur, (6) vt poena crimini respondere debeat x). Hinc (a) quo grauius crimen, eo grauiorem, ficque (b) pro varietate criminum variam, poenam statui necesse est; (c) plures eiusdem criminis rei sociiue sunt eadem poena plectendi y), nulla eorum sexus dignitatisue, attamen internae poenarum aestimationis ab externa differentis z), ratione habita; (d) vix iustam poenam statuere potest, qui, quid grauitatis vel leuitatis cuique insit, plane ignorat; (e) crimen factis externis inchoatum poena sequitur d), non tamen ea, quae consummatum manet, nisi lex attentatum pro consummato habeat (§. XXXIV, 4.).

## §. LXXVI.

et criminis

Cessante crimine, cessat poena (§. LXXIII, 2.). Hinc (1) germani haud abs re dicunt: Gedanken sind Zollfrey b); (2) nullas poenas

x) SODE d. de mensura poenar. magnitudini delictorum respondente.

y) CAEPOLLA consil. 27. tit. 9. 10.

z) RICHTERI d. de prosoptesta circa infligendas poenas. HELVIG ET MAN-

TZEL d. de respectu personarum in foro criminali.

a) C. C. art. 178. ROESENER de conatu punibili. POTT de poena conatus.

b) STRYK tr. de iure sens. diss. X, c. 6.

nas pendunt (a) res *inanimatae*, v. c. aedificia \* et instrumenta \*\*, vbi et quibus mediantibus crimen commissum est, etc. (b) *animatae*, sed doli non capaces, v. c. bruta, secundum illud: kein Vieh verbührt Gewette an seiner That \*\*\*; (c) quotquot factum, reip. licet noxium, a lege tamen non notatum, dolo malo, aut delictum, neque dolo neque culpa, patrasse constat.

\* Sicut olim *aedificia*, in quibus quis vel stupri violenti vel raptus crimen commiserat, diruebantur, I. P. S. III, 1. *Weichbild* art. 38. SCHOTTEL *de singular. quibusd. in G. iuribus* c. XIV. §. 17. ita et hodie domus rei criminis perduellionis destruitur, STARK *V. m. ff. ad L. lul. Mai.* §. 8. non tamen in poenam, sed in solam ibi, aut ab illius domino, commissi criminis detestationem.

\*\* *Lapides, fustes, gladji*, quibus homo interfectus est, alicubi eum in finem *suspenduntur*, vt moneant ciues, quantum nocere possit temerarius armorum vsus. LEISER *Iur. georg.* II, 10, 30. THOMAE *tr. de noxia animal.* c. 27.

\*\*\* Licet *bruta*, quibus vel praesentibus vel physice concurrentibus deliquit homo, quandoque tollantur e medio, tamen hoc in poenam non fit, sed vt *vel* memoria criminis aboleretur, nec illud patrandi modus aliis suggereretur, *vel* salutis hominum consuleretur.

## §. LXXVII.

Commisso crimine, nonnisi huius auctor auctorem puniendus est (§. LXXIV, §.). Vnde (1) manere debent,  
D 2 he.

heredes de testatoris *c*)\*, coniux de coniugis, liberi de parentum \*\*, parentes de liberorum, dominus de serui, socius de socii etc. criminibus respondere debent minime; (2) crimina dicuntur esse personalissima; (3) tot sunt puniendi, quot criminosi *d*), nec (4) ab uno facta solutio liberare potest alterum.

\* Si vero testator in poenam pecuniariam ante mortem condemnatus tot bona reliquerit, quot ad poenam soluendam requiruntur; hanc praestare tenentur heredes. COCCII d. c. §. 30.

\*\* Id quod tamen de I. Ro. in liberis perduellium, adulternis et incestuosis secus est. HOECKNER de poena parentum perduellium ad liberos perueniente. FISCHERI d. de poenarum humanar. abusu §. XII. BODINI d. de poenis innocentum.

### §. LXXVIII.

Quid iuris, si civitas criminis res non sit solvendo?

Vbi *civitas*, quae crimen commisit, vel omnibus vel sufficientibus destituitur bonis, istius membra horumque heredes in subsidium tenentur, neutiquam vero successores in officio, nisi ad quos aliquid ex crimine peruenit *e*).

### §. LXXIX.

Tot poenae, quot crimina.

Quot crimina quis commisit, tot poenas

*c*) COCCII d. de oblig. hered. ex delict. def. sect. IV. §. I. MULLERID. Quatenus poena in heredes transeat

vel non?

*d*) C. C. C. art. 148.

*e*) LEYSER sp. 533.

nas ei irrogandas esse diximus (§. LXXIV, 4). Illud adhuc notes velim, quod (1) *continuata*, et ad vnum eundemque finem tendentia crimina, vnica tantum *f*), eaque ordinaria, (2) *reiterata* vero, poena extrinsecus qualificata *g*) plectantur; (3) quod, si poenae diuersorum criminum in vno eodemque istorum reo vix sint compatibles, obtineat regula: *minorem poenam absorbet maior* extrinsecus qualificanda. Non raro tamen, ob grauitatem criminum concurrentium, poenae, quae incompatibiles videntur esse, simul irrogantur *b*), Vnde paroemiam illam: *Wer einen erwürgt, darf 10. umbringen*, licet quod ad capitalem poenam, non tamen quod ad speciem capitalis poenae, procedere statuo *i*).

§. LXXX.

Ex secunda enuntiatione (§. LXXIII, 2.) Poenae, cuiuslibet constabit de causa (1) cur poenae, quibus coercentur crimina, non vbiuis locorum Germaniae sint eadem; (2) cur princeps, poenam in crimen aliquod statuat

Poenae, quum eas omnes princeps non determinet, sunt

D 3 tam

*f*) SCHVLTZ d. de concursu delict. c. 3. §. 6.

*g*) SCHOEFF de concursu delictorum §. 17. seq.

*b*) ID. C. d. TRÉIBER

de poena gladii post suspendium §. 16.

*i*) HERT. parcm. 117. PISTOR cens. 3. par. 93.



tam (a) pro lūbitu *tollere*, (b) addita bonorum confiscatione k) vel alio modo *graviorē reddere*, (c) inflictam *effectū suo destituerē* l) etc. possit, dummodo nullum ius tertio iam quaesitum adimat.

## §. LXXXI.

vel legitimae  
vel arbitrarie.

Quia leges horum delictorum poenas definiunt \*, aliorum vero vindictam iudicantium arbitrio et religioni relinquunt: inter Dd. nota est poenarum in *ordinarias* seu legitimas, et *extraordinarias* seu arbitrarias distinctio (§. LIX, 4.).

\* Quod si lex poenam alternatiue statuat, iudex, statum delinquentis et qualitatem delicti ponderans, eligat quam magis profuturam putat reip.

## §. LXXXII.

Quando poena infligatur nec ne?

Enunciatio tertia (§. LXXIII, 3.) nos docet causam (1) cur detur *praescriptioni* locus; (2) cur *executio in effigie* obtineat vsu m); (3) cur reus, qui crimen confessus aut de eo conuictus atque damnatus, sed ante supplicium *mortuus* est, quandoque \* suspendatur, capite vel manu truncetur etc.

\* Tunc maxime, si *corpus*, praeter capitale supplicium, rotae inponendum, aut in partes dissecandum,

k) KRASS ad C. C. art. 218. §. 5. not. 3.

l) R. I. 1526. §. Und  
microbl. MAVRITIVS p. II.

conf. 8. nr. 4.

m) WICHT de executione  
in effigie.

dum, vel *membra* publice exponenda sunt, hoc fieri statuit CRELL. d. *de iure manusum et poenis* §. 23.

MEMBRUM IV.

DE

IVRE IUDICIS CIRCA POENAS.

§. LXXXIII.

**I**udex, qui minister non arbiter legum est, poenam ordinariam (§. LXXXI.) nequit (1) *extendere*, nisi hoc fieri iubeat singularis rei malitia vel alia delictum aggravans circumstantia (§. LV. seq.) *n*); aut (2) *penitus remittere*, nisi (a) dolus et culpa in delinquente desint, ut si hic ex solo aetatis lubrico (§. XXXV, 1.), in summa, quam sibi lubens non procuravit, ebrietate constitutus (§. XXXVI.), animi morbo laborans (§. XXXV, 4. seq.), aut ad iussum principis (§. XXXIX. 1.) deliquerit; (b) maius damnum ex poenae solutione redundet in remp. o); (c) poena non minus innocentem quam nocentem adficiat *p*).

Iudex poenam ordinariam 1) extendere,  
2) remittere,

D 4 §. LXXXIV.

*n*) KRESS ad C. C. art. 193. CARPZOV. *pr. crim.* q. 7. nr. 33.

*o*) DRESSEL d. *de delinq.* §. 35 - 39.

STRVV, *obs. crim.* c. 17. obs. 8. p. 114 TIRAQVELLVS c. l. c. 47.

*p*) TIRAQVELLVS c. l. c. 19.

## §. LXXXIV.

3) mitigare,  
aut

Porro iudex nequit ordinariam poenam (3) *mitigare*, nisi (a) de dolo delinquentis, aut corpore delicti aliquod superfit dubium, (b) delinquens, quo minus adfectum, unde delictum venit, vicerit, fuerit impeditus, aut (c) alia concurrat causa crimen mitigans (§. LVII.), ytpote (a) *prosper euentus* mali consilii, (β) *poenitentia* cum retractatione facti illiciti coniuncta q), nisi singularis concurrat circumstantia, quae crimen reddat grauius r); (γ) *transactio* inita cum laeso s), cuius interesse lex poenam minitans primario respicit; (δ) *intercessio* partis laesae non vero tertii innocentis t); (ε) spontanea et tempestiua *confessio*, secundum illud: bekant ist halb gebüßet u); (ζ) *carceris diuturnitas* x), cui reus ansam neque dolo neque culpa praebuit; (η) *excessus in tortura* etc. Quo vero iure (θ) *baptismus* y) et ad christianismum conuersio, (i) *tran-*

q) TIRAQVELLVS C. I. c. 60.

r) LVDOVICI d. de effectu poenitentiae et in ciuilibus et in criminalibus causis c. 3. §. 20.

s) RHODII d. de transact. in delict. Pr. nr. de transactione cum laeso ini-

ta, poenam criminalem mitigante.

t) LVDOVICI d. de intercess. innocens §. 18. seq.

u) PISTOR cens. 2. par. roem. 71.

x) BARTH diff. 693.

y) TIRAQVELL. C. I. c. 25.

(i) *transitus Cardinalis* z) \* aut (κ) *principis regii* a), (λ) *meretricis intercessio et declaratio*, se criminoso nubere velle \*\*, (μ) *delinquentis diligentia in rebus rusticis* b) \*\*\*, aut (ν) *singularis cuiusdam artis peritia*, aut (ο) *promissio impunitatis a iudice inferiore facta* etc. huc referri possint, equidem non video.

\* Vulgo requiritur, vt Cardinalis pileum suum capiti gratiam petentis rei imponat. V. TIRAQUELL. tr. *pe poenis temperandis, aut etiam remittendis* c. 55. STRYK *de iure sens.* VII, 3, 30.

\*\* Hanc, quae olim in Palatinatu et ciuitate Norica etc. legitima causa fuit, cur poena mitigaretur, *Churpfälz. Malef. O. tit. 70. DANNREUTHER Nemis Norica* p. 96. hodierni mores vbi que reprobant. GERDES *To. II. opusc.* p. 825. SCHNETTERI *d. de matrimonio cum damnato ad mortem contrahendo.* KLEIN *d. de fauore marr. contr.* c. 2. CARMON *d. de intercessione feminarum pro capite damnatis.* LVDOVICI *c. d. §. 38. seq.* HELLBACH *de poenis remittendis et minuendis* §. 10.

\*\*\* Hanc attendendam esse putat KRESS. *d. de priuil. agric.* c. 1. sect. 2. §. f.

### §. LXXXV.

Denique iudicis non est, (4) poenam <sup>4) in aliam</sup> legi- <sup>commutare</sup> nequit,

D 5

z) OLDEKOP *obs. crim.* V. 4. LVDOVICI *c. d. §. 48.* b) IESSEN *d. de mitig. poen. c. §. SCHRAGII d. de mitig. poenar. §. 27.*  
 a) *Id. c. d. §. 49.*

legitimam in aliam commutare c), nisi (a) hoc expressa lege ei datum fuerit \* d), aut (b) poenam lege statutam delinquens solvere, aut (c) iudex illius solutione finem vel plane non, vel nonnisi cum damno tertii, queat obtinere. Quibus in casibus poenam commutaturus iudex attendere debet rationem proportionis, quam poena commutanda habet ad alias; (†) (5) cum reo super ea transigere e), nisi ad existimationem conseruandam f).

\* In Sax. El. iis, qui iurisdictione propria sunt muniti, competit facultas poenam fustigationis et relegationis, si qua ob aliud atque adulterii crimen statuta fuerit, in pecuniariam commutandi, dummodo hac de re Ictos consulant. Pecunia, in quam conuersa est poena fustigationis et relegationis perpetuae, piis vsibus; ea vero, in quam mutata est poena relegationis temporariae, iudici, commutationis auctori, cedit. *Res. Grau. de A. 1661. tit. von Justicien, S. §. 59. V. WERNHERD. de iure poenas in multam conuertendi, nobilibus dominisque iurisdictionalibus competente.*

(†) quatenus iudex patrimonialis poenam sententia statutam in aliam, praesertim pecuniariam, mutare queat, lege BARTH *diff. in prax. diss. 411.*

### §. LXXXVI.

c) DAMHOVDER *pr. crim. c. 55. nr. 4.*

d) C. C. C. art. 104. 158. CHLADEN *d. de arbitrio iudicis in commutandis poenis §. 13.*

e) BRVNEM. *proc. inquisit. c. X. nr. 29. BER-*

GER *Elect. Jurisprud. Crimin. p. 211. et suppl. p. II. obs. 171.*

f) DONAVER *d. de transactione legis cum reis delictorum de existimatione per aggravationem poenae.*

## §. LXXXVI.

Quia leges in poenis determinandis <sup>si vel maxi-</sup> variant (§. LXXX, 1.), notandum erit, quod <sup>me leges poe-</sup> iudices attendere debeant (1) *statuta loci*, <sup>nales variant;</sup> quo crimen est commissum *g*), nisi (a) delinquentis religionis, in Germania adprobatae, principia poenam mitiorem ibi *statuta exigant b*), aut (b) deliquerit forensis, cui innotescere nondum potuit singularis poena (§. XL, 2.); non vero (2) *leges provinciae*, quam reus *inhabitat*, nisi lex poenam minitans personam dirigat *i*); nec (3) leges istius loci, quo pendet *inquisitio k*). Notes etiam, quod, si variae leges provinciae, in qua crimen commissum est, variam poenam dicitent, ea attendi debeat, quae tempore delicti fuit constituta.

## §. LXXXVII.

Arbitraria poena (§. LXXXI.), ut criminis respondeat (§. LXXV.), ad mortem (†) <sup>arbitrarias</sup> vsque extendi potest (a) ob singulares ip- <sup>vero exten-</sup> sius criminis et personae criminosis circum- <sup>dere, et</sup> stan-

*g*) VOET *de statutis, eorumque concursu* sect. XI. c. 1. §. 3.

*b*) BOEHMERI d. 2. *de variis sacrileg. specieb.* §. 8.

*i*) HERTIVS *de collisione*

*legum* sect. IV. §. 8. 11.

*k*) FROELICH V. *Strö- lichtsburg* comment. über die P. H. G. D. I, II, 4. PISTOR *obs.* 166.

stantias l), neutiquam vero (b) ob solum concursum variorum criminum poenis arbitrariis vindicandorum.

(†) exempla vide in crimine finium motorum apud LEYSER sp. 114. m. 6. falsi CARPZOV P. III. quaest. 133. testimonii falsi C. C. C. artic. 107. stupri LEYSER sp. 181.

### §. LXXXVIII.

mitigare potest, immo debet pro factorum circumstantiis.

Contra ad lenitatem pronior esse debet iudex non solum ob easdem causas, ob quas mitigatur poena ordinaria (§. LXXXIV.), sed et ob delinquentis (a) *sexus imbecillitatem m)*, (b) *seductionem* ipemque emendationis *n)*, (c) *singularem in arte peritiam*, (d) *haud exiguum liberorum* nondum educatorum pauperumque *nume- rum o)*, porro (e) *ob consuetudinem* ciuitatis idem crimen committendi *p)*. Sic quoque ob delinquentis (f) *nobilitatem q)* dignitatemque *r)*, a famosis, et (g) *ob illius se-*  
*nectu-*

l) C. C. art. 112. MAT-  
THAEVS de crimin. pro-  
leg. p. 54. CLASEN ad  
C. C. art. 104.

m) TIRAQVELLVSC. 1.  
c. 9. BERGER *El. lu-*  
*rispr. Crim. suppl. p. II.*  
obf. 3. p. 8.

n) CARPZOV *pr. crim.*  
q. 150. nr. 4. seq.

o) HELLBACH de poe-  
nis remittendis et minuen-  
dis §. 32.

p) KRESS ad art. 106.  
§. 6. nr. 5.

q) Id. ad art. 117. §.  
3. nr. 2.

r) IDEM ad art. 160.  
§. 2 nr. 2. ad art. 177.  
§. 1. nr. 4. p. 652.

neclutem s), perditamque valetudinem t), a corporalibus poenis irrogandis iudici abstinendum est.

### §. LXXXIX.

Conatum criminis mox *legitima*, mox *arbitraria* poena manet. *Illu*, vbi lex at-<sup>Quid de conatu sentias?</sup> tentatum crimen habet consummatum (§. LXXV, e. u), aut ex eo peculiare crimen sua poena luendum, conficit; *haec* vero in reliquis casibus. Debet autem iudex in determinanda poena arbitraria attendere (a) num ad *actum proximum* peruenerit, an in nudis actibus praeparatoriis substitute- rit reus x)? (b) num effectus facto tertii an ipsius delinquentis poenitentia fuerit *impeditus* y)? Qui, quantum in iis fuit, crimen perfecerunt, eos ad vnum omnes ordinaria poena plectendos esse, aliqui, sine ratione tamen, statuunt z).

TIT.

s) CARPZOV c. l qu. 144. nr. 26 seq.

t) Id. c. qu. nr. 44. seq.

u) POTT de poena conatus c. 3. §. 12.

x) MATTHAEVS c. l. tit.

de poenis §. 3.

y) LVDOVICI d. de ef-  
fectu poenis.

z) POTT c. l. c. 3. §. 9.  
seq.



## TIT. VI.

DE

FREDO, FAIDA, MVLCTA ET  
EMENDA.

## §. XC.

Quid fre-  
dum, faida,  
capitale etc.

**Widam**, quam dicebant maiores, iudi-  
ci, ut pacem aut defensionem pu-  
blicam recuperarent, atque *faidam*\* laeso  
huiusue familiae, ut bellum priuatum a)  
redimerent, soluere antiquitus debuerunt  
criminum non capitalium rei. Illa in  
*fredum* et *bannum* b) haec vero in *wergel-  
dum* et *capitale* c) siue *widrigeldum* d)\*\* di-  
uidebatur.

\* Qui *faidam* nondum soluerat, *faidosus* dicebatur,  
nec, nisi (a) in ecclesia, (b) in domo sua,  
(c) tempore, quo ad ecclesiam vel placitum ibat  
aut redibat, pacem habebat. L. *Frisson*. addit.  
tit. I. §. I. DV FRESNE *Glossar.* h. v. aut a iu-  
dice impetrare poterat. L. *Ripuar.* tit. f. §. I. *Ca-  
pitul. Car. M.* IV, § 6.

\*\* Haec pro varietate damni delicto dati non pote-  
rat non variare. POLAC *System. Iurispr. Ciu.*  
*Germ. ans.* II, 22, 3. seq.

## §. XCI.

a) TACITVS de M. G.  
C. 21. DV FRESNE ad  
*Joimullum* diss. 29.  
b) L. *Fris.* tit. XVI,  
XVII.

c) SPELMANN *glossar.*  
v. capitale,  
d) EGGARD ad L. *Sal.*  
f. 97.

## §. XCI.

Idem postea obtinuisse vsu, docent (1) *Wette, Bette, Gewette*, duo illa specula, quae iudici *multam*, accusatori vero seu laeso *emendam* die *Busse*, tribuunt e); et (2) paroemia: mit dem Tode wettet man den Richter, und büffet den Kläger f).

## §. XCII.

Hodie multi (1) vocabulis: *multae* et *emendae* vtuntur promiscue; (2) iura recepta cum domesticis confundunt disputaturi: quaenam prior in praestatione? itidem, an et in quantum laeso satisfieri debeat, si criminofus vel capitalem vel corporalem poenam sustinuit?

## TIT. VII.

## DE

## FVRTO, ILLIVSQUE CRIMINE.

## MEMBRVM I.

## DE FVRTO IN GENERE.

## §. XCIII.

**F**urtum est ablatio g) \* rei alienae\*\*, inuito domino, animo lucrandi facta. Furtum, quod \* Ro-

e) I. P. S. I, 53. III, 32. 53. Suen. p. 83. 320. 484. et 486. ed. BERGER.

f) gl. ad I. P. S. II, 35.

g) d. nr. de furto magno §. l. \*\*, diff. b. HEINECCIVS *Elem. Iur. Germ.* lib. II, tit. 19. §. 32.

\* Romanis essentia furti in *contractatione* consistere visa est. Hinc disputarunt: Num, qui totum contractavit et partem abstulit, fur totius dici quest? (†) ABLATIO vero in translatione ex possessoris custodia consistit.

\*\* Germani furtum *usus et possessionis* ignorarunt I. P. §. III, 22. vel saltem improprium habuerunt, C. C. art. 170. REINHARTH d. de *diversa furti secundum Ius Ciu. et Germ. idea* §. 10. seq.

### §. XCIV.

diuiditur  
(1) in *nocturnum* et *diurnum*,  
(2) *manifestum*, et *nec manifestum*,

Furtum (1) in *nocturnum* et *diurnum* antiquitus b), atque (2) in *manifestum* et *nec manifestum*, ab aliquot retro seculis \* diuiserunt Germani. Haec posterior diuisio, in Carolina licet nemesi probata fuerit i), hodie tamen ex foro exulat k).

\* Aliter sensit, atque istam diuisionem antiquissimam esse, adfirmavit, nec tamen probavit b. HEINECCIUS c. l. §. 34. et 61. \*

### §. XCV.

(3) *domesticum* et *extraneum*,

Porro personarum intuitu, quae furantur, Dd. furtum 3) in *domesticum* et *extraneum* diuidunt. Illud, prout a personis *coniunctis* v. c. patre, filio, vxore etc. aut ab *inquilinis, famulis* etc. commissum est l), vel

b) L. Wisig. VII, 2. 15. 16. Baiuar. VIII, 5. Burgund. addit. 1. tit 16. §. 2. seq. Capisular. V, 191. VI, 19.

i) art. 157. 158.

k) THOMASIVS de *usu actionum poenaliu* c. 3. §. 42.

l) Ill. AYRES d. de *furti domestici poenale* c. 2. §. 1. 19.

vel *proprium* vel *improprium* doctrinae causa nobis dicere licebit.

### §. XCVI.

Pro varietate damni, quod fur dedit, <sup>(4) magnum et paruum pro numero</sup> Germani furtum (4) in *magnum* et *paruum* iam olim distribuerunt *m*). *Illud* ex dispositione nemeseos Carolinae est, quod ascendit aut superat, *boc*, quod non ascendit, 5. solidos. *n*)\*

\* Olim non idem furtum omnibus gentibus videbatur magnum. FRIDERICVS I. 2. F. 27. §. 8. et *Spec. Suev.* c. 115. *Stat. Goslar.* II. *cit. von vredebracke* etc. illud QVINQVE, I. P. *Saxon.* vero II, 13. *TRIVM*, *Stat. Stadenf.* p. IX. c. 7. OCTO SOLIDORVM aestimarunt. Vid. d. nr. de furto magno §. 3. seq.

### §. XCVII.

Quae licet ita statuta sint, tamen de quantitate furtum magnum conficiente, sicut olim disputabatur, ita disputatur hodie, quoniam, sicut in LL. antiquioribus, ita quoque in Carolina nemesi, occurrunt verba variam quantitatem denotantia *o*). *Solidum* enim vel *aureum* vel *argenteum*, et vtrumque non vnus eiusdemque valoris apud omnes gen-  
solidorum, de quorum valore

*m*) POLAC *Syst. Jurispr.*  
*Germ. ant.* III, 11, 4.

*n*) art. 157. §. I. et 160.  
§. I.

*o*) c. disp. nr. §. 6. seq.

gentes germanicas fuisse, vel ex-legibus  
oo) constat, et nos docuimus alibi p).

## §. XCVIII.

lat constat  
minime,

Sic quoque Carolus furtum rerum 5. florenos pretio superantium habet magnum, non indicans, Misnicos, Rhenanos, imperiales an quos alios intelligat florenos. Vnde prudentes mitiorem sententiam secuti, iudicarunt, eo significari aureum Vngaricum, huiusque valorem mutatum et mutandum attendi debere.

## §. XCIX.

Cui disputationi finem imposuerunt quidam principes, certam summam, quae furtum magnum conficeret, legibus suis definientes \*. Sic v. c. *Iure Austriaco* 25. fl. Rhenenses q), *Saxonico Electorali* 12½ imperiales r), *Palatino et Badensi* 10. floreni Rhenenses s), *Lubecensi* 5. floreni aurei Lubec-

oo) *L. Sal. tit. XXIX, 1. XLI, 10. XLIV. Capitul. Car. M. III, 106. L. Saxon. tit. XIX. ibique GAERTNER. L. Frisio. tit. XV, 1. ibique SICCAMA.*

p) *Elem. nr. Iur. Germ. lib. III §. 68.*

q) *Ord. Crimin. Austr.*

art. 84.

r) *Mand. Reg. d. 27. Iul. 1719. ap. LVNIG. Cod. Aug. Vol. I. p. 1902. KRAVSIU d. de eo quod iustum est circa poenam furti imprimis I. Sax. §. 25.*

s) *Churpfälz. Malef. tit. 44. Bad. Landr. B. p. VII. tit. 48.*

becenses t), *Mulbusino* 30. fl. valoris *Mulhusini* u) etc. furtum magnum conficiunt.

\* Quandoque moribus idem factum est. Sic *Ienenses* ICTi ad furtum magnum XX. *Ioachimicos* STRVV. exerc. XLVIII, 22. LYNCKER dec. 65. 124. *Tirolenses* vero XXV. libras, 25. Pfund perner, requirunt. KRESS. ad art. CLX. §. 2. not. 4.

### §. C.

Vnde haec deduco axiomata:

- I. Sine ablatione non datur furtum.
- II. Furari potes non nisi aliena.
- III. Ablatio rei alienae consentiente domino facta furtum non est.
- IV. Animus lucrandi furtum animat.
- V. Num magnum an paruum furtum fit commissum, significat sola quantitas damni eo dati.

### §. CI.

Ex primo (§. C, 1.) facile intelligere est ablatio potes, furtum (1) ab illo tantum attentatum esse, qui quidem in eo fuit, ut rem auferret, sed vel impeditus vel facti poenitens non abstulit (§. XXI, 2.) x); (2) nullum verbo, scriptura, oculis, auribus-

E 2

ue

1) I. Lub. IV, 1, 4.

x) STRYK d. de saccul.

2) Scar. *Mulbus.* V, 26, et direct.

ne y), committi, nec (z) proprium fieri posse, nisi rerum *mobilium*, vtpote instrumentorum z), piscium a), frugum b) \*, apum c), immo cuiusuis generis animalium d), caesarum arborum e), etc., et quidem (4) earum, quas possidet alius. Unde non nisi fures improprie tales erunt, qui rem alienam ex cuiusdam conventionis lege sibi traditam interuertunt f) (§. XX, 2.), vtpote (a) tabellarius rem alio perferendam consumens g), (b) tutor rem pupilli in suos usus et animo sibi habendi conuertens, (c) qui annulo, quocum ut Caiæ conciliet amorem Titio, missus est, vitur ad favorem virginis sibi conciliandum, (d) venditor, qui ex aedibus cessis sed nondum traditis aliquid detrahit b). Cur vero (e) trituratores, fru-

y) WILDVOGELII d. de furtis improp. c. 2. §. 6. 7.

z) HOFFMANN *Consil.* To. II *consil.* 23. nr. 6.

a) C. C. art. 169.

b) C. C. art. 167.

c) MULLERI d. de iure apum c. 3.

d) POLAC c. l. III, 11, 8.

e) C. C. art. 168. COLLER p. I. dec. 144. seq.

SCHILTER *exerc.* XLIX. §. 17.

f) REINHARTH c. d. §. 10. seq. KRESS. ad C. C. art. 170. §. 1. not. †

g) BERLICH p. V. *concl.* 58. MOLLER *semestr.* IV, 2. HARP-  
PRECHT vom X. der  
Subrlente p. 101.

b) BERGER *Elect. Iurispr. Crim.* suppl. p. 11. *obl.* 22.

frumentum auertentes, aliqui huc referant *i*), equidem non video.

- \* Furtum tamen non committit, qui utitur iure illo; quod dicitur *das Neuter-Recht*, (†) de quo II. F. 27. f. I. Pr. Sax. lib. II. art. 68.

### §. CII.

Quia furari potes non nisi aliena (§. C, <sup>rei alienae</sup> 2.), furtum facere nequis (1) *rei propriae*\*, si vel maxime (a) eam alienam habeas *k*), aut (b) in ea ius tertio concesseris antea\*\* ; (2) *rerum, quae domino carent*, v. c. rerum nullius, derelictarum\*\*\*. De amissis vero et nauis leuandae gratia eiectis, aliud dicendum erit.

- \* Vnde est, quod furtum domesticum proprie sic dictum (§. XCV.) ut furtum non vindicetur. C. art. 156. LEYSER sp. 556.

- \*\* At *L. Wisig. V, 6, 2.* debitorem, qui creditori suo pignus, quod dedit, aufert, habet furem; tamen improprie talem (§. pr. 4.).

- \*\*\* Rerum hereditariarum furtum ignorarunt Romani §. 1. I. de R. D. statuentes, crimen *expilatae hereditatis*.

### §. CIII.

Fallor, aut ex tertio (§. C, 3.) constat, <sup>inuito domino</sup> <sub>E 3</sub> fu-

*i*) TREIBERI d. de *frumentibus frumentariis*. WERNER p. V, obf. 103.

*k*) WILDVOGEL c. d. c. III. §. 2.



furem non esse, qui quidem putavit, se invito domino rem auferre, sed eo volente et consentiente abstulit (§. XX, I. XXI, 3.).

## §. CIV.

animo lu-  
crandi facta.

Quartum (§. C, 4.) docet, (1) licet non omne scelus, tamen furti delictum cessare in eo, qui (a) rem alienam *libidinis l)*, *petulantiae m)*, *iniuriae* aut *veritatis occultandae gratia* invito domino abstulit, aut (b) *ea instrumentorum corpora, quorum tenor aliunde probari potest facile*, surripuit, aut (c) cui rem quandam abstulit, ei statim *reddidit eiusdem pretii aliam*; (2) *lucrum secutum* sit, nec ne, perinde esse.

## §. CV.

Furtum ma-  
gnum.

Ad quintum (§. C, 5.) notes (1) neque *dignitatem* aut *paupertatem laesi n)*, (2) neque *lucrum*, quod fur percepit *o)*, aut (3) illud, quod ex re sibi surrepta speravit laesus *p)*, sed (4) *quantitatem damni furto*, non autem furti occasione *q)*, falsae fur-  
tum

l) THOMASII d. de furto ancillae.

m) KRESS. de privileg. agric.

n) Saligs d. de poena furti rei incertae aestimationis c. 3. §. 8. b.

o) BERGER Ekt. lu-

rispr. Crim. c. 2. m. I. §. 7. p. 42.

p) WERNHER p. IX. obs. 71.

q) C. C. C. art. 160. §. 3. v. wie schädlich dem beschädigten der Diebstahl seyn mag.

tum insecuto r), *dati*, attendi debere ab eo, qui furtum magnum a paruo vult dignoscere,

## §. CVI.

Damnum autem furto datum aestimatur quo rerum neque adfectionis neque singulari illo, pretio aestimetur? quod peregrinantes aut milites expeditioni accincti nummis cuiusdam generis ponunt, sed vulgari ordinarique pretio s).

## §. CVII.

Furtum illud participas, cui efficienter Participatio i. e. mandato (§. XXIV.) consilio (§. furti. XXV.) auxilio (§. XXVI.) aliove modo ad illud patrandum ordinato et necessario, antecessisti.

## MEMBRUM II.

## DE

CRIMINE FURTI, ILLIVSQUE  
POENA.

## §. CVIII.

Furtum (§. XCIII.), quod dolo malo perpetratum est, *crimen* (§. XXXI.) audit fur- Crimen fur- ti, cuius

E 4

§. CIX.

r) HOMMEL de mitigan-  
de furti poena ob restitu-  
tionem rei ablatæ §. 10.

s) BEYER, KRESS alii-  
que ad C. C. C. art. 160.

## §. CIX.

alii sunt,

Vnde sequitur (1) vt neque *dolus sine furto*, neque *furtum sine dolo* constituat crimen furti (§. XXXIV, 1.), sicque (2) huius accusari nequeant nautae, aurigae, tabularii, qui res transportandas dolo malo furripuerunt (§. CI.) \*; (3) vt criminis furti socius is demum sit, qui furto efficienter (§. CVII.) antecessit sciens volensque (§. XLIV.) i. e. lucrandi animo; (4) vt qui dolo malo furtum committere, aut committendo causam dare voluit, sed; quo minus committeret, aut committendo causam daret, impeditus est, non nisi *intentati criminis furti* reus queat dici (§. XXXIV, 2.).

\* Aliud I. *Luh.* IV, 1, 7. et I. *P. Bad.* V, 61. statutum esse, non ignoramus.

## §. CX.

alii videntur esse rei,

Ex eodem porro intelligo (5) eos, qui tempore, quo rationis usu (§. XXXV. seq.), aut voluntatis libertate (§. XXXI. seq.) in tantum sine sua ipsorum culpa erant priuati, furati sunt, furtumue committendum iuuerunt mandato, consilio, auxilio (§. XLVI. seq.), criminis furti non omnino reos esse sociosue. Id quod speciatim dicendum erit (a) de *pueris*, siue XIV. annis minoribus, quorum malitia non supplet

plet aetatem *t*), (b) de iis, qui ex *imperitia* aliquid abstulerunt, (c) de iis, quibus inopinato \* *furandi occasio* data est (§. XXXIX, 5.), secundum illud: *Gelegenheit macht Diebe u*).

\* Quodsi vero necessitas rem proflare iusserit, regulam illam: *ubi minor hominum custodia, ibi sanctior est legis custodia*, sequi teneris.

§. CXI.

Crimen furti qualificatur (1) *reiteratione* qualificatur (§. LV, 5.). Reiteratum vero dici nequit<sup>1)</sup> reiteratio-  
furtum, nisi circa diuersum obiectum di-  
uersoque tempore perpetratum fuerit (§. XVI.) *x*).

§. CXII.

*Qualificatum* quoque habetur crimen fur-<sup>2) modo,</sup>  
ti (2) quod *vi* vel singulari et non praeui-  
so *astu* commissum est (§. LV, 2.). Huc  
refert nemesis Carolina illud, (a) quod  
*aedibus effractis* patratum est, (b) quod fe-  
cit *armis letiferis* instructus, (c) quiue  
*scalis admotis* inscenderat aedes *y*)\*. Ea-  
dem satis innuit, eos quoque criminis

E 5 furti

1) C. C. art. 164.

u) PISTOR cent. 3. paræm.  
50. HERT. epid. paræm. 27.

x) SALIG c. d. c. 2. §.

8. BERGER *El. Jurispr.*  
Cr. p. 40.

y) C. C. C. art. 159. 160.  
§. 5. HENR. de BODEN  
*de furto peric.* §. XI. seq.

furti qualificati reos esse, qui vbi (a) casam ex limo confectam securi ruperunt, (β) arma, quae videntur letifera, intulerunt, (γ) fenestras eiecerunt, (δ) tectum stramineum sciderunt, (ε) fores clauē adulterina z) aut (ζ) seram puluere nitrato aperuerunt a), etc. res dolo malo surripuerunt b).

\* CARPZOVIVS *pr. crim.* qu. 79. adscensionem cum effractione armisque coniunctam, inmo seditio-nem et tumultum requirit, vt furtum qualifica-tum, periculosum, violentum dici queat. At-que haec illius sententia, etsi voluntati legislato-ris C. C. *art.* 159. declaratae et *art.* 160. repetitae contraria, rebus tamen per duo fere secula iudi-catis firmata est. BLUMBLACHER *ad C. C. art.* 159. BOGER *de furtis* c. I. Hodie vero ICTI HALENSES V. BODEN d. *de furto periculoso* §. 44. HELMSTADIENSES apud LEYSERVM *spec.* DXXXV. m. 9. 10. aliique verba constitutionis Carolinae sequuntur.

### §. CXIII.

Quia nullum furtum est sine ablatione (§. C, 1.): consequitur, eum, qui aedes effregit, adscendit, aut eas armatus intrauit, vt furtum committeret, quod tamen postea non commisit, attentasse tantum, non

z) TABOR *racemat. cri-min.* ad C. C. *art.* 159. §. 21. seq. HERT. *Resp* 271. nr. 2.

a) STRYK *V. M. ff. h.* §. 2.  
b) KRESS. *comment.* ad *art.* 159.

non vero consummasse crimen furti qualificati c).

§. CXIV.

Crimen furti porro atrocius reddunt (3) <sup>3) sanctitate loci etc.</sup> *sanctitas loci*, quo illud commissum est d) (§. LV, 4.); (4) *qualitas rerum* furto surreptarum, ut si sacrae sint, eaeque, quas proflare iussit necessitas e) (§. CX. \*), v. c. ligna per flumen publicum natantia, aratrum, siphones et harpagines incendiarii etc. (5) *nocturnum* aliudue *periculosum tempus*, quo patratum est f); (6) obligatio furis ad custodiendas res, quas furto abstulit etc.

§. CXV.

Qui in fauorem amici, quem immoderato prosequitur amore (§. LII, 5.), rem auferat alienam inuito domino, *quasi criminis furti* reus est. <sup>Qu. crimen furti.</sup>

§. CXVI.

Neque *veri* neque *quasi criminis furti* reus est, qui *summa necessitate adactus* res, quibus indiget, inuitis abstulit aliis (§. XXXIX, 3.) g). Eum vero, qui (a) sua ipsius <sup>Furtum necessarium.</sup>

c) KRESS c. 1. §. 2. 3.

f) I. P. S. II, 28.

d) L. Baiuar. VIII, 2, 1.

g) C. C. art. 166. WILB-VOGELII d. de furt. impr.

e) Spec. Sues. c. 114. §.

c. 2. §. 9.

115. nr. 3.

fius culpa, eaque praesenti, fecit, ut subiret necessitatem, (b) qui victum et amictum ad vitam conseruandam necessarium, quem precibus potuit consequi, furto subtraxit, aut (c) quem nullo modo consequi potuit, abstulit ei, qui hoc facto in idem coniectus est periculum, itidem (d) qui vel plus, quam ad euitandam mortem necessarium est, vel (e) qualificato modo idem illud, quo indigebat, furatus est etc. crimine vacare neque naturalis neque criminalis iuris Dd. autumant *b*).

## §. CXVII.

Quae poenam criminis furti

Nemesis Carolina iubet (1) poena *laquei* \* masculos coerceri, ob crimen quod commiserunt furti (a) *qualificati i* \*\*, (b) *magni k* \*\*\*, (c) *tertium iterati l* \*; (2) poenam *dupli* \*\* luere reos criminis *furti parui m*).

\* Rationem, cur feminas non suspendi, sed in aquis suffocari iubeat Imperator a. 159. §. 3. aut capite truncari velint *I. Prou. Bad. p. VII. tit. 47. §. 3. I. Lubec. IV, 1, 15. Stat. Mulhus. V. 26, 1. Chur. B. des S. Oberpfalz Mal. Proc. O.*

*b*) BOECLERVS ad GROTIUM II, 2, 6. PVFENDORF de O. H. et C. II, 5. SIMONIS de *ablat. rei alienae in casu necess.*

*i*) C. C. C. art. 159. §. 3.  
*k*) a. C. C. C. art. 160.  
*l*) C. C. C. art. 162.  
*m*) Ibid. art. 157. §. 2.

Ⓞ. tit. 12. a. 2. Dd. *in pudore* quaerunt. Huic quum facile possit consuli, hodie feminas laqueo suspensas hinc inde videmus.

\*\* Poena laquei, quam in furtum qualificatum post *L. Burgund. XXIX, 3. Saxon. IV, 2. 4.* et constitutionem *Fridericianam 2. F. 27. §. 8.* simpliciter statuit Carolina nemesis, alicubi illud tantum ex qualificatis sequitur, quod vel iteratum est vel magnum *Ehur. B. des J. Oberpfalz III. Ⓞ. tit. 12.* Contra *J. Marchico* ille, qui aedes, quas effregit, intrauit armis instructus, ibique furatus est, rota contunditur. MYLIVS  
*Corp. Constitur. Marchicarum p. II. sect. 3. nr. 75.*

(†) Iure Carolino, furtum qualificatum, aut simul magnum est, aut non. Priori casu, poena indistincte locum habet capitalis, nec prosunt causae furti magni poenam mitigantes. *C. C. Cr. artic. 160. sine.* Posteriori casu, capitali quidem poenae locus est, multum tamen arbitrio iudicis est relictum. *C. C. Cr. artic. 159.* Inde furtum qualificatum tunc demum laqueo punitur, si armis allatis, aut effractione violenta, quae instrumentis vitae hominis periculosis sit, est peractum. *BOEHMER ad Carpzou. pr. cr. qu. 79. obs. 5. HEIMBURG disp. de furto armato.* Ratio, quae furtum armatum et violentum capitale efficit, est in periculo vitae metuendo. Eadem cadit in furtum adscensione admotis scalis factum, quia fur deprehensus ob refugii difficultatem desperata quaeuis audet. *BOEHMER l. c.* Plerique tamen furtum adscensione peractum, quod non simul magnum est, poena fustigationis coercendum putant.

\*\*\* Licet *Franci, Baiuarii, Saxones* de quantitate, quae furtum conficiat magnum, a se inuicem differant (*§. XCVI \**), eorum tamen mores legesque in eo conveniebant, quod furtum ma-



magnum capite luendum sit. *L. Ripuar. LXXIX. MARCVLF. adpend. form. c. 50. L. Baiuuar. VIII, 8. L. Saxon. IV, 1, 7. Idem, quod postea quoque vsu seruatam esse docent I. P. S. II, 13. Sueu. c. 14. itidem Susatica, Goslariensis, Bremenensis, Stadenensis atque iura, num C. C. art. 160. statuerit Carolus? omnino dubium est; illud contra certum, quod *Bad. L. R. p. VII. tit. 47. §. 4. tit. 48. §. 1. Bayer. Malef. Ordn. tit. VIII. a. 8. Stat. Hamburg. IV, 33. Magdeb. Pol. O. tit. 71. §. 1. Churpsf. Mal. O. tit. 43. §. 4. tit. 44. §. 2. I. Salisburg. ap. BLUMBACHERVM ad C. C. C. art. 160. et quaedam alia iura furtum magnum, quod simplex est et primum, poena laquei coerceri nolint. Disp. nr. cit. §. 18. seq.**

\* Quod alicubi tunc demum poena laquei vindicatur, si magum sit, *Stat. Hamb. IV, 33. et ab eo, qui pretium rerum furtiuarum restituere nequit, aut bis punitus non resipuit, commissum. Magdeb. Pol. O. tit. 71. §. 1. Churpsf. Mal. O. tit. 43. §. 3. Idem I. Hannoverano statutum esse, docet Ill. AYRER de furto domestico sect. 1. §. 14. not. 6.*

\*\* Quae poena hodie extra vsum est, THOMASII d. de vsu actionum poenal. I Ro in foris German. quicquid dicat GRASS collat. I. Ciu. cum ordin. Crim. sect. III. p. m. 682. seq.

### §. CXVIII.

Quia vero, furtum sit commissum, quodcunque velit, personae furis qualitas et reliquae circumstantiae attendi debent: non potest non iudex, poenam furi irrogaturus, habere rationem, (1) *doli* in tantum *cessantis* (2) ob minorem aetatem (§.

mitigent, in genere, et

(§. XLV. i.) *n*), (b) malam educationem, (c) rufficitatem, (d) animum malis cuiusdam tertii artibus deprauatum, huncque subsecutam poenitentiam, eam praefertim, qua res in priorem statum redacta fuit (§. LXXXIV. β.) *o*), (e) commodam occasionem, quae ad furandum inuitauit (§. CX, c) etc. (2) furti tantummodo attentati (§. LXXXIX.); (3) corporis delicti vel incerti vel plane deficientis; (4) vel coniugii vel cognationis vinculi inter furem et laesum intercedentis (§. CII. \*) *p*) etc.

### §. CXIX.

Contra causas, poenas criminis furti mitigantibus, falso annumerantur (1) furis nobilitas *q*), (2) vita militaris *r*) vel (3) academica *s*), et (4) artificium *t*); (5) furtum passi infidelitas *u*); (6) intercessio puellae

*n*) C. C. art. 164.

*o*) HARFFRECHT p. II. conf. 54.

*p*) WERNHER p. VI. obs. 458.

*q*) FRANCKENBERG R. Sprüche p. 2. Stockhausen d. de odio singul. erga fures c. 3. §. 9. p. 59. LEYSER d. de iniust. in fures indulg. §. 6. Dissidentibus laudat STRVV.

d. de fur. a poena laq. immun. c. 2.

*r*) DIESELDORFF de rigore poenarum militarium.

*s*) LEYSER sp. DXXXII. m. 13. seq.

*t*) BRVCKNERI d. de artif. delinq.

*u*) Diss. MARTA de iurisdictione Vol. I. c. 24. nr. 14.

*ellae* aut meretricis pro fure ad mortem condemnato (§. LXXXIV, λ).

§. CXX.

speciatim  
poenam cri-  
minis furti  
qualificati,

*Furti qualificato* hoc prodest, quod (1) vi admodum leui, nec astu singulari aedes intrauerit, aut (2) furtum non consummauerit (§. CXIII.), non vero illud (a) quod *primum* furatus sit; (b) quod *animum occidendi*, tempore furti commissi, non habuerit x); (c) quod non ascenderit, multo minus ascenderit et effregerit simul etc, y); porro (d) quod *lucrum* s. non excedat solidos z), aut (e) restitutione rei furtiuae alioque modo cesset a). Quaedam tamen prouincialia iura contrarium statuerunt (§. CXVII. \*\*).

§. CXXI.

magni,

Ad mitigandam poenam, quae in crimen *furti magni* (†) statuta est, facit (1) exceptio *damni*, si non in totum, in tantum tamen, et quidem ita, *cessantis*, vt, quod domino \* adhuc abest, valorem s. au-

x) LYNCKER. *decis.*  
260.

y) Dissent. HARP-  
PRECHT *ad* §. 5. I. de  
*Oblig. quae ex del.*

z) CARPZOV. *pr. crim.*  
q. 78. nr. 51. TABOR *ad*  
*art.* 161. nr. 11.

a) CARPZOV *p.* IV.  
*const.* 32. d. 15.

aureorum non excedat *b*). Nihil autem interest, vtrum fur rem ablatam restituerit \*\*, illius aestimationem praestiterit, cum laeso transfegerit *c*), quod compeniet, se habere, probauerit, a laeso damnum remissum \*\*\* tulerit, an damnum cesset modo alio.

(†) C. C. C. art. 160. poenam capitalem in furto magno remittit 1) ob damnum in totum, vel tantum cessans; 2) ob probabilem emendationis spem.

BERGER C. I. p. II. *obs.* 35. LEYSER Sp. DXXXV. m. 13. LUDOVICI d. *de restitut. rei abl. c. 2. §. 13.* nihil interesse putant, siue domino, siue tertio, qui culpa carens rem furtiuam restituere iussus est, plus absit §. solidis. Ast diuersorum criminum poenam confundere videntur mihi.

\* I. Sax. *El.* neque restitutio neque remissio a poena liberat ordinaria, nisi facinoris confessio ante responsionem ad articulos facta fuerit. REINHARTH d. *de fure poenitente, eiusque poena.* HOMMEL *de mitiganda furti poena ob restitutionem rei ablatae §. 19. seq.*

\*\*\* Remissionem sub conditione factam, si vel maxime iudex hanc adimplere nequeat, attendi debere, statuit BEYER *delin. I. Crim. p. 319. nr. 55.* ast perperam.

## §. CXXII.

---

*b*) arg. C. C. C. art. 160. *const. 32. def. 4.* LUDOVICI d. *de restitutione rei furtivae c. 2. §. 4. seq.*

*c*) CARPZOV p. IV. *seq.*

*Engdu lus Crimin. F*

## §. CXXII.

Idem efficiunt (2) exceptiones *lucri* quodammodo *legitimi d)*, et (3) rerum furto surreptarum *aestimationis* vel nunquam certae \*, vel adhuc in dubium vocandae \*\*.

\* Huc communis Dd. Schola referre solet apes, pisces, cancos, ligna, fruges etc. CARPZOV. *pr. crim qu.* 83. nr. 24. disp. nr. cit. §. 16.

\*\* Huic opinioni iniustam in fures indulgentiam subesse, putat LEYSER *spec. DXXXV.* m. 21.

## §. CXXIII.

tertium ite-  
rati.

Poena laquei, quam in furtum tertia vice *reiteratum* statuit ius Carolinum, propterea, quod (1) tria furta simul sumpta non conficiant quinque solidos *e)*, quodque (2) nec emendatio dentata, nec poena ob primum aut secundum furtum inflicta vnquam fuerit *f)*, remitti nequit *g)*, nisi hoc velint leges moresque prouinciales (§. CXVII. \*).

## §. CXXIV.

d) LEYSER *sp.* §37. m. 4.

e) LINDENSPVHR ad *O. P. W.* p. 375. GRASS *collas. I. Ciu. cum Ord. Crim. sect XIII. §. vn.* p. 665.

f) Diff. GRASS. c. 1. p. 667. STRYK *V. M. ff.* h. §. 19. BERGER *E. I. Cr. c. 2. §. 6.* LEYSER *sp.* §36. m. 12.

g) REYHER *de furto denuo iterato siue tertium patrato.*

## §. CXXIV.

*Fures balnearii*, iique (2) qui res *domi-* An poena la-  
*norum* suorum \*, aut (3) ad alios pertinen- quei exalpe-  
 tes tempore *incendii*, \*\* *ruinae*ue, aut (3) retur ?  
 ex *residencia* \*\*\*, alioque loco *privilegiato*,  
 aut (4) *quarta* vel *quinta vice* rapuerunt,  
 grauiorem (§. LV. LXXV. a. CXIV, 5.),  
 non tamen laqueo asperibrem, poenam lu-  
 finere debent. *Peculatores* hodie \* vt fu-  
 res puniuntur b). Idem de *abigeis* \*\* di-  
 ctum velim i). Vnde ab ordinaria poena  
 immunes sunt, qui pecora, de quorum pro-  
 prietate lis erat (§. CX. b.), aut alia fine  
 lucrandi animo abegerunt.

\* Furtum a famulis patratum capitale est in terris  
 R. M. Br. germanicis, si §. imperiales excedat;  
 in prouinciis vero R. Borussiae subiectis, si cista  
 effracta patratum est, aut damnum furto datum  
 L. thaleros ascendit. Ill. A.YRER d. de furto dome-  
 stico sect. 2. MYLIVS Corp. Constit. March. p. II.  
 sect. 3. nr. 75.

\*\* Cuiuscunque furti crimen *incendii tempore* commif-  
 sum, capitis poena vindicandum censet *Stat. Mul-*  
*bus*. V, 27. *Chur, B. des S. Ober = Pfalz Mal.*  
*Proc. O. tit. XII. a. 5.* Idem I. *El. Brunsv.* sta-  
 tutum esse nos docet PUFENDORF *introd. in pro-*  
*cess. crimin. Luneburg.* c. 24. §. 51.

F 2

\*\* I. March.

b) THEODORICI Col-  
 leg. *Crimin.* c. IX. aph. 3.

*El. iurispr. Crim.* p. 62.

THOMASIVS d. de abigea-  
 tu §. 91.

i) CARPZOV. *pr. crim.*  
 q. 86. nr. 39. BERGER

\*\*\* *I. March.* crimen furti, etiam parui, si quod perpetratum, itidem furti qualificati, si quod attentatum, in quadam regis residentia, capitale est. *MYLIVS* c. l. nr. 23. p. 33.

\* *Ed. Theodor.* c. 115. quadruplum, et *L. Wisig.* VII, 2, 10. nouecuplum iubet a peculatore restitui.

\*\* *Ed. Theodor.* c. 56. seq. criminofus abigeos gladio feriri iubet, quos *L. Sal.* tit. 2, inter pecorum genera, numerum et aetatem distinguens, non vna multa coercendos putat. Denique *L. Ripuar.* XVIII, 1. seq. DC solidis, praeter capitale et dilaturam, multantur abigei.

### §. CXXV.

Quid de sociis criminis furti sentientur?

De furum sociis haec velim notes: (1) quod eos, si non solum efficienter, sed et scientes volentes animo lucrandi, furto antecesserint, poena supra (§. CXVII.) relata, proptereaque, si (a) quantitatem 5. solidorum ex furto obtinere potuerint, aut (b) tertia vice concurrerint, aut (c) qualitatem participauerint, quae furtum reddit grauius, poena laquei maneat; (2) quod *receptator* rerum furtiuarum aut ipsius furis non in eodem semper reatu sit, quo fur est; (3) quod, cur eos, qui furta sibi nota non reuelarunt, aut commissa rata habuerunt, poena ordinaria persequaris, non fit (§. XXVII. XXIX.), nisi ratihabitio aut intermissa reuelatio eum in finem facta fuerit, vt, quod quoque postea secutum est, fur

ma-

magis ad delinquendum inuitaretur, et rati-  
habens nec reuelans lucrum perciperet;  
(4) quod furum focii vti possint tam illis  
exceptionibus, quas furibus dari diximus  
(§. CXVIII. seq.), quam aliis, societatis  
intuitu (§. XXIV. seq.).

MEMBRUM III.

DE

ACTIONE CIVILI, QVAE FUR-  
TVM PASSO COMPETIT.

§. CXXVI

**F**urtum passus ad rem furto surreptam restituendam, illiusue pretium soluendum, agere potest (a) contra *furem k*), illiusque heredes \*. Quod vero in horum bonis hypotheca tacita gaudeat, adfirmare nequeo l).

Res furtiva  
vindicari  
potest 1) a  
fure, huius-  
que 2) here-  
dibus,

\* Mores antiquos *I. P. S. I, 6. III, 31. gl. ad II, 35.* descriptos, quibus heredes furis, qui poenam capitalem sustinuit, a restitutione rei furtivae iam contumtae erant liberati, post censuram Sp. Saxonici, quam egerunt Gregorius IX. et Eugenius IV., reprobarunt populi extra Saxoni-  
am degentes. BOEHMER *I. E P V, 17. §. 135.*  
BARTH *dissensu 47.* probatos vero ad heredes illius

F 3

fu-

k) LUDOVICI d. de 190.  
*restitut. rei furt. c. 1. §.*  
6. seq. HOMBORG Resp.

l) BARTH. *dissensu 49.*



furis; qui poena aliqua corporali adfectus, atque in perpetuum relegatus est, extenderunt AVGVSTVS et IOANNES GEORGIVS El. Sax. p. IV. *const.* 12. et *decis.* 86.; contra penitus reprobavit AVGVSTVS R. *constit.* wegen geschwinder exequirung wider die Diebe und Rauber 1719. v. MENCKENI d. de reo, eiusque herede ex delicto corporis afflictivam poenam merente ad ablari expensarumque restitutionem obligatio §. 30. seq.

### §. CXXVII.

3) a tertio  
possessore,  
et

Ad idem quodque agere potest (3) contra *tertium* tam b. \* quam m. f. *possessorem*, nec non contra eum, qui possidere desit. Hic, prout m. aut b. f. possidere desit, vel aestimationem rei furtivae, iam alienatae, vel lucrum, quod ex alienatione percipit \*\*, praestare tenetur.

\* *Lubec.* IV, 1, 3. equus furtivus a quarto, et *I. Hamb.* res furtiva trans mare apportata ab vlllo b. f. p. vindicari nequit. *Elem.* nr. I. *Germ.* II, 196, f.

\*\* *Ordin. Polit. Magdeb.* c. 22. §. 7. iubet ab eo praestari verum rei ablatae pretium.

### §. CXXVIII.

4) ab ipso  
iudice.

Denique iudex rem furtivam retinere, et sibi tribuere nequit (m), ne quidem sub specie recuperandarum impensarum, si quae

---

m) C. C. C. art. 218.

quae in inquisitionem factae sint n), Ple-  
nisque tamen in locis iudex rem furtivam,  
quam intra annum et diem non repetit,  
quum tamen potuerit, dominus, vindicat  
sibi o).

TIT. VIII.

DE

SACRILEGIO, ILLIVSQUE  
CRIMINE.

§. CXXIX.

**F**urtum (§. XCIII.) in re sacra vel in lo- <sup>Sacrilegii,</sup>  
co sacro perpetratum, *sacrilegium* \* au- <sup>quod</sup>  
dit, et vbi dolo malo commissum est, *cri-*  
*men sacrilegii.*

\* Hoc iuris pontificii Dd quaevis violatio qua-  
rumvis rerum personarumue sacrarum dicitur,  
proptereaue innumeras fere species continet.  
b. I. H. BOEHMER I. E. P. V. 17, 43. seq. sine  
IO. SAM. FRID. BOEHMERI d. de variis sacrilegii  
speciebus ex mente iuris canonici, DAMHOVDER pr.  
crimin. c. CXI. nr. 4.

§. CXXX.

Vnde has deduco regulas :

F 4

I. Quic-

---

n) LUDOVICI C. d. c. c. 211. I. Lub. IV, 1, 3;  
I. §. 27. seq. LYNCKER Hamburg. IV, 35. Vid.  
dec. 310. LUDOVICI C. d. §. 25;

o) I. P. S. II, 31. Suet.

I. Quicquid de furto dictum est, et de sacrilegio potest dici.

II. Tam rei quam loci qualitas furtum distinguit a sacrilegio.

§. CXXXI.

in furtis est, Ex prima regula (§. pr.) fatis intelligo (1) *solo animo* sacrilegium non committi (§. CI.); (2) -eum, qui *damni inferendi* causa fores ecclesiae fregit, fenestras rupit, monumenta destruxit etc. sacrilegi nomine vix venire (§. CIV, 1.), et (3) *collectorem elem. syn. rum*, harum surreptione non nisi sacrilegum improprie sic dictum fieri p) (§. CI, 4.); (4) criminis sacrilegii reis annumerari vix posse (a) *infantes, furiosos*, aliosque extra dolum positos, (b) eum, qui furatus est res, quas *sacras non habuit* (§. XXXVIII.) q); (c) eum, qui *fame* ductus res, quas sacras cognovit, appetit (§. CXVI.).

§. CXXXII.

tres dantur species.

Secunda regula (§. CXXX, 2.) nos docet: (1) tres esse sacrilegii species, *primam*, si res sacra ex loco sacro, *secundam*, si res sacra ex loco profano, *tertiam*, si res profana ex loco sacro, furto subtrahatur\*;

(2) et-

p) MYLIUS ad BEY-  
ERVM p. 337. th. 24.

q) b. BOEHMER C. I.  
§. 105.

(2) errare eos, qui in *lucro* quaerunt furti et sacrilegii differentiam.

\* I. Rom. rei tantum *qualitas* faciebat sacrilegium; Ioannes VIII. vero c. 21. C. 17. qu. 4. *locum* quoque tam consecratum quam benedictum attendi iussit, furtum rei profanae ex loco sacro factum vocans sacrilegium. Hanc secutus Carolus, tres sacrilegii species, quas recensuimus, statuit C. C. art. 171.

### §. CXXXIII.

Carolus \* determinans poenam, a reis <sup>Poenae, et quae</sup> sacrilegii criminis sumendam, a se inuicem distinguit (1) *furtum capsulae*, cui panis consecratus inest, quod poena ignis r) persequitur \*\*; (2) *furtum rerum consecratarum* \*\*\*, siue in iis contineantur reliquiae siue non. Cui supplicium capitale a iudice pro rerum circumstantiis determinandum, statuit s); (3) *furtum rerum benedictarum*, aliarumque ecclesiasticarum, itidem rerum profanarum in loco sacro depositarum. Hoc, ubi ratione modi qualificatum non est, ceu furtum rerum secularium coerceri iubet, addita tamen clausula: Doch soll in solchen Kirchen Rauben und Diebstählen weniger Barmherzigkeit bewiesen werden, dann in weltlichen

F 5

r) C. C. art. 172.

aliique ad art. 172.

s) CLASEN, KRESS

chen Diebstählen t); (4) *furtum eleemosynarum* vel capitali vel corporali poena ex prudentum consilio coercendum u),

\* Furtum in templo peractum grauis eo, quod in priuato loco committitur, habuerunt *Alemanni, Baiuuarii, Frisi*, atque poena mortis vindicarunt Saxones. *L. Sax. II, 8. V, 2. Capit. de part. Saxon. c. 2.* Postea rotæ supplicium introductum esse docent verba *I. P. S. II, 13.* quæ eadem in *BERGERI Cod. iuris Alemannici* p. 198. legimus.

\*\* Doctrina de transubstantiatione causa est, cur hoc casu tam atrox supplicium sumi iusserit Carolus V. *BEYER delin. I. Cr. ad art. 173. nr. 12.*

\*\*\* Verba enim *tasper, gering* ad consecrationem, non ad quantitatem, refero. Vt itaque supercedam disputatione, cuius pretii quantitatem attenderit Imperator? num quinque, plurium an paucorum, solidorum rationem habuerit? Quam quaestionem discutere contendit *KRESS* ad *C. C. art. 174. §. 1. not. 3.*

### §. CXXXIV.

eam tollunt  
mitigantue  
causæ.

Sicut sacrilegii crimen, ita illius poenam, *tollunt* (1) infantia, (2) necessitas famis cum mortis periculo coniuncta, (3) furor x) (§. CXXXI.); *mitigant* vero (a) minor aetas y), (b) consilii inopia, quodque

z) C. Cr. art. 174.

u) C. C. art. 173.

x) Ibid. art. 175.

y) *BERGER Elem. Iur. Crim. suppl. p. I. obs. 17. p. 434.*

que (c) res ex ecclesia nondum consecrata surrepta fuerit, nec non (d) delinquentis religio, cuius adprobatae principia rei surreptae sanctitatem vel in totum vel in tantum denegant (§. CXXXI.)<sup>2)</sup>.

§. CXXXV.

Euangelici, qui nihil consecrant cum <sup>Vfus inter</sup> chrismate, nihil adspargunt cum aqua <sup>protestantes.</sup> benedicta, (1) sacrilegia ita, ut fecit Carolus (§. CXXXIII.), inter se non distinguunt, (†) poenam sacrilegis irrogandam determinaturi *a)*, atque (2) poenam ignis in nullum sacrilegii criminis reum statuunt. Inter illos etiam sunt (3) qui *rei ablatae restitutionem b)*, *damnum quinque solidos non excedens, vim c)* vel *reiterationem deficientem*, aliasque causas habent iustas mitigandi poenam ordinariam. Quo autem iure, videant alii.

(†) Quia Euangelici doctrinam pontificiorum de transsubstantiatione et consecratione non admittunt, ideoque nec in monstrantia nec in calice et patena verum Christi corpus sanguineinque asservari statuunt; satis patet, inter Euangelicos cessare rationem, ob quam Carolus poenam ignis aliasque capitales statuit in eos, qui monstrantiam, calicem seu patinani

2) MYLIUS ad BEYERUM p. 335. th. 21.

a) BRUNNEMANN *proc. inquisit. c. IX. n. 87.*

b) BERGER *El. Iurispr. Crim. p. I. p. 64. 182.*

c) KRESS ad C. C. art. 174. \*6.

nam furto auferunt. Inde apud protestantes sacrilegium ex solis furti regulis iudicatur, ita tamen, ut causae mitigantes, quae alias in furto locum habent, sacrilego haud profint, et ob securitatem rebus sacris competentem sacrilegium acerbius puniatur, quoties res minoris pretii, ob quam capitalis locum non habet poena, furto est ablata. BOEHMER *ad Carpzov.* quaest. 89. obs. 1. KRESS *Comm.* ad C. C. art. 174. §. 2.

## §. CXXXVI.

Iura prouincialia.

*Saxonēs d)*, *Hamburgenses e)* et *Luneburgenses f)* adhuc hodie rota persequuntur sacrilegos, vel saltem capite truncatos rotae imponunt. In marchionatu *Badensi* ex sacrilegiis dolo malo peractis illud luitur capite, quod magnum est aut qualificatum *g)*; in electoratu *Bauariae* sacrilegium, quod primum est, non habetur capitale *h)*.

## §. CXXXVII.

Quid iustum circa socios?

Quod (1) poenae *ordinariae* (§. CXXXIII. CXXXV. seq.) maneant huius criminis reorum socios, qui factum et consilium participarunt (§. XLVI. seq.), (2) *extraordinaria* vero eos, qui tantum excubias ege-

d) *CARPZOV pr. crim.* qu. 89. nr. 20.

e) *Stat Hamburg.* IV, 9.

f) *PVEENDORF introd. in proc. criminal.* Las-

*neb. c. 24. §. 103.*

g) *Bad. L. R.* p. VII. tit. 11.

h) *Bayer. Malef. Proc. Ordon.* tit. VIII, art. 7.

egerunt i), res furreptas distraxerunt (§. XXIII.) etc. quodque (3) eadem profint fociis, quae architecto sceleris sacrilegii (§. CXXXIV. CXXXV, 3.) etc. tam certum est, quam quod certissimum.

§. CXXXVIII.

De rei sacrilegio furreptae restitutione, <sup>Actio civilis.</sup> a sacrilego illiusque heredibus facienda etc. idem notandum est, quod de restituenda re furto furrepta diximus (§. CXXVI. seq.).

TIT. IX.

DE

RAPINA, ILLIVSQUE CRIMINE.

§. CXXXIX.

**R**apina \* est furtum cum violatione securitatis publicae coniunctum (†). <sup>Qui rapinam</sup> <sub>seu</sub> Quod furtum vbi dolo malo perpetratum est, *crimen rapinae* dicitur.

\* Quam honestam viroque illustri dignam habuerunt maiores nostri fere omnes, CAESAR de B. G. VI, 23. et IV, 1. seq. nec reprobant, sed potius cum bellis priuatis coniunxerunt, ex quo Christiani facti sunt, quod *capitularia R. Francorum*, *constitutiones Conradi I. et II. aliorum-* que

---

i) CARPZOV *pr. crim.* qu. 89. nr. §4. seq.



que *Imp.* docent. Tandem vero pax profana omnem rapinam fecit illicitam. L E Y S E R sp. DXXXIX. m. 1. seq.

(†) Autor, rapinae crimen in via publica solum committi, sibi persuadet. Ast minus recte, dum iura distinguunt, inter *Räuber und Straßen-Räuber*, et recte docent BEYER ad C. Car. artic. 126. §. 5. CARPZOV *pr. crim.* qu. 90. n. 3. et BOEHMER ad hanc quaest. obs. 4. rapinam in via regia aeque ac vicinali, ut et in aedibus priuatis committi posse. Hinc rapina commode definiri potest, quod sit *furtum vi homini absque interuersione illata perpetratum.* adde LYNCKER decis. 684.

### §. CXL.

Vnde haec elicio:

- I. Rapina in furtis est.
- II. Violatio securitatis publicae ex furto rapinam efficit.
- III. Rapina sine dolo commissa non facit crimen.

### §. CXLI.

furtum

Ex primo axiome (§. pr. 1.) consequitur (1) ut obiectum rapinae non nisi res mobilis (§. CI, 3.), eaque (2) aliena (§. CII.) esse queat; (3) ut rapina sit tantum *attemptata*, si inuasus impetum grassatoris sustinuerit, et impediuerit, quo minus res sibi raperentur (§. CI, 1.); (4) ut grassator sit, qui rem alienam *animo lucrandi* in via regia rapuit, licet eam iterum amiserit, perdideritue (§. CV.); (5) ut,

ut, qui alteri aliquid ex *petulantia* vel *absurda gloria* in via regia furripuit *k*), aut (6) extorsit *permutationem* rerum unius eiusdemque pretii *l*), etc. vix grassator dici queat (§. CV, 3.).

## §. CXLII.

Ex secundo (§. CXL, 2.) constabit de <sup>adhibita vi securitatem publicam turbante</sup> causa (1) cur neque *minae iuris m*), neque (2) *persuasiones* simplices, furtum, quod iis adhibitis in via publica patratum est, rapinam faciant; (2) cur rapinae reus non sit, qui (a) in *via vicinali* peregrinantibus (†), aut (b) in regia *dormientibus n*), (c) *securitate* *publica priuatis o* suas res furripuit, si vel maxime vim adhibuerit; (3) cur rapinam non alteret vile rei raptae pretium *p*). Sic quoque certum est, (4) quod rapina *cum* hominibus coactis, *tum* sine turba, committi possit.

(†) contrarium colligere licet ex iis, quae diximus ad §. 139.

## CXLIII.

*k*) THOMASII Jurist. *hånd.* II, 2.

*l*) KRESS ad C. C. art. 126. §. 4. not. 2. BOEHMER *Elem. iur. Crimin.* sect. 2. §. 140.

*m*) KRESS c. 1. not. 1.

*n*) MYLIVS ad BEYERUM p. 168. nr. 14.

*o*) STRYK *de damn. reb. alien. licit. illat.* c. IV. nr. 46.

*p*) I. P. S. II, 13. CARPZOV *pr. crimin. qu.* 96. nr. 46.

## §. CXLIII.

dolo malo  
commissit, aut

Ex tertio (§. CXL, 3.) fuit (1) criminis rapinae reos non esse, qui rapinam commiserunt furiosi, summa ebrietate sepulti (§. XXXV. seq. etc. (2) qu. criminis rapinae reos esse, (a) qui *imprudenter iuris* rem suam *q*), vel quam sibi deberi putarunt *r*), vi furrpuerunt alii, praesertim, si hoc fecerint tempore, quo fugam meditabatur debitor *s*); (b) qui spoliarunt eum, a quo prius erant spoliati *t*), aut (c) quem consensurum rati sunt; (d) qui rapinam commiserunt iussu (§. LII, 8.), et in commodum *domini u*), aut (e) *famis necessitate* adacti; (3) rapinae criminis attentati tantum reum esse, cui dolosum consilium fuit rapiendi, sed, quo minus raperet, impeditus est (§. XXXIV, 4. CI, 1.).

## §. CXLIV.

committentis  
fuit socius,

Cum grassatore in eodem reatu est, qui rapinam effecit promouit doloso lucrandi animo (§. XLIV. seq. CXXV.), si vel maxime facto correi nihil lucri percepit

*q*) Prüschenck d. de rapina §. 15.

*r*) L E Y S E R spec. DXXXIX. med. II.

*s*) GRANTZ defens. in

quis. c. V. m. 2. sect. 3. art. 3.

*t*) CARPZOV c. 1. qu. 91. nr. 36.

*u*) KRESS c. 1. §. 5.

perit (§. CXLI, 4.) x). Minus autem deliquit (a) qui *excubias* egit sine lucrandi animo y), (b) qui rapinam, quam committendam neque animo neque corpore iuuit, *probavit*, vt lucrum perciperet; (c) qui grassatorem *recepit*; (d) qui res rapinae vitio adfectas sciens *vendidit*, *emitue*.

## §. CXLV.

Crimen rapinae *gladius* aut capitalis alia, <sup>adfectum gladii poena</sup> cuiusque regionis moribus introducta, sequitur \* z).

\* Rapinam olim plane non (§. CXXXIX. \*), post pecunia tantum, *L. Wisig. VIII, 1, 2.* puniebant maiores nostri. Succedente vero tempore vltimum supplicium irrogarunt grassatoribus, vt vel ex *I. P. Sax. II, 13. Suen. c. 114.* et quibusdam statutis paulo vetustioribus v. c. *Goslarisibus* lib. II. tit. von vredebracke §. 63. *Lubecensibus* IV, 2. quilibet discere potest,

## §. CXLVI.

Acerbiori, quam gladii poena adficitur, <sup>mox exasperanda,</sup> qui *saepius* (§. LV, 5.) aut *turbatim* a) rapuit. Num vero ii, (2) qui rapinam *cum* *insu-*

x) HARPPRECHT Resp. VI. nr. 129. 136.

y) COCCHEI d. de *facto criminis*.

z) C. C. C. art. 126.

*Engau lus Crimin.*

a) FROELICH V. FROELICHSBURG comment. liber P. H. G. D. p. II. lib. 4. tit. 15. nr. 11.

in signi *percussione* fecerunt, absque tamen necandi animo, (b) qui cum animo rapinam committendi coniunxerunt *occidendi animum*, (c) qui res *magistratibus* suis vi eripuerunt etc. grauiori poena sint adficiendi? adhuc disceptatur b).

## §. CXLVII.

mox miti-  
ganda.

Contra poena *cessat*, si (a) vis quidem illata et res surrepta, sed principe aut lege permittente; (b) rapinam commiserit dolo et culpa carens (CXLII.); *mitigatur* vero, (a) quoties aliquid rapinae c), aut (b) illius crimini deest. Hinc poena extraordinaria manet eum, qui nihil ob resistantiam spoliandi surripere potuit, securitatem non violauit, lucrum non intendit (§. CXLI.) etc.

## §. CXLVIII.

Causis, ex quibus mitiganda est poena, (c) *sexum* muliebrem, (d) *conditionem* et dignitatem grassatoris, (e) *cessans lucrum* ob rei raptae restitutionem transactionemue cum laeso initam, (f) vile rei raptae pretium, (g) concursus plurium reorum criminis, (h) primum nefandae artis tiro-

b) CARPZOV c. 1. nr.  
30.

c) POTT de poena con-  
sas c. IV. §. 7. seq.

tirocinium, (i) rapinam sine armis factam, (k) furtivam rei surreptae qualitatem *d*) etc. annumerare nequis, nisi inuita Carolina nemefi *e*) \*.

\* In *Franconia* tamen poena capitalis cessat, si vile raptae rei pretium, KIRCHGESNER *tribunal.* p. 305. nr. 5. atque praeterea, moribus *Austriacis*, ob cessans lucrum, et deficientem reiterationem. FROELICH v. *Stöblichsburg* c. l. nr. 3.

§. CXLIX.

Quilibet (1) rem sibi raptam persequi, <sup>Actio civilis.</sup> non tamen (2) actionem in quadruplum, quam tradit ius Romanum, instituire *g*), nec (3) *σώσπον* a grassatoris, ultimum supplicium perpeffi, heredibus *b*) petere potest. An et in quantum princeps conducentis refarcire debeat damnum, quod conducti in via regia sunt perpeffi, alibi *i*) docui.

G 2

TIT.

*d*) CARPZOV *pr. cr.* q. 90. nr. 53.

*e*) GRASS *collat. I. Ro. et G. sect. XIV.* §. vn. p. 700. *seq. Prüschenf. c. d.* §. 33. *seq.*

*g*) STRVV *ex. XLVIII.* th. 10. *Diss. BERGER d.*

*de usu action. poenal.* §. 39.

*b*) *Const. El.* 12. p. IV.

*i*) *El. nr. I. Germ. lib.* II. §. 286.

## TIT. X.

## DE PLAGIO.

## §. CL.

In criminis  
plagi

**P**lagium est furtum hominis Quod ubi dolo malo committitur, audit *crimen plagii*.

## §. CLI.

1990

Itaque (1) plagium non commisit (a) qui *hominem mortuum* partumve abactum vendidit, suppressit; (b) qui *ancillam* vendendi aut *libidinis gratia* rapuit; attamen (c) qui hominem liberum in seruitutem detrusit, aut (d) alteri proprium vendidit; (2) criminis plagii reus vix erit, qui celavit seruum alienum, quem habuit suum (§. CX. b.).

## §. CLII.

quae poena  
statuenda?

Quia poenae \* in hoc crimen statuendae nullam plane mentionem fecit *Carolus*, non solum in *Austria k)*, sed et alibi *praxis* ius Ro. sequitur, minitans vel *ultimum supplicium\*\** vel *fustium ictus*, aliamve poenam arbitrariam, prout plagiarum liberum hominem celandi animum habuerunt, aut alium improbum. (†)

\* L. Wi.

k) Ord. Crim. Austr. art. 95.

\* *L. Wisig.* VII, 3, 3. *seq. Baju.* VIII, 4. *Fris.* tit. XXI. *Alamann.* XLVII. *seq. crimen plagii PÆCUNIARIA*, *Theodoricus* vero *R. Ostrogothorum Edicto* c. 78. et *Reges Carolingicæ stirpis, Capitul.* VI, 9. CAPITALI poena expiari volebant. *Ius Prou. Sax.* hoc crimen præterit; contra illud laqueo luendum censet *Suevicum* c. 210.

\*\* Fata quod tulerunt Conrado de Kauffungen huiusque sociis: illud retulerunt *ALBINVS Chron. Misn.* p. I, c. 21. H. L. SCVRZFLËTSCHE d. de *Conrado Kauffungo*.

(†) Lex Fabia de plagiaris plagii crimen vindicat poena pecuniaria, postea arbitraria poena, et plerumque in metalla damnatio, est statuta. *L. 7. D. ad L. Fab. de plag.* si vero liber homo venditur, et emtor et venditor, qui scienter emit, vendiditque, poena capitali fit obnoxius. *L. 1. D. ad L. Fab. §. 10. L. de publ. iud. c. 9. X. de furtis RECHENBERG* ad *L. Fabiam de plagiaris*.

### §. CLIII.

Poena capitalis cessat, quoties (1) in plagiario vel dolus malus defuit (§. CLI, 2.), Causæ enim mitigantes. vel (2) lucrandi animus (§. CIV.); (3) quoties suppressio euitata (§. CI, 1.), aut (4) cadaver alienatum est (§. CLI. a); contra alicubi 1) exasperatur, si iudæus christianorum liberos furatus sit, ut eos Turcis venderet.

G 3

§. CLIV.

1) *Ibid.* c. 2. §. 2.



## §. CLIV.

**Actio civilis.** Datur quoque contra plagiarium actio ad id, ut vel exhibeat hominem, vel litis aestimationem praestet.

## TIT. XI.

DE

## FURTO FERARVM.

## §. CLV.

Qui feras furati sunt

**F**urtum ferarum est venatio et caesio ferarum, invito iuris venandi domino, animo lucrandi facta. Quae, si dolo malo peracta, crimen constituit. Huius reus *feripeta, venator furtivus, Wild-Dieb, Raub- und Wild-Schütze* dicitur.

## §. CLVI.

animo lucrandi, et

Vnde dignoscere potes (1) furem ferarum non esse (a) qui absque animo lucrandi (§. CIV.), aut (b) casu *m*) aut (c) permittente forestes domino (§. CIII.) feras occidit; (d) qui feras sine vlla laesione ab agris suis abegit, licet ex hac turbatione damnum contigerit domino *n*); (e) qui suae

*m*) FICHTNERI d. de *feripetis* §. 10. seq.

*n*) LIMNAEVS I. P. VI, 13.

suae aut alius vitae seruandae gratia occidit animal nociuum (§. CXVI.).

### §. CLVII.

Ex eodem (§. CLV.) intelligo (2) cur <sup>dolo malo,</sup> summa cum iniuria criminis furti ferarum rei dicantur, qui (a) furiosi, aut (b) iusto errore (§. CX.) vel (c) imperiosa fame o) (§. CXVI.) ducti, aut (d) quo alteri ius vendendi negent etc. feras auesue maiores nobilioresque venati sunt; (3) cur *saltuarii*, sint cuius velint ordinis, ubi feras caesas dolo malo furripiunt, vendunt etc. criminis furti ferarum rei improprie dicantur (§. CL, 4.).

### §. CLVIII.

Hodie \* in crimen furti ferarum non <sup>variā poenam sustinent,</sup> eadem ubique poena, sed *pecuniaria* alibi, alibi poena *fustigationis perpetuaeque relegationis p)*, alibi *alia* a iudice determinanda q) statuitur, ea scilicet, quam columnae terminales, hisque adfixae tabulae, loquuntur. Hic simul notes velim (r) quod iure *Saxonico r)* et *Borussico-Brandenburgico*

G 4

co

o) arg. C. C. art. 166.

p) Seidensticker d. de furibus ferarum §. 46.

q) Pfälz. Mal. O. tit. 51.

r) Mand. de A. 1584.

§. als ordnen. CARP-

ZOV. c. l. q. 84. nr. 34.

BERGER *Elect. Iuris. Crimi-*

*nae* p. 61.

co s) ii, qui feras nobiliores in banno principis Electoris ferino venati sunt, laqueo suspendantur, atque suspensis quandoque imponantur cornua, caput vel exuviae bestiae furto sublatae t); (2) quod in electoratu *Saxonico* u) ii, qui phasianos, et in el. *Hannoverano* x) ii, qui ardeas venati, manu priuentur; (3) quod *Borufficum* y), *Querfurtense* z), *Stolbergense* a) aliaque venatoria iura dent potestatem venatori, ferarum custodi, in eum, quem feripetam deprehendit, atque semel iterumque inclamavit, exonerandi tubulos; igniuomos tempore quo parat fugam.

\* Olim pecuniaria poena luebatur *L. Ripuar.* tit. XLII. Vid. de *LYDEW. G. d. de venatu* p. 22. seq. *J. P. S.* II, 64. quandoque mala arbore *IDEM reliq. MSr.* To. VI. nr. 27. Quod feripetarum, ceruorum dorso impositorum, manus catenis fuerint constrictae, pedibus inferius colligatis, ut sic perirent misere, tradunt *KNIPSCHILD de nobilit.* III, 5. *FICHTNER* c. d. §. 22 aliique, sed hoc tantum probari potest, quod in *Wetteravia* A. 1666. haec poena feripetae culdam fuerit irrogata.

s) Edict. de A. 1574. 1728 1730. V. *MYLIVS Corp. constit. March.* p. II. sect. 3. nr. 2. 57. 58. 63.

t) *Seidensticker* c. d. §. 53.

u) *Kohrs Sauchal.*

tungs. R. VII, 12, 15.

x) *PVFENDORF. introd. in proc. crimin. Lunsh. c. 24. §. 30.*

y) cit Ed.

z) *Querfurth. Jagdo Ordn.* art. §. 38.

a) *Stolb. J. O. §. 17.*

gata. HOFFMANN *Lycurgo Germ. moribus informato* c. 45. nr. 9.

## §. CLIX.

Quaecunque poena in crimen furti ferarum fit statuta, cessat ea (1) ubi *damnum* vel nullum, vel (2) per accidens datum (§. CLVI.), aut (3) refarcitum est *b*); (4) ob *dolum* deficientem (§. CLVII.); et (5) si nulla *venatio* facta. Causae eam mitigantes.

## TIT. XII.

DE

## DELICTIS CARNIS

in genere

et

speciatim

DE FORNICATIONIS  
CRIMINE.

## §. CLX.

Quia, quo minus ciuitas fit numerosa, Delicta carnis eaque labori adfueti, impedit vaga hominum libido, hanc sub *delictorum carnis* nomine prohibent LL.

## §. CLXI.

Sortiuntur autem delicta carnis diuersa quaeunque sunt

G 5

no-

*b*) de LVDAWIG c. d. p. II.

nomina, pro diuersa scilicet *bonestate*, *voluntate*, ac *familia personae*, quacum cois, itidem pro diuersitate *viae*, qua congressum tibi parasti. Coitus enim cum meretrice, *fornicatio*; cum femina soluta eaque honesta, *stuprum*; cum persona coniugata, *adulterium*; cum consanguinea vel affini, *incestus*; coniugati cum coniugata, interueniente benedictione sacerdotali, *bigamia*; hominis cum bruto, *sodomia*; et masculi cum virgine dissentiente, *stuprum violentum* audit.

## §. CLXII.

consumman-  
tur immisso  
semine,

De quibus omnibus haec notes velim: (1) quod ea tunc demum *consummata* habeantur, vbi in vas feminae, quod penetrat, semen immisit masculus; (2) quod in *crimina* transeant, si quae dolo malo perpetrata; (3) quod *qualificata* videantur, si (a) vi adhibita, aut (b) spreta religione, aut (c) peruerso naturae ordine fuerint patrata etc. (§. LV.).

## §. CLXIII.

Crimen for-  
nicationis

*Crimen fornicationis* \* est congressus carnalis cum meretrice (§. CLXI.) dolo malo factus (§. CLXII, 2.).

\* Fornicationem, quam licitam habuit AD. TRAZIGER V. Vergnügung müßiger Stunden p. X. p. 47. a multis retro seculis Romae toleratam,

tam, ROSINVS antiqu. Ro. V, 32. PITISCVS  
Lex antiqu. To. II, p. 187. seq. adhuc tolerant  
pontifices V. CLEMANGIS Untersuchung vom  
Zuren-Doll der Römer.

§. CLXIV.

Est autem meretrix, quae plurium pa-  
ret libidini. (†) Nihil interesse puto, (a) cum meretri-  
ce committi-  
tur, et num sui copiam pluribus fecerit in taberna,  
pistrino, an alibi; (b) gratis an *quaestu* in-  
terueniente c); et, si hoc, (c) animo cor-  
radendi opes an paupertatem subleuandi.

(†) confer. L. 43. D. de ritu nuptiar.

§. CLXV.

Vnde sequitur, vt meretricem habere  
nequeas, quae ab vno ter et amplius co-  
gnita est, si vel maxime quaestus interue-  
nerit d). Sic quoque in meretricibus  
non esse videtur, quae his diebus mores  
mutauit.

§. CLXVI.

*Meretrices* poena famosa \* sed non ea-  
dem vbique solent adfici. *Alibi* numellis, arbitrarie  
punitur.  
*alibi* caueae versatili, *alibi* carceri ad ali-  
quot dies includuntur, *alibi* lapidem fa-  
mo-

c) VRSINI d. de quaestu  
meretricio.

Elem. Iurispr. Crim. p. II  
obl. 155.

d) BERGER suppl. ad

mosum circumferre, *alibi* currum fordibus onustum ex vrbe euehere coguntur, et post relegantur. *Fornicator* quandoque carcerem ingredi aut multam soluere, nunquam autem prolem a meretrice natam agnoscere, tenetur.

\* Olim meretrices nude bis vel ter tingebantur aquis. Vnde originem contumelie *Nidel* derivare voluit HOFFMANN *obj. I. Germ.* lib. II. c. I. p. 161. seq.

## TIT. XIII.

## DE STVPRO.

## MEMBRVM I.

## DE

STVPRI CRIMINE ILLIVS QVE  
POENA.

## §. CLXVII.

Scrupri, seu

**S**truprum est coitus soluti cum soluta femina, cui pudor vel honor inest \* (§. CLXI.). *Crimen stupri* est coitus soluti cum femina honesta dolo malo peractus.

\* Licet germanis pudicitiae laudem tribuant TACTIVS *de M. G. c. 19.* CAESAR *de B. G. VI, 31.* SALVIANVS *de gubernat. Dei lib. VII;* tamen negari nequit, quod hoc vitium quouis tempore  
his

his et illis germanis fuerit cognitum, et futurum sit, dum erit germania.

§. CLXVIII.

Vnde haec deduco axiomata :

- I. Stuprum consummatur immisione feminis.
- II. Honestas feminae discrimen facit inter stuprum fornicationemque.
- III. Stuprum nonnisi dolo malo commissum, crimen est.

§. CLXIX.

Ni fallor, ex primo (§. pr. 1.) quilibet <sup>coitus cum.</sup> intelligere potest, quod (a) tam femina, quae osculum tactumue passa est, quam masculus, qui, ut viam sibi pararet ad libandam pudicitiam honestae feminae, huius mala osculatus est e) tetigitque genitalia, stuprum tantum attentauerit, atque (b) medicus vel chirurgus, qui honestae viduae virginisue genitalia aut mamillas tetigit necessitate adactus, ne quidem attentauerit, nedum consummauerit.

§. CLXX.

Secundum (§. CLXVIII, 2.) docet (†) <sup>femina honesta,</sup> errare eos, qui stuprum a fornicatione distinguere volentes attendunt *lucrum*, quod

---

e) ROMANI d. de osculis.



quod perceptit, aut *paupertatem*, qua affligitur, femina stuprum passa; (2) stuprum inferri posse viduae, virgini, immo et ei, quae vitae luxuriosae nuntium misit (§. CLXV, 3.); (3) stupro vacare eum, qui consuetudinem habuit cum femina, quae quemuis admittere solet (§. CLXIV.).

### §. CLXXI.

cui dolus

malus subest,

Ex tertio (§. CLXVIII, 3.) colligere nullus dubito, criminis stupri accusari non posse (1) masculum, qui *summa ebrietate* sepultus stuprum cuidam feminae intulit (§. XXXVI.); (2) feminam, cui *inuitae* (§. XXXIX, 3.), vel *semno penitus sepultae* (§. XXXV, 10.), sicque factum ignorant, stuprum illatum est; (3) qui stupro sciens quidem, *volens* tamen, antecessit efficienter (§. XLV. f.).

### §. CLXXII.

Ex eodem intelligo, non nisi qu. criminis stupri reum esse, (4) qui non fugit ebrietatem, qua durante, se cum qualibet femina congregari solere, sciuit optime; (5) qui licet ei compertum esset, quod Caia masculos ad coitum soleat allicere, nihilo tamen minus frequenter et citra necessitatem cum ea collocutus et de in congressus est.

### §. CLXXIII.

§. CLXXIII.

Praeter poenam, in crimen stupri legi-<sup>poena</sup>bus prouincialibus statutam, (†)\* quae alibi *relegationis* est, alibi *carceris f)*, alibi *pecuniaria g)*, plerisque locis stuprata, et quibusdam aliis stuprator etiam, *poenitentiam publicam* subire tenetur *b)*.

(†) Iure Carolino nulla determinatur stupri poena, et quae §. 4. I. de *publicis iudiciis* statuta est, quatenus in confiscatione dimidiae partis bonorum consistit, hodie commode applicari nequit. Hinc iure communi poena stupri manet relegatio temporaria, quam honestiores pecunia redimere queunt.

\* Olim *multam*; L. *Frison.* IX, 1. seq. L. *Longob.* I, 31, 1. seq. L. *Sal.* XIV, 13. 14. diuerso modo determinatam, soluebat STUPRATOR *ingenuus*; *seruus* vero, qui ingenuae viduae intulerat stuprum, viuis exurebatur, *Edict. Theod.* §. 59. aut vitatae parentibus dabatur, vt quam velent poenam, etiam capitalem, irrogarent ei L. *Baiuar.* VII, 9, 1. STUPRATA, quae lubens in stuprum consenserat, habebatur infamis et matrimonio vix digna L. *Burgund.* XLIV, 1. et LXI. soluere tenebatur Weregildum, L. *Frison.* IX, 1. et erat exfors hereditatis parentum, a quibus nullam delicti gratiam impetrauerat L. *Wisigoth.* III, 4, 7. 8. *Ingenua*, quae se seruo subtraxerat, alibi nulla satisfactione digna habebatur

tus

f) *Const. El.* 27. p. IV.

*crim. Luneb.* c. 24. §. 20.

g) *Ius Dismars.* a. 127. §.

b) KNORR *de poenis, ec-*

1. PFFENDORF in *Proc.*

*cles.*

tur) L. Long. c. 1. alibi vt adultera puniebatur  
Edict. Theod. §. 60.

§. CLXXIV.

quandoque  
exasperatur,

Crimen stupri grauius reddunt (1) *potestas* vel inspectio, quae corruptenti in corruptam competit i), (2) *reuerentia*, quam corruptens debet corruptae k), (3) *sanctitas loci*, quo l), et (4) *annus luctus m)*, sub cuius initium stuprum commissum est etc; neuiquam vero (5) *haeresis* personae, quacum congressus es n), aut (6) *infanticidium*, ab eadem te incio patratum o).

§. CLXXV.

quandoque  
mitigatur.

Contra mitior poena infligitur ei, (1) qui stuprum tantum inferre conatus est p), aut (2) sponsae suae intulit q), neuiquam vero (3) illi, qui dubitat, an verae virgini illud intulerit? etc.

MEM-

i) LEYSER (p. 581. m. 3.

k) Id. c. sp. m. 4.

l) L. Ripuar. XXXV, 2. 3.

m) BEYER d. de concubi-  
ez intra tempus luctus, c. 3.

n) LEYSER c. sp. m. 15,  
Diff. CARPZOV pr. crim.  
qu. 69. nr. 43.

o) Diff. BRUNNE-  
MANN proc. inq. c. IX. nr.  
71.

p) HEIL iud. et defens.  
p. 372.

q) GRIBNER de intercess.  
coniug. c. I. §. 20.

## MEMBRUM II.

DE

## STUPRI IUDICIO CIVILI.

## §. CLXXVI.

**H**odie stuprator, quisquis sit, (1) stupra-<sup>Stuprator</sup> tam vel ducere vel dotare \* tenetur. <sup>debet 1) stu-</sup> Quo tamen iure eligendi excidit, qui <sup>pratum vel</sup> spem matrimonii faciens stuprum intulit r), <sup>ducere</sup> aut fecit, quo minus stupratam ducere <sup>93</sup> queat s).

\*. Iam olim stuprata contra stupratorem agere poterat vel ad ducendum vel ad offerendum pecuniam *L. Longob. I, 31, 1. seq. alibi lege definitam Edict. Theodor. §. 59. L. Burgund. XLIV, 1. L. Baiuvar. VII, 8, 1. alibi pactio definiendam L. Wisigoth. III, 4, 7, 8.* Sic quoque stuprator stupratae patri pretium emtionis debebat solvere. *BALSER de poena stupri §. 23.*

## §. CLXXVII.

Dotis, siue illius quod interest supra-<sup>vel dotare,</sup> tae, quantitatem silente lege \* determinat iudex, attendens facultates et conditionem cum stupratoris tum stupratae patris t).  
De-

r) de *LVDEWIG diff. I. R. et G. in stupro sub matrimonii spe diff. I. nr. 7.*

s) *LEYSER de stupri iudicio civili. nr. 4.*

t) *BOEHMER I. E. P. V, 16, 7.*

Determinata statim et cum iure transmissionis debetur, si vel maxime nullum unquam sequatur matrimonium *u*), aut nondum instituta stupri actione, secutum fuerit *x*).

\* *Ord. Pol. Magd. c. 69. §. 1.* ancillis et rusticorum filiabus 18. vel 20. imp. iubet constitui.

### §. CLXXVIII.

exceptis paucis casibus,

Stuprator neque ducere neque dotare tenetur stupratam (1) quae causam dedit congressui *y*); (2) quae mercedem congressus pacto definitam accepit *z*); (3) quae ab aliis quoque se cognosci passa est *a*); (4) quae stupratori ius eligendi ademit *b*), vel saltem (5) adimere voluit; (6) quae causam, cur a stupratore duci nequeat, iam stupri commissi tempore sciuit *c*) (+). Ad neutrum etiam (7) alicubi tenetur stuprator, cui corporalis poena inflata est.

(+) contrariam sententiam defendit *PUFFENDORF*  
P. I. obl. 44.

### CLXXIX.

*u*) *LEYSER* c. sp. m. 11.

*x*) *BERGER* *suppl. ad El. Jur. Cr.* p. I. obl. 155.

*y*) *LEYSER* d. nr. 12.

*z*) *HORFFT* d. *de uirgine stuprata a stupratore non doranda.* c. 3. §. 3.

*a*) *RICHTER* *velitas acad.* XXI. th. 24. *BOEHMER* *I. E. P.* V; 16, 11, 12.

*b*) *WERNHER* p. V. obl. 112.

*c*) *IDEM* p. IV. obl. 244.

## §. CLXXIX.

Stuprator patris (2) partui ex se edito <sup>a) partui all-</sup> <sup>menta prae-</sup> <sup>bere,</sup> alimenta suggerere tenetur. Naturalia tantum deberi, et a stupratoris heredibus, neququam vero a paterno auo <sup>d)</sup>, praestanda, certum est. In termino autem a quo, et in termino ad quem, non conveniunt leges moresque provinciales.

## TIT. XIV.

## DE CONCVBINATV.

## §. CLXXX.

**C**oncubinatus est coniunctio viri et mulieris, facta sine iis, quae LL. praescribunt, solemnibus. <sup>Concubinatus</sup>

## §. CLXXXI.

Quae coniunctio quum vel ad tempus <sup>tam tempo-</sup> <sup>rius quam</sup> <sup>perpetuus,</sup> vel in perpetuum fiat: concubinatus in <sup>perpetuum,</sup> *temporarium et perpetuum* diuiditur <sup>e)</sup>.

## §. CLXXXII.

*Ille semper illicitus fuit, hic iam olim uxoratis f)*, solutis vero ab eo demum <sup>a quo tempore</sup> <sup>re constituat</sup> <sup>crimen</sup> <sup>tem-</sup>

d) MENCKENII d. de suo paterno ad alimenta nepoti illegitimo praestanda non obligato.

e) LEYSER sp. 585. m.

f) Capit. VI, 270. 433. VII, 336.

tempore, quo benedictio sacerdotalis in necessitatem abiit g), et speciatim in Germania, a tempore Sec. XVI. b), prohibitus est.

## §. CLXXXIII.

poena luendum?

Itaque uterque concubinatus dolo male factus hodie crimen est, quod poena arbitrario iudicis determinanda sui iubet politica reformatio, quacum concordant pleraque iura provincialia.

## TIT. XV.

DE

ADULTERIO, ILLIVSQUE  
CRIMINE.

## MEMBRUM I.

DE

## ADULTERIO IN GENERE.

## §. CLXXXIV.

Adulterium, quod

**A**dulterium (§. CLXI.) est coitus (§. CLXII, I.) pacto coniugali contrarius i). (†) Equi-

g) FRESNE *Glossar.* v. Concubina.

b) *Ref. Pol.* 1533. tit. 13. 1548. tit. 25. 1577. tit. 26. von leichtfertiger Beywohnung, V. THO-

MASII, BREITHARTII, STOLZII aliorumque scripta critica.

i) *Capitul. R. Fr.* VI, 433. C. C. C. art. 120.

(†) Equidem iure Rom. adulterium est alieni tori violatio, seu vitatio eius, quae nupta est alteri L. 6. §. 1. et L. 34. §. 1. D. ad L. Jul. de adulteriis et L. 225. de V. S. at ex principiis iuris canonici hodie adulterium per violationem fidei conjugalis committitur.

## §. CLXXXV.

Prout vel vnus vel vterque coeuntium in simplex et pactum conjugale iniuit, idque coitum qualificatum fre- diuiditur, git; adulterium vel *simplex* vel *duplicatum* dicitur esse.

## §. CLXXXVI.

Vnde haec deduco axiomata:

I. Immisso femine in vaginam vteri adulterium consummari.

II. Adulterium non nisi a coniuge cum extranea persona committi posse.

## §. CLXXXVII.

Ex primo (§. pr. 1.) consequitur, vt a immisso fe- adulterium attentauerint tantum (1) mariti, mine con- qui feminas verbis, literis aut munuscu- summatur lis sollicitarunt, impudice attrectarunt, quique (2) membrum quidem suum ad vas feminae adposuerunt, sed, quo minus semen immitterent, ebrietate aliaue causa sunt impediti.

## H 3 §. CLXXXVIII.



## §. CLXXXVIII.

a matrimonii  
vinculo liga-  
tis.

Ex secundo (§. CLXXXVI. 2.) discimus, de illius, qui contra LL. congressus est, legitimo eoque carnali copula corroborato *matrimonio* prius constare debere, quam eum adulteri vocare posses nomine. Hinc adulter nominandus non est, (1) qui cum femina quadam carnaliter congressus est postea, quam cum alia *contraxit sponsalia*, aut ipsum *matrimonium*, sed iniustum, nullum, imperfectum; (2) qui *diuortio facto* vagam exercuit libidinem k).

## §. CLXXXIX.

Ex eodem constabit porro, (3) cur adulterii rei, non sint (a) maritus, qui consuetudinem habuit cum vxore propria, quam alienam esse duxit l) (§. XX, 1.); (b) iuuenis, qui subagitauit solutam, quam coniugatam habuit; (c) vxor, quae mortuo iam marito, quem adhuc viuere rata est, se subtrauit alii: contra (4) ex adulterorum numero eximi vix potest, qui (a) malitiose *desertus*, aut (b) quod *ad thorum et mensam* separatus m), coitu cum extraneo facto se polluit.

MEM-

k) CARPZOV *decif.* 294. nr. 7.

l) STRYK *de iure sens.* *disp.* X. c. VI. nr. 52. seq.

m) Stolgens d. de *poe-na concubitus a personis per diuortium solutis commissi.* §. 37.

MEMBRUM II.

DE

ADULTERII CRIMINE ILLI-  
VSQVE VINDICTA  
PVBLICA.

§. CXC.

Coitus pacto coniugali contrarius ( §. In criminis  
CLXXXIV.), prout dolo malo aut cul-<sup>adulterii</sup>  
pa suspectus est, vel verum ( §. XXXI),  
vel qu. crimen ( §. LI.) adulterii dicitur.

§. CXCI.

Hinc adulterii quidem, non tamen cri-<sup>reos,</sup>  
minis adulterii, rei sunt (1) maritus, qui<sup>eorumque</sup>  
(a) nolens ( §. XXXIX, 3.), aut (b) per er-  
rorem cognovit non suam ( §. XXXVIII.);  
(c) vxor, quae tempore, quo fuit (a) de-  
mens ( §. XXXV, 5.), aut (b) singulari de-  
cepta fraude n), et in errorem deducta, ad-  
misit non suum, nec non (3) ea, quae,  
somnia tam arcto oppressa fuit, vt vim pudici-  
tiae fieri non senserit o) ( §. XXXV, 10.).

§. CXCI.

Contra in reis qu. criminis adulterii sunt:

H 4

(4) ma-

2) DAMHOVDER pr. Crim. p. 9. et supplem. p.  
v. crimin. c. 89. n. 37. II. obs. 6.

o) BERGER elect. tur.

(4) maritus, qui vxorem suam mortuam habens, aut (5) copia illius destitutus, dum haec absens est, aut cohabitationem denegat vel praestare nequit, concubuit cum alia; (6) maritus, subagitans prostibulum, cuius lasciuis persuasionibus gestibusue ad adulterium inuitatus est quotidie (§. XXXIX, 5.) p); (7) vxor nimis stupida iurisque plane imprudens, quae corporis vsuram alii praebuit quam viro suo.

## §. CXCIII.

focios

(1) Personas innuptas cum nuptis congregientes, (2) occasionem adulterii committendi mandato, auxilio, consilio etc. alicui praebentes, etc. dolo malo: quodammodo, non tamen plene, crimen adulterii post commissi participare quin statutam, nullus dubito (§. XLVI, seq).

## §. CXCIV.

diuersam  
poenam iure  
antiqua

Antiqui mores iniuriam laeso coniugi vindicandam relinquunt q). Id quod et *Saxones Frisique* subsequenter temporibus seruasse videntur r). Apud *Wisigothos* coniux innocens nocenti quamcunque poenam, salua tamen anima s), irrogare, et liberis destituto facultates subtrahere

p) LEYSER sp. 580. m. 8.

r) KRESS ad C.C. a. 120.

q) TACITVS de M. G. c. 15.

§. 2.

s) L. Wisig. III, 4. 13.

here t) poterat. Ne vero in truculentiam abi-  
ret illa vindicta, pretium hominis ingenui, das  
Wehrgeld, substituerunt *Baiuvarii* u), et poe-  
nam pecuniariam *Alemanni* x). Apud *Longo-*  
*bardos* y) adulteri capitis adibant periculum.  
*Reges Francorum* adulterium capitale et cum  
confiscatione bonorum coniunctum esse volue-  
runt z).

§. CXCIV.

Illud, quod media aetate mariti castrati, <sup>media</sup>  
vxores vero naribus truncatae fuerint, non  
magis certum est, quam hoc, quod *Saxones*  
et *Alemanni* omne adulterium habuerint ca-  
pitale a).

§. CXCVI.

In crimine adulterii persequendo Ca- <sup>Carolina et</sup>  
rolus V. his verbis ambiguis vtitur b): nach  
Sag unser Vorfahren, und unser Käyserl.  
Rechte gestraft werden. Vnde colligunt in-  
terpretes, quod ius Ro. (†) normam esse  
voluerit legislator, statuuntque (1) *mari-*  
*tum alienae uxoris corruptorem* gladio per-  
cutiendum, adulteram vero fustibus cae-  
fam

H 5

t) Ibid. 1. 3. 12.

u) L. Baiuu. VII, 1, 1.

x) L. Alam. LVIII, 1. sq.

y) L. Longob. I. 32, 3.

z) Capitul. Reg. Franc.

VI, 431.

a) I. P. S. II, 13. Suet.

c. 144, ed. SCHANNAT.

b) C. C. C. art. 120,

fam monasterio includendam esse; (2) *maritum, vitiatorem caelibis*, fustigatum perpetua relegatione puniendum, caelibem vero feminam carceri includendam vel ad tempus relegandam esse c) (††). Cur vero (3) *masculum caelibem*, qui alterius vxorem violauit, capite plectendum, adulteram vero fustigandam censeant d), equidem non video (§. CXCIII.).

(†) quanam poena adulterii iure Romano sancita sit, et quanam ex iuris communis dispositione hodie obtineat, docui in *iurispr. forensi sec. ord. Pand.* §. 2028. adde HOFFMANN de *dissen-su iur. in puniendo adulterio.*

(††) Quod hic autor asserit, ex iure communi defendi nequit, quia iure Rom. coitus mariti cum caelibe non adulterium, sed stuprum est. arg. L. 18. C. ad L. I. de adulteriis BOEHMER ad *Carpzou. pr. crim.* quaest. § 2. obs. 3.

### §. CXCVII.

hodierna statuunt. Haec alibi leniora

Non minus variant hodierna variarum prouinciarum iura in crimine adulterii perfequendo, atque variarunt antiquae leges (§. CXCIV.) e). Iure enim *Tirolensi* f) carcere cum ieiunio (bey Wasser und Brod), *Wurtem-*

e) CLASEN ad eit. art. 76. §. 8.

d) BAYER et LVDOLVICI ad c. art.

e) Oesterr. L. G. O. art.

f) Tirol. L. O. VIII, 40.

zembergico g) carcere et infamia, *Dishmarfco*  
h) LX. marcis, *Badensi* i) carcere menstru-  
bey Wasser und Brod et multa XIV. flor.  
additis XVIII. crucig., *Herbipolitano* k) multa  
vel operis publicis trimestribus, etc. coercen-  
tur adulteri. Lenissimi in hoc crimine coer-  
cendo sunt *Argentoratenses*, *Bremenses*, *Eslin-*  
*genses*, *Hamburgenses*, *Lutërbocenses*, *Minden-*  
*ses* et *Mulbusini* \*; admodum singulares autem  
*Augustani*, *Bauari*, *Megapolitani*, *Vlmenses* l)  
aliique.

\* Sic quoque poena pecuniaria vel alia arbitraria  
obtinēt in ciuitate *Friburgensi*, PE. HEIGIVS p. II.  
qu. 29. nr. 75. *Heilbrunnensi*, STAT. HEILBRUNN.  
p. X. tit. 9. §. f. *Hildesienfi*. SCHRADER de causis  
fori ecclesiastici c. I. tit. 2. §. 23. V. PANCVG d.  
de poena adult. th. 37. HOFFMANN de notabilio-  
ribus delictorum matrimonialium temp. c. I. §. 15.  
seq.

## §. CXCVIII.

Qui capitalē poenam in crimen adulte-<sup>alibi graui-</sup>  
rii statuunt populi, a se inuicem dissentiunt;<sup>ra sunt.</sup>

alii

g) *Ius Wurtemb.* tit.  
94. LAVTERBACH *Diff.*  
*I. com. et Wurt.* p. III.  
202.

h) art. 128.

i) p. VII. tit. 29.

k) HOFFMANN d. de  
*dissensu iur. in puniendo*  
*adult. crim. c. V.* §. 7.  
seq.

l) HEINECCIUS *Elem.*  
*I. Germ.* §. 189. \* 199. \*

alii enim, vt *Eyderstadenses m)* et *Saxones n)* quoduis adulterium, alii vero, vt *Anhaltini o)*, *Magdeburgenses p)*, *Nassovici q)*, *Palatini r)*, *Salmenses s)*, illud tantum, quod cum nupta patratum est, vindicant gladio.

## §. CXCIX.

Saufte, poe-  
nam aggra-  
vantes et

Priores populi (§. CXCVII.), licet non posteriores (§. pr.), poenam acerbio- rem irrogant reis criminis adulterii (1) VIOLENTI, (2) DVPLICATI et (3) REITERATI. Isti vbique capite truncantur; illi in ep. *Herbipolitano t)* fustigatione et relegatione, in regno autem *Bobemiae u)*, nec non in *Marchia x)* gladio coercentur; hi, vbi secundum commiserunt, numellis et relegatione, sin tertium, gladio puniantur iure *Wurtembergico*. Sic etiam rei criminis adulterii iterati iure *Dithmarsico* fustigati relegantur etc.

## §. CC.

m) *Const. Io. Adolphi* de A. 1607.

n) *part. IV. const. sl.* 19.

o) *Ord. Proc. Anb.* tit. 41.

p) *Ord. Polit. Magd.* 69.

q) 3.

r) p. I. nr. 75.

s) *I. Prou. Palas.* p. V. tit. 30.

t) *Solm. Gerichts- und Lands-Ordn.* p. II. p. 240. 243. seq.

u) *HOFFMANN* c. d. g. V. §. 7.

v) *WEINGARTEN fascic. diu. iur.* I, 3. p. 273.

x) *BRUNNEMANN* *proq. inquisit.* c. IX. p. 30.

§. CC.

Contra (a) quoties adulterium deficit <sup>mitigantes</sup> (*§. CLXXXIX, a*) <sup>nam verae,</sup> *y*), aut (b) quod commissum est, plane imputari nequit (*§. CXCI.*): CESSAT omnis poena. Ordinaria vero MITIGATUR, casu, quo (1) vel *matrimonium* (*§. CLXXXIX.*) vel *adulterium* (*§. CLXXXVIII.*) nondum consummatum est, aut (2) de utroque consummato non satis constat; (3) in caelibé, qui concubuit cum uxore ad instar *meretricis vivente* *z*); (4) in eo, in quo *culpa* tantum residet, ut si (a) iustus error, aut (b); *defectus voluntatis vel facultatis* coeundi in innocente coniuge, aut (c) quotidianae *liberebrae* ansam adulterandi dederint (*§. CXCII.*) *a*); (5) si cesset *iniuria* coniugi innocenti illata, ob *remissionem*, *transactionem*, *intercessionem* (*§. LXXXIV.*) *y*), vel etiam *compensationem* factam.

§. CCI.

Iniuriam autem sibi illatam resmittit coniux innocens vel *expresse*, significans iudici, se gratiam delicti facere, nec matrimonii solutionem cupere; vel *tacite*, dum

*y*) STRYK *de iure cogitationum* c. 6. nr. 52.

*z*) CARBZOV *pr. crim.* qu. 57. nr. 20. seq. WEBER.

HER p. IX. obs. 77.

*a*) KRESS *ad C. C.* art. 120. §. 4.



dum nocentem in thorum recipit *b*) sciens volensque, si vel maxime ab eo coitum conjugale non petierit, aut ante coitum reuersales literas exegerit, de eo actionibus sibi quaesitis non nocituro *c*). Sic quoque iniuriam remittendi animus praesumitur in coniuge innocente, ante actionem motam mortuo, licet, quod quidam Dd. statuunt, contrarium signis declarauerit *d*).

## §. CCII.

De remissione haec velim notes: (1) quod absque animo redintegrandi matrimonium facta non attendatur *e*), (2) ea vero, quae animo redintegrandi matrimonium facta est, sub conditione tamen si relegatio euitari potest, habeatur pura et (3) reuocari nequeat *f*; (4) quod remissio, quaecumque sit, poenam socio criminis irrogandam mitiget alibi *g*), alibi plane non alteret *b*), atque (5) in vindicando *adulterii duplicati* crimine alibi attendatur *i*), alibi superhabeatur *k*).

*b*) Elem. nr. Iur. Germ. lib. I. §. 356.

*c*) LEYSER d. c. nr. 31.

*d*) BEYER ad eund. art. pos. 22. LEYSER d. de mort. abs. prob. §. 6.

*e*) WERNHER p. III, abs. 40. et enunc. 89.

*f*) MÜLLER de semel ple cito.

*g*) PINGITZER quaest. Sax. 57. nr. 25.

*b*) Const. El. Sax 19. §. 5. p. IV.

*i*) RICHTER p. V. conf. 13. nr. 6.

*k*) cit. const. el. §. 7.

§. CCIII.

Causis poenam ordinariam mitigantibus <sup>puam spu-  
rise</sup> (§. CC.) quidam addunt, sed perperam, (6) clericalem (7) aliamque dignitatem, (8) senium *l*), et (9) paupertatem delinquentis *m*).

MEMBRUM III.

DE

ADULTERII VINDICTA PRIVATA.

§. CCIV.

**M**aritus potest uxorem adulteram cum <sup>Maritus in  
adulterio de-  
prehenfos  
occidere et</sup> moechno occidere (*†*), si eos in adulterio flagranti deprehenderit <sup>\*n</sup>); Quod si vero (1) adulterum, salva uxore adultera, aut (2) utrumque quidem, in flagrante tamen non deprehensum, occiderit: corporalem, saepe relegationis perpetuae, aut aliam poenam sustinere cogitur *o*), pro ut (a) *indicia commissi adulterii* ei fuerunt eidentia aut obscuriora *p*), et, quod inde sequitur, (b) *zelus* maior aut minor. *Vxor*

*l*) GARPZOV q. 62.

*o*) ZEITHOFFER *de iure occidendi prebensum in adulterio.*

*m*) GARPZOV q. 71. nr. 70. SVRDVS *de aliment.* tit. VII. qu. 16. nr. 41. seq.

*p*) LEYSER *sp.* 578. m. f. seq.

*n*) C. C. art. 150.

*vxor* maritum adulteram ac pellicem occidere nequit *q*).

(†) Marito occidere licet, non quidem vxorem, bene vero adulterum. Pater vero adulteram, in sua potestate constitutam, simul cum ipso adultero domi suae in ipso adulterii actu occidere potest. L. 20. 21. 22. 23. 24. D. ad L. *Iul. de adult.* NOV. 117. cap. 15. *Constit. CAROL.* art. 150.

\* Ex eo, quod coniux innocens iniuriam sibi illam vindicare potuerit antiquitus (§. CXCV. ), ad intelligendum est facile, cur L. *Longob.* I, 32. 2. L. *Frision.* V, 1. L. *Wisigorb.* III, 474. L. *Baiuuar.* VII, 1; 2. vxoris in flagrante crimine adulterii deprehensae caedem a marito factam impunem habeant. Eodem collimat L. *Burgund.* tit. LXVIII, 2. etiam iubens maritum, qui alterutrum tantum occidit, occisi pretium solvere.

### §. CCV.

quilibet con-  
iux innocens  
diuortium

Coniux innocens, sit maritus an vxor, ad diuortium agere potest, dummodo (1) adulterium, quod imputari potest, non remiserit, nec (2) ei causam praebuerit, aut (3) in eodem haereat luto etc. *r*).

### §. CCVI.

suaque lucra  
petere potest.

Porro ex adulteri adulteraeue bonis ea omnia consequitur, quae consecutus fuisset, si nocens tempore, quo commisit adul-

*q*) 18. c. sp. m. 9. seq.

*r*) b. BOEHMER de *Adulterio*, sect. II. c. I. §. 42.

dulterium, mortuus esset \*. Sic (1) maritus Saxo lucratur vxoris adulterae (a) *dotem* et ea *paraphernalia*, quae in rebus inobilibus consistunt s); (b) *geradam*, quam in casum vxoris mortuae lex, pactum vel statutum promisit ei t). Quod *utenfilia*, quae durante matrimonio comparauit, ac vxori, quae post facta est adulterii rea, vtenda et custodienda sine donationis mentione dedit, simpliciter vindicare possit, res ipsa loquitur; (2) vxor innocens, dotem cum fructibus ex eo die, quo matrimonii onera ferre desit maritus adulter, ab eo repetere, nec non in locis, quibus ius Ro. quod ad successionem coniugum seruatur vsu, donationem propter nuptias, alibi vero portionem statutariam sibi sumere potest; (3) coniux innocens res sibi a coniuge adultero adulterae ante diuortium donatas retinet ac lucratur u); (4) adulter neque actionem rerum amotarum, neque ius agendi

---

s) LEYSER sp. 579.  
m. s. CARZOV p. IV.  
conf. 21. def. 1.

s) IDEM c. sp. m. 7.  
BARTH von der Gerad  
c. s. §. 85.

u) LEYSER c. sp. m. 8.

di ex contractibus, adulterio amiffisse videtur (†).

\* Vnde *coniux innocens* dotem vel donationem propter nuptias, si quae post adulterium commissum constituta, non lucratur. Hic simul notes, quod *mariti innocens*, qui viuis de adulterio questus non est, *beredes* vxorem adulteram dote, aut, quam loco dotis petit, portione statutarie priuare nequeant.

(†) Quatenus LL. prouinciales auctoris sententiae assunt, eatenus secundum illam iudicatur. Alias iuri Rom. insistimus, quod tradit Nou. 117. cap. 7. 8. 13.

## TIT. XVI.

### DE BIGAMIA.

#### §. CCVII.

*Bigamia*, seu **B***igamia* (§. CLXI.) est matrimonium, quod quis, coniugem legitimum iam habens, more ecclesiastico contractum carnali consummauit coitu.

#### §. CCVIII.

Vnde haec deduco axiomata:

- I. Non nisi *coniugem legitimum habens* fieri potest bigamus.
- II. Statim atque consensui, quem coniugatus de nouo matrimonio inuendo declarauit, accedunt *ceremoniae*, quas praescribunt LL., contrahitur, et

III. si

III. si praeter has accedat *carnalis copula*, consummatur bigamia.

§. CCIX.

Ex primo axioma ( §. pr. r. ) consequitur ( 1 ) vt, qui *dolo, vi, metu* ad prius matrimonium contrahendum adactus *x* ), aut ( 2 ) a legitimo coniuge quod ad *vinculum separatus* est, nouum contrahendo et consummando bigamiam committere nequeat; ( 3 ) vt, qui, post *sponsalia* cum hac publice celebrata coituque firmata, cum illa nuptias solemnes facit, non sit bigamus *y* ).

§. CCX.

Secundum ( §. CCVIII, 2. ) docet, ( 1 ) neque *sponsalia*, quae coniugatus cum extranea contraxit, ( 2 ) neque *coitum*, haec secutum etc. bigamiam constituere, sed, vt praeterea ceremoniae ecclesiasticae adhibitae fuerint, requiri. Hinc, si vel nullae *z* ) vel vitiosae adhibitae fuerint ceremoniae *a* ), cessat bigamia vera.

I 2

§. CCXI.

x) HARPPRECHT Resp. 16. nr. 67. seq.

z) HORN cl. XV. Resp. 5m.

y) LEYSER Sp. 1587. m. 15.

a) HOMBORG Resp. 166.

## §. CCXI.

carnali copu-  
la contraxit  
matrimo-  
nium,

Ex tertio (CCVIII, 3.) collige, bigamiam non consummasse (1) eos, qui post benedictionem, quam petierunt sacerdotalem, carnaliter non sunt congressi b), (2) eum, qui posteriorem coniugem cognoscere nisus est, sed frustraneo ausu c).

## §. CCXII.

delictum  
est, et

Bigamiam I. Germ. antiquo d) et hodierno e) delictum, et quidem adulterio grauius (§. LV, 7.), esse, certum est. De eo autem: num bigamia iure diuino, eoque positiuo, delictum nominandum? disceptarunt WILLENBERG, WEICKHMANN, WERNSDORFF, aliique.

## §. CCXIII.

quandoque  
crimen

Quum delictum non, nisi dolo malo perpetratum, transeat in crimen: sequitur, vt, si non in totum, in tantum tamen, de crimine bigamiae excusandus sit (1) qui *periculo vitae* adactus, aut (2) *copia prioris coniugis* destitutus, aut (3) priorem coniugem adhuc viuere *ignorans* f), aut (4) prius matrimonium vel nullum vel solum esse g),

b) STEPHANI ad C. C. art. 121.

c) GILHAUSEM *arb. crim. c. 2. tit. 19. nr. 2.*

d) L. Longob. II, 13, 1:

f. *Wisigob. III, 2, 6. Capitul. VII, 41. 255.*

e) C. C. C. art. 121.

f) CARPZOV qu. 66. nr. 65. seq.

esse g), aut illius dissolutionem contra fas negari, iudicans, nouum coniugem sibi adlociauit. Cur vero (5) eum, qui ob priora sponsalia ad secunda prouolauit vota, seque coniugem praestitit (†), bigamiae crimine vacare cum BERGERO b) statutam, equidem non video.

(†) Quae hic auctor habet, rectius sic leguntur: *cum vero eum, qui a prioribus sponsalibus ad secunda prouolauit vota, seque coniugem praestitit, deinde vero cum priore sponsa rursus matrimonium consummauit, bigamiae etc. adde c. 30. et 31. X. de sponsalibus.*

## §. CCXIV.

Seueriori poena, atque coercetur adul-<sup>vindicandum poena</sup>terium, crimen bigamiae vindicari iubet<sup>gladii, quam</sup> Carolina nemesis i); Quarundam prouinciarum leges gladio k); aliarum vero suffocatione l) illud vindicant. I. Palat. m) vel gladii vel suffocationis poena irroganda est, prout maritus aut vxor crimen commisit bigamiae. \*

I 3

\* Quod

g) BERGER *Elect. Invispr. Crimin. suppt.* p. II. obs. 144.

h) BERGER c. I. obs. 193

i) c. art. 121.

k) *Ord. Polit. Inliac.* p. m. 471 *Peinl. L. O. O. in Oesterreich ob der Enns*

p. II. a. 77. §. 7. *Bad. Land. N. VII; 38 Jus Lubec. IV, 6. 1. Magd. P. O. c. 69. §. f.*

l) *Tyrol. L. O. lib. VIII. a. 39. Bayer. O. apud SAVRIUM p. 71.*

m) *Malef. Ordn. tit. 31. §. 1.*



\* Quod poenam capitalem in crimen bigamiae statuentes euangelici papizent, contendit STRYK *de reliq. sacram. in matrimon. c. III. §. 46.*

## §. CCXV.

ex quibusdam  
causis  
mitigant,

Quae tamen poena CESSAT, ubi prius coniugium vel nullum est vel solutum (§. CCIX.); MITIGATUR vero, quoties (1) *dolus* in tantum deficit (§. CCXIII.), aut (2) bigamia non nisi *attentata* est (§. CCX.), utri in alterutro vel corporum deficiat coniunctio vel legitima sacerdotalis benedictio (§. CCX. seq.) \*; (3) alia probari potest *causa, poenam in crimen adulterii statutam mitigans n)*. De eo tamen, num coniux prior idemque innocens intercessione sua poenam minuere possit? disceptatur o), Cum GRIBNERO p). Vitembergenses adfirmatiuam tenent q) hodie r).

\* Singulare est, quod p. IV. *const. el. Sax. 20. §. 2.* coniugem, qui sponsalia publice celebravit; prout ea coitu firmavit, nec ne, vel gladio, vel praeter infamiam, carceris, relegationis aliaue poena arbitraria coerceri iubeat.

## §. CCXVI.

n) GRASS. *collat. I. Ciu. cam. const. Car. sect. XIX. §. 2. p. m. 896.*

o) CARPZOV *pr. crim. q. 66. nr. 39. seq.*

p) d. *de intercess. coniug. in crimine bigamiae c. 2.*

q) WERNHER p. I. *obs. 133. 189. p. III. obs. 91.*

r) HORN *cl. XV. Resp. 41.*

## §. CCXVI.

Contra, si quis bigamiam (1) *iteratam* <sup>ex aliis ex-</sup> aut (2) *duplicatam* <sup>asperant.</sup> contraxerit, aut (3) lenioris conditionis homo feminam auito genere natam seduxerit 3): eum grauiore poena coercere nullus dubitarem.

## §. CCXVII.

Persona, quacum postorius contractum <sup>Socius,</sup> est consummatumque matrimonium, bigamo societate sceleris iuncta videtur, atque, si in dolo fuit, capitalem alibi 1), alibi corporalem 2) poenam sustinere debet.

## §. CCXVIII.

Si vel maxime prius matrimonium, pro- <sup>Judicium</sup> pter defectum ceremoniarum ecclesiastica- <sup>ciuile.</sup> rum, nullum, atque adeo posteriori crimen polygamiae subesse nequeat (§. CCIX. CCXVI.): posterior tamen coniux, qui quaeue priorem coniunctionem ignorauit, *ad diuortium* (†) agere, nec non *datorum restitutionem* et *damnorum resarcitionem* petere potest x).

I 4

(†) po-

1) Oesterr. Peinl. 2. in proc. crim. Luneb. c. 24.  
C. O. p. II. a 77. §. 8. §. 29.

2) Chur. Pfalz. W. O.  
tit. 31. §. 3.

x) LEYSER c. sp. m.

3) PVEENDORF introd.

23.

(†) potius ex capite nullitatis agi debet.

§. CCXIX.

Crimen  
binorum  
spontalio-  
rum.

Bigamiae crimini accedere videtur *crimen binorum sponsaliorum*, seu contractus posteriorum sponsaliorum tempore, quo priora adhuc consistebant, dolo malo initus. Illius poena variat pro locorum varietate. Quaecunque vero sit, cessat (1) si priora sponsalia nulliter inita, aut (2) iudicis auctoritate rescissa. Sic quoque mitiori poena adficitur, (3) qui, postquam priuatim quidem, ex iusta tamen causa, de prioribus transegit sponsalibus, ad posteriora volauit y).

TIT. XVII.

D E

STVPRO VIOLENTO.

§. CCXX.

Stuprum  
violentum,  
seu

**S** *stuprum* (§. CLXVII.) dissentienti (†) *illatum*, *violentum* dicitur (§. CLXI.).

(†) *dissentiens* is dicitur, de cuius contraria voluntate constat. C. Cr. Cat. art. 119. wider ihren Willen.

§. CCXXI.

y) IDEM c. sp. m. 26.

## §. CCXXI.

Vnde has deduco regulas :

- I. Stuprum violentum non nisi feminae honestae, eique
- II. dissentienti inferri potest.
- III. Consummatur immisione feminis. (+)

(+) Potius sic formari debet regula: consummatur immisione membri virilis in vas feminae. Immisio enim feminis ad consummationem stupri violenti haud est necessaria; quia hoc delictum non tam ex *L. Iul. de adulteriis*, quam ex *L. Iul. de vi publ. aestumatur L. 3. §. 4. D. ad L. Iul. de vi publ. L. 29. §. fin. ad L. Iul. de adulteriis* BOEHMER *obl. §. ad Carpzou. pr. crimin. quaest. 75.*

## §. CCXXII.

Ex prima regula (§. pr. 1.) facile patet <sup>cum femina honesta</sup> (1) *viduam, virginem*, ac eam, quae vitae luxuriosae nuncium misit. 2), vi comprimi posse (§. CLXX, 2); (2) vim *meretrici* illatam huc non pertinere *a)*, sed fornicationem (§. CLXIII.) violentam constituere.

## §. CCXXIII.

Illud stuprum, quod dissentienti illatum, <sup>dissentiente et</sup> vio-

2) *gl. ad I. P. S. III,* vbi verba: *einer unvers  
46. leuenden, ibique L. 100.*

a) *C. C. C. art. 119. VICI.*

violentum est (§. CCXXI, 2.). Vnde sequitur, vt stupri violenti reus non sit, (a) qui stuprum intulit feminae, cuius consensum variis blanditiis et assentationibus, aut vi leuiori, quaesuit et obtinuit; (b) qui vi adhibita ingressus est domum, qua feminam, cuius in expectatione fuit, cognouit consentientem; (c) qui consuetudinem habuit cum ea, quae in principio acriter reluctata, tandem in coitum consensit b). Qui tamen consensus ex intermissa stupratoris violenti internectione, aut subsecuta impraegnatione, vix colligi potest c).

## §. CCXXIV.

reluctante

Contra stuprator violentus erit (d) qui vel vi, cui sine vitae membrorumque amittendorum discrimine resisti vix potuit d), vel minis iustum metum inferentibus e), vel religione f) fecit, vt femina serio et constanter pudicitiam defendens membra ad coitum apta accommodaret; (e) qui feminam, quae cupidinis arcus saepe

b) LEYSER sp. § 84. m. 12.

c) Diss. GRANZ de-  
fens. inquisit. c. §. m. 2.  
sect. 3. a. 3. nr. 120.

d) KRESS ad C. C. C.  
art. 119. §. 8.

e) CARPZOV pr. crim.  
quaest. 75. nr. II.

f) LEYSERVS c. sp.  
m. 9.

saepe rupit, summe ebriam aut sopore alto oppressam fecit, ut eam violaret, violavitque.

## §. CCXXV.

Porro (f) eum, qui cum virgine furiosa g), eaue, quam *sbriam* vel *dormientem* apprehendit, concubuit, habeo violentum stupratorem, sed improprie talem b). Non enim magis de dissensu quam consensu memoratarum feminarum constare potest.

## §. CCXXVI.

Ex eo denique, quod immissione femi-<sup>peractus</sup>nis consummetur stuprum violentum (§. <sup>coitus</sup>CCXXI, 3.), patet illico (1) stuprum violentum *attemptatum* tantum esse ab eo, qui fuga vel resistentia vel arctis et adstrictis pudendis i) feminae, aut interuentu aliorum, impeditus est, quo minus rem rei, aut semen suum vaginae vteri, adhibita vi, immitteret (§. CLXII, 1.); (2) in im-  
matu-

g) SCHMID d. de *stupro* in mente captam commisso.

b) LEYSER c. sp. m. 22. 24.

i) MYLIUS ad BEYERUM p. 198. th. 16. I. P. Bad. VII, 42. CARRZOV. c. qu. nr. 56. seq. BERLICH. p. IV. concl. 32. nr. 43.

*maturam* hoc stuprum omnino committi posse k).

## §. CCXXVII.

vbi in crimen abiit,

Stuprum violentum quoduis tempore in delictis habuerunt Germani, testibus cuiusque aetatis legibus. Illud autem tunc demum crimen poena ordinaria luendum habuerunt et adhuc habent, vbi dolo malo perpetratum est. Unde criminis stupri violenti rei non sunt, qui *furiosi, summa ebrietate sepulti* etc. vim intulerunt honestae feminae.

## §. CCXXVIII.

poena gladii

Crimen stupri violenti \* *ius Carolinum gladii poena persequitur l)*. Quam eandem determinant *Badense m)*, *Dithmarsicum n)*, *Lubecense o)*, *Mulbusinum p)* aliaque iura. Ius quidem *Tyrolense* poenam suffocationis in aqua, tamen haec in poenam gladii mutatur hodie q).

\* Illud poena pecuniariae faciebant *L. Alemanni- cae tit. LVIII. Salica tit. XIV. §. 13.* aliaque leges

k) Diff. HEINECCIUS *Elem. I. G. H. §. 245.*  
consent. BOEHMER *Elem. Jurispr. Crim. sect. II. §. 123.*

l) *art. 119.*

m) *p. VII. tit. 42.*

n) *art. 127.*

o) *p. IV. tit. 7. art. 11.*

p) *lib. V. art. 22. §. 3.*

q) FRÖLICH v. Strö-  
lichsburg *p. II. p. 243.*

ges aetatis primae. Temporibus vero, quibus *Speculatores* illi vixerunt, violentus stuprator vi-  
vius defodiebatur, *ANDES*, vbi crimen commis-  
sum, diruebantur, nec vlli vsui applicabantur  
rudera; et *ANIMALIA*, quibus praesentibus, fa-  
cinus peractum, occidebantur. *Spec. Suev.* c. 349.  
ed. *MEICHSNER.* etc. 214. ed. *SCHANNAT.*  
et ap. *BERGERVM* p. 296. *Sp. Saxon.* HI, I.  
*Weisbild.* artic. 38. *SCHOTTEL* c. XIV.  
§. 18.

## §. CCXXIX.

Quae vero poena mitigatur (1) si quid <sup>max mis-</sup> stupro defuit (§. CCXXVI. seq. LXXXIX) <sup>ganda</sup> \*); (2) si vi compressa impudice vixerit, aut (3) quae honesta fuit, stupratori nu-  
bere velit s.); (4) si stuprator adhuc mi-  
norennis t). Nentiquam vero hoc stu-  
pratori violento prodest, quod (5) miles  
sit u), aut (6) pro eo *coniux* innocens  
*intercesserit* x).

\* Ob atrocissimas tamen circumstantias et ei, qui dolo malo attentavit tantum Stuprum violentum, vltimum supplicium dictari potest. *LEYER* c. d. nr. 17.

## §. CCXXX.

r) *BERGER Elect. Iu-  
rispr. Cr.* p. II. obs. 159.

s) *ID.* c. I. obs. 160.  
*WERNHER* p. X. obs.  
459. *FINCKELTH.* obs.  
114. *STRVV.* obs. crim.  
c. XII. obs. 20.

t) *BERLICH* p. III.

*concl.* 41. n. 53. *RICH-  
TER* p. II. dec. 88.

u) *BEHAIMB.* miles.  
*delinq.* obs. 37. p. 110.

x) *MYLIES* ad *BER-  
GERVM* p. 198. §. 18. *THE-  
ODORICI colleg. Crimin.*  
p. 276.



## §. CCXXX.

anox exaspe-  
randa vindi-  
catur.

Contra causae, ob quas seuerior poena violento stupratori irrogari debet, sunt (1) *sanctitas loci*, quo crimen commissum y), (2) *reuerentia* debita personae, cui vis illata z), (3) *adulterii concursus* a), (4) *praetextus pietatis et misericordiae*, sub quo inuita cognita b) (§. LV. CLXXIV.), (5) *damni* stupratae illati grauitas etc.

## §. CCXXXI.

Socil.

Societate inter se coniunguntur stuprator violentus, et (1) qui illi sciens adduxit vi comprimendam feminam; (2) qui virgini os manu sua occlusum tenuit, ne clamorem aut querelam ederet de stupro, quod patiebatur.

## §. CCXXXII.

Stuprata.

Femina vim passa (1) ab omni poena et macula immunis est c), atque (2) eodem iudicio, quod aliis stupratis competit (§. CLXXVI. seq.), vti potest. Num vero (3) *sertum* gerere liceat ei? disputabitur, quamdiu decori variabit ratio.

TIT.

y) I. P. Bad. p. VII. concl. 41.

nit. 45. §. 2. 2.

b) LEYSER C. d. nr. 19.

z) Ibid. §. 1.

c) BEYER ad C. C. art.

a) BERLICH p. IV. 119. pag. 8.

TIT. XVIII.  
DE RAPTV.

§. CCXXXIII.

**R**aptus est violenta honestae personae alterius sexus deductio de loco in locum, <sup>Raptus, seu</sup> animo libidinem explendi facta.

§. CCXXXIV.

Vnde hoc deriuo axioma:

Raptum constituunt (1) *deductio honestae personae alterius sexus*, (2) *vis adhibita*, et (3) *deducentis animus libidinem explendi*.

§. CCXXXV.

Quum raptus sit deductio personae honestae alterius sexus (§. pr. 1.): consequitur (1) vt tam femina masculum *d*) (†), quam masculus feminam rapere possit; (2) vt nulla diuitiarum, natiuitatis, gradus vel dignitatis, sed solius *honestatis*, personae deductae ratio sit habenda, sicque (3) meretrix proprie rapi nequeat *e*); (4) vt, abductione impedita, raptus non nisi *attemptatus* dicatur (§. XXXIV, 4.) *f*).

honestae personae alterius sexus de loco in locum deductio

(†) De

---

*d*) BRÖVNER *de iure* v. Unverläumde. *comub.* II, 23, 2. *f*) DAMHOVDER *pr. crim.* c. 95. nr. 15.  
*e*) C. C. art. 118. vbi

(†) De casu, quo femina masculum rapit, nec *Constitutio Carolina* nec *Ius Romanum* aliquid disponit, idcirco dubitari potest, an hic poenae capitali locus sit. Vide tamen KRESS ad art. 118. §. fin.

## §. CCXXXVI.

arbitrata vi et

Sine vi non datur raptus (§. CCXXXIV, 2.). Hinc raptus (1) *deest*, dum femina sui iuris sola, aut femina alieni iuris adstante eo, in cuius potestate est, in abductionem consentit; (2) *commissus non praesumitur*, quando femina de loco in locum deducta, (a) quae sui iuris est, deducendi se stuprandam iamdem sciens volensque exhibuit, et (b) quae alieni iuris est, consentit in deductionem, quam cognitam non impediuerunt parentes; (3) *commissus est*, quoties (a) femina dissentiens consentientibus, vel consentiens dissentientibus g), parentibus, iisue, qui parentum loco sunt b) (†), de loco in locum libidinis explendae gratia deducta est, aut (b) raptor raptae consensum extorsit vi, infidiis, dolosis blanditiis aliisque artibus i).

(†) Mi-

---

g) BOSS *tr. crim. h.* a 78.  
 nr. 18. BLUMBLACHER i) *Stacy de primar. et*  
 ad C. C. artic. 118. nr. *publ. delictis d. IX. §. 57.*  
 a. b. BOEHMER. *J. E. P.*  
 b) *Ord. Crim. Austr.* V, 17, 143.

(†) Minime vero criminis raptus reus fit, qui feminam sui iuris consentientem sine consensu tutoris seu curatoris vel proximorum agnatorum rapit. Nam 1) C Cr. artic. 118. patrem et maritum solum, non tutorem seu curatorem vel agnatum ad vindicationem criminis raptus admittit. 2) tutoris et curatoris potestas non eo se extendit, ut amoris et affectionis directio ab ea pendeat.

### §. CCXXXVII.

Quia raptum constituit deducens animo libidinis explendi (§. CCXXXIV. <sup>animo libidinis explendi facta,</sup> 3.): colligo, (1) raptorem vix posse dici, qui *lucri pecuniarii, religionis, tutelae, militiae*ve causa honestam personam de loco in locum deduxit *k*); (2) raptum consummatum esse, statim atque raptor cum praeda abiit, multo magis itaque (3) dum puellam vitiaturus ad ultimum sceleris gradum peruenire vix potuit \*, vel quod impeditus fuerit, vel quod facile poenitentia aliaue ratione ductus sponte abstinerit *l*).

\* Iure Iustiniano coitum requiri, *L. vn. C. de raptu*, vbi verba: *quum virginitas vel castitas corrupta restitui non possit*, colligunt Dd. Quam interpretati-

*k*) KRESS ad C. C. C. *crimin.* XLVIII, 4, 6. p. m. 451. STRUV. *disp. crim.* IX. th. 22.

*l*) MATTHAEVS de *Engau lus Crimin.* K.

tationem prudentum sequuntur *Bad. L. R. VII, 41, 2. seq. Chur. Pf. Mal. R. tit. 34. Oester. princ. Landg. O. art. 78. §. 5.*

### §. CCXXXVIII.

quandoque  
crimen est

Raptus non nisi dolo factus, in criminibus est. Hinc raptus, criminis reus non erit, (1) qui vel *rationis* vsu vel *voluntatis* libertate destitutus inuitam, aut (2) sciens volensque illam, quam sui iuris esse et in raptum consentire putabat (§. XXXVI.), quamue pedem ex vita meretricia retulisse plane ignorabat, rapuit.

### §. CCXXXIX.

poena gladii  
luendum,  
quae

Crimen raptus gladius (†) vindicat *m*), siue masculus rapuerit siue femina *n*)\*.

(†) *Const. Carol. artic. 118.* poenam raptus non determinat, sed ad ius Iustinianicum remittit. Hoc in *L. vn. C. de raptu. NOV. 143.* et *L. 5. D. ad L. Iul. de vi publ.* statuit gladii poenam, simul cum amissione bonorum, quae raptae, et, hac mortua, eius parentibus, et his deficientibus fisco applicantur.

\* Olim poena a raptoribus sumenda pecuniaria erat ex dispositione *L. Alamann. tit. LVII. Frisonum IX, 8. Saxonum VI, 2. 3. X. Baiuuar. VII, 6, 7. Burgund. XII. Ripuar. XXXIV. Anglion. X, 1. 5.* Puerum tamen regis et litum, ingenuae praefertim

*m*) *C. C. C. art. 118. 445. seq. KRESS ad c. art.*  
*n*) *MATTHAEVS c. l. p. §. f. COLER p. II. dec. 76.*

tim filiae domini raptorem, vita priuari iusserunt *L. Salica* tit. XIV, 6. *Etiam R. Theod.* §. 17 et *Capitul. de part. Sax.* c. 11. *L. Wisig.* III, 3; 1. volunt raptorem (a) ei, cui violentus fuit, tradi, (b) CC. insuper flagellis vapulare, (c) in perpetuam seruitutem addici vel ipsi virgini raptae, vel illius parentibus. Media aetate diruebantur *aedes*, ubi et occidebantur *animalia*, quibus praesentibus, raptus commissus erat. *I. P. S.* III, 1.

## §. CCXL.

Quae tamen poena exasperatur, et ca-<sup>mox exasperanda</sup> dauet in terrorem aliorum rotae imponitur, siquidem (1) cum doloso raptu concurrat *homicidium*, aut violata *sanctitas*, vel personae vel loco data; (2) *plures vna* raptae sunt (§. LV. seq.) etc. o).

## §. CCXLI.

Contra ordinaria poena (§. CXXXIX.)<sup>mox miti-</sup> remittitur, et extraordinariae locus datur,<sup>ganda.</sup> quoties (1) raptus tantum *attemptatus* est (§. CCXXXV, 4. LXXXIX.) p); (2) vel meretrix adhibita vi (§. CCXXXV, 3). q), vel honesta sine vi (§. CCXXXVI, 2.), deducta fuit r); (3) raptor vel in aetate

K. 2

mi-

o) *Consil. Argentor.* Vol. II. conf. 64.

p. 884.

r) CLASEN ad art. 118.

p) *Diff. RICHTER* p. IV. conf. 15. nr. 7.

p. m. 363. HEIL *iud. et defens.* c. VI. y. 26.

q) THEODORICI c. 1.

minore constitutus (§. CCXLVIII, i.), vel ex alia atque libidinis explendae causa (§. CCXXXVII.), raptum commisit; (4) rapta nuptias raptoris petit\*, easque petere potest; neutiquam vero (5) ob aetatem raptae nondum nubilem s), aut (6) intercessionem a raptoris coniuge factam, aut (7) occasionem cum rapta concumbendi lubenter perditam t) etc. nisi lex prouincialis velit aliud (§. CCXXXVII. \*).

\* Olim nuptias inter raptorem et raptam prohibebant *L. Wisigorb.* III, 2, 1. *Capitul.* IV, 22. etiam tunc, ubi parentes raptae feminae in coniugium consenserant *Capit.* VI, 95. VII, 311.: permittebant contra Saxones et Alemanni *L. Sax.* VI, 3.IX. ibique GAERTNER. *L. Alamann.* LII. Hodie illas, quatenus ab incestu alienae sunt, vbique permittimus, ast in solius raptae fauorem. Hinc raptor, cuius matrimonium respuit rapta, ultimum supplicium vix effugere potest. (†) Iure Rom. nuptiae inter raptorem et raptam sunt prohibitae *L. vn. C. de rapto.* Illas vero permittit ius canonic. c. 6. X. *de raptor.* Ius Carolin. probat Ius Romanum, ast in praxi sequimur ius canonicum, CARPZOV qu. 15. n. 68.

### §. CCXLII.

Qui necessario *consilio* vel *auxilio* ad ipsum raptum concurrerunt, aut raptori arma-

Raptorum  
foci.

s) Diff. COLER *decis.*  
*germ.* 176. nr. 46. 75.

t) Diff. BEYER ad art.  
118. pos. 7.

armati adstiterunt, dolo malo, plectuntur capite, masculi sint an feminae. Reliqui raptoris focii pro ratione admissi coercentur *u*), Sic qui raptorem patrem suum *receptavit*, nunquam ordinaria, plerumque extraordinaria, et quandoque nulla, poena adficitur.

## §. CCXLIII.

*Femina*, quae cum raptore de raptu *con-* Rapta.  
*sensit*, carceris vel alia extraordinaria; quae vero *dissensit*, nulla poena coercetur *x*).

## §. CCXLIV.

I. P. BADENSI capitalis poena remittitur Iura provin-  
*raptorum sociis*, qui cum rapta simul non cialia.  
*con-* con-  
*sensuerunt y*). I. LVBECENSI *raptor*, cuius nuptias petit rapta XVI. a. maior, extra ordinem punitur, et *rapta*, quae cum raptore de raptu *consensit*, priuatur hereditatibus, quae ab intestato deferuntur *z*). I. MVLHVSINO *raptores* non nisi relegationis perpetuae poena manet *a*).

K 3

§. CCXLV.

*u*) KRESS ad c. art. §. 8. Frölich v. Fröhlichsburg p. II. p. 249. nr. 2.

*x*) *Const. Wurt.* 1586. §. 25. I. P. *Badense* VII. 41. pr. LAVTERBACH I

*comm. et Wurt. diff.* p. 209.

*y*) *Bad. L. R.* VII, 41. 2. sq.

*z*) I. *Lub.* IV, 7, 2. ibique MEVIUS nr. 4.

*a*) *Statuta der Stadt Mühlhausen* V, 22, 2.



## §. CCXLV.

Vindicta pri-  
uata.

Raptorem illiusque socium in flagranti crimine deprehensum *occidere*, licet raptae patri maritoque. Praeterea raptoris, liberos non habentis, *bona* sibi addici, rapta de I Ro. *b)* petere potest, non autem hodierno.

## TIT. XIX.

## DE SODOMIA.

## §. CCXLVI.

Sodomiam

**S**odomia est coitus contra naturam illiusque ordinem admissus.

## §. CCXLVII.

quancum-  
que.

Et, prout homo cum bruto rem nefandam habet, aut masculus cum masculo, feminae cum femina concumbit; aut masculus cum femina praeposteram venerem exercet, remque non fert in vas ordinarium *c)*, vel *contra naturam generis*, vel *contra naturam sexus*, vel *contra naturae ordinem* committitur.

## §. CCXLVIII.

etiam sine fe-  
minis immis-  
sione com-  
missam,

Regula: quod feminis demum immis-  
sione

*b)* Nou. 143. 150.*c)* THEODORICI c. I.  
c. VI aph. §. nr. 26.

sione consummentur carnis crimina (§. CXXII, 1.), hic deliquium suum patitur. Itaque errabunt, qui, praeter e-et im-missionem, commixtionem seminis requirunt, quam quibusdam in casibus plane fingere non licet.

## §. CCXLIX.

Sodomiam ab initio ignorasse *d*), post, <sup>manet poena</sup> ubi eam cognouerunt, in delictis habuisse <sup>ignis</sup> se *e*) maiores nostros, et dolo malo peractam *viuicomburio* vindicari iussisse Carolum *f*), tam certum est quam quod certissimum. (†)

(†) De sodomia, quae contra naturae ordinem committitur, seu ubi mas cum femina praeposteram venere[m] exercet, nil disponit Carolina. Inde Icti de eius poena non conueniunt. Quidam ignem statuunt. DAMHOVDER *pr. cr. c. 98. nr. 31.* Quidam gladio illam vindicandam credunt CARPZOV *quaest. 76. nr. 24.* Alii fustigationem seu aliam extraordinariam poenam sufficere putant. KRESS *ad C. C. art. 116. §. 2. 4.* Praxis fere vbique Carpzouii auctoritatem sequitur.

## §. CCL.

Quae poena viuicomburii mitigatur, (†) <sup>ex quibusdam causis</sup> <sup>ob</sup> mitiganda,

K 4

*d*) QVINCTIL *declam.*  
VI, 16. IUSTINVS *hiflor.*  
II, 2.

*e*) L. *Wisig.* III, 5, 9.  
C. *pirul* VI, 209. VII, 356.  
*f*) C. C. C. art. 116.

ob minorem aetatem sodomitae g); (2) ob defectum consummati criminis, vt si delinquens rem in re non habuerit, aut nullum semen emiserit b); neuiquam vero (3) ob intercessionem coniugis innocentis i).

## §. CCLI.

Quid cum bestia agendum?

Bestia, quacum sodomia commissa est, ad destruendam facti memoriam e medio tollitur. Quodsi vero (1) sodomia tantum attentata fuerit k), aut (2) a tempore scelesti concubitus aliquot anni iam praeterlapsi, sicque nefandae veneris memoria non adeo recens l); immo (3) quoties sodomita vltimo non adficitur supplicio m), etc. bestia non comburitur, sed de loco in locum ducitur.

## §. CCLII.

Vfus forensis.

Quod ad vsum forensem attinet, hodie, (1) qui *contra naturam generis congressi* sunt,

g) v. L. *relaciones et casus criminales* nr. 7. BERGER *El. Iurispr. Cr.* p. II. obs. 157.

b) KRESS ad c. art. 4. nr. 3.

i) GRIßNERI d. de *intercess. coni.* c. 1. §. 32.

k) MYLIUS ad BEYER. art. 116. pos. 8.

l) HOFFMANN *observat. quae ad vsum fori spectant* disp. 3. obs. 22.

m) HOMBORG *Resp.* 194.

sunt, viui comburuntur, sexu vero abusi, gladio percutiuntur *n*); (2) quos sodomiae statim serioque poenituit, laqueo suffocati comburuntur *o*); (3) alicubi, vt sodomia consummata dici possit, *femini immisso* requiritur *p*), quae negligitur alibi *q*); (4) alibi nonnisi habiles testes, alibi et inhabiles *r*), contra sodomitam admittuntur; (5) alibi nulli, alibi vicenniali *praescriptioni* datur locus.

## §. CCLIII.

Denique notes, quod (1) *mastupratic-* Quae ad sodomiam ac-  
*nem fricationemque* relegationis, quando- cedere di-  
que manus amputationis, (2) *coitum cbris-* cantur?  
*fiani cum Iudaea* fustigationis *s*) (†), et (3)  
*coitum cum muliere mortua*, gladii *t*) poe-  
na maneat. Ignis poena semper exulat.  
Nullum enim ex his delictis reuera sodomi-  
ticum est.

(†) Coitus Christiani cum Iudaea, et vice versa, vt adulterium punitur, vi L. 6. C. de Iudaeis.

## §. CCLIV.

*Coniux innocens*, si vel maxime attentata Iudicium  
K 5 tan. ciuile.

*n*) KRESS C. I. §. I.  
nor. I.

*o*) v. L. *relax. et cas. cr.*  
nr. 85.

*p*) CARPZOV *pr. crim.*  
qu. 76. nr. 58.

*q*) *Rescr. Boruff.* 1726.

*r*) *Bad. L. R.* VII, 40.

*s*) BRYER ad art. 119.  
pos. 10. II.

*t*) FELTMANN *de ca-*  
*dau. insp.* c. 33.

tantum fuerit sodomia, ad diuortium, et *dominus bestiae*, si haec occidenda vel comburenda, ad interesse *u*), contra sodomiam agere potest.

## TIT. XX.

## DE INCEST V.

## §. CCLV.

Incestus,  
seu

**I**ncestus (§. CLXI.) est carnalis eorum coitus, quos (†) matrimonio iungi lex vetat.

(†) Adde verba: *ob consanguinitatis seu affinitatis proximitatem.*

## §. CCLVI.

eorum, quos  
matrimonio  
iungi lex  
vetat,

Lex autem vetat matrimonio iungi, qui sibi inuicem sunt (1) *adscendentes et descendentes, collaterales, adfines primi generis*, siue legitimae nuptiae siue illegitimus coitus eos fecerit *x*); (2) *spirituali modo coniuncti*. Quare hi omnes, et si quos alios a matrimonio arcet lex prouincialis, se inuicem incestare possunt.

## §. CCLVII.

*u*) BECHMANN *de coitu damnato* p. II. c. 1. nr. 50.

*x*) CARPZOV *pr. cr. qu.* 71. nr. 34. seq.

## §. CCLVII.

Fiunt autem incestus rei, dum carnali-<sup>coitus car-</sup>  
 ter coeunt, coeant sub matrimonii an alia<sup>nalis,</sup>  
 specie, perinde est *γ*). Vnde facile patet  
 (1) incestum immisso demum femine con-  
 summari (§. CLXII, 1.), nec (2) sola pu-  
 dendorum contrectatione committi, vt qui-  
 dam statuunt *z*).

## §. CCLVIII.

Quandoquidem incestus tunc *crimen* est, vbi in cri-  
 vbi dolo malo (§. XXXI.), et *qu. crimen*,<sup>men vel qu.</sup>  
 vbi culpa (§. LI.) commissus: consequi-<sup>tale abit,</sup>  
 tur, (1) vt *criminis incestus rei* non sint  
 (a) qui furoris (§. XXXV.) aut summae  
 ebrietatis (§. XXXVI.) tempore, vel (b)  
 post dispensationem a principe impetratam  
 cum cognata concubuerunt, (c) qui tem-  
 pore coitus ignorarunt cognationem (§.  
 XXXVIII.) a); (2) vt nonnisi *quasi*  
*criminis incestus* accusari queant (a) fi-  
 lia, quae, dum credidit se patri in omni-  
 bus rebus adsentiri debere, cum eo, coi-  
 tum sollicitante, concubuit (§. XXXIX. \*);  
 (b) frater et soror, qui, a tenera aetate  
 ob parentum inopiam in vno lecto de-  
 cum-

*γ*) KRESS ad art. 117.  
 §. 5. not. 1.

a) DAMHOVDER *pr.*  
*crim.* c. 94. nr. 8. KRESS.

*z*) LEYSER *sp.* § 86. co-  
 roll. 2.

c. l. §. 3. not. 1.

cumbentes, tandem carnaliter coiuerunt  
(§. eod. §.) b).

§. CCLIX.

vindicatur  
varia poena,

Quia certam poenam non determinat  
Carolus c) \*, inualuit moribus †) et qua-  
rundam prouinciarum legibus \*\* statu-  
tum est, (1) vt incestus cum *consanguinea*  
in linea *recta* admissus, gladio d), in *col-  
lateralis* vero mox fustigatione mox perpe-  
tua relegatione e) puniatur, pro vario  
cognitionis gradu f); (2) vt incestus  
cum *adfini* in linea *recta*, fustigatione,  
in *collateralis* vero relegatione, eaque,  
pro ratione *περιστοιων*, mox temporaria  
mox perpetua g), vindicetur.

\* Nec eandem semper poenam in incestus crimen  
statuisse maiores nostros, vel patet ex *L. Wisig.*  
III, §, 1. *Burgund.* XXXVI, 1. *Ripuar.* tit. LXIX.  
aliisque.

†) Poenam incestus Ius Carol. artic. 117. non  
definit, sed ad ius Rom. remittit. Hoc vero iti-  
dem dubium est. Pandectarum leges inter in-  
cestum iuris gentium, et civilem distinguunt. Il-  
le inter consanguineos et affines linea recta con-  
iun-

b) MYLIUS ad BEYER-  
RVM h. a. pos. §.

c) art. 117.

d) *Const. El. Sax.* 22. p.  
IV. N. O. L. G. O. art. 74.  
§. 6. v. *L. relat. et cas. cr.*  
n. XI.

e) N. O. L. G. O.  
art. 75. §. 7.

f) BERGER *Elem. Iur.*  
*Cr.* p. 142.

g) KAUFFMANNI *Do-  
minus et subd.* p. V. tit. 3.  
nr. 44. seq. BAYER ad  
art. 117. §. 2.

iunctos committitur. L. fin. D. de ritu nupt. Hic vero inter collaterales, quibus nuptiae prohibentur, locum habet. Illius poena in honestioribus est deportatio, et si liberi legitimi defunt, confiscatio bonorum, in vilioribus vero deportatio, praeterea fustigatione NOV. 112. cap. 1. et AVTH. incestus C. de incest. et inut. nupt. Poena incestus iuris civilis non est determinata. Insuper, cum confiscatio bonorum hodie cesset ob C. C. artic. 218; Icti circa poenam incestus dubii, ob auctoritatem Carpzovii ubique fere secundum iura Saxonica elector. quae P. IV. constit. 22, 23, 24. continentur, pronuntiarunt, sicque ius Saxon. moribus in Germania est receptum dicitur. De qua receptione si in provincia quadam certo constat, illi recte inhaeremus. Alias in foro communi incestus in linea recta fustigatione cum perpetua relegatione, in linea collateralis arbitrariamente punitur. Fustigatio honestioribus remittitur.

\*\* Contra in gladii locum viuicomburium surrogat Chur.pf. Malef. §, tit. 32. atque cum gladio combustionem, et cum fustigatione confiscationem bonorum iungit Bad. L. X. VII, 39.

### §. CCLX.

Mitigatur poena (1) ob *aetatem*, nec quae diversis ex causis mitigari solet. non (2) *stuporem*, *furorem* etc. (§. CCLVIII. 1.) delinquentis; (3) quoties *culpa* tantum commissus (§. eod. 2.), aut (4) *non consummatus* (§. CCLVII.) fuit b) incestus; neutiquam vero (5) ob *meretriciam* vi-

b) KRESS c. l. §. 3. qu. 72. nr. 47.  
not. I. CARPZOV pr. crim.



*vitam* consanguineae *l*). Illud etiam hic notes velim, quod (a) poenam fustigationis *k*), licet non gladii *l*), mitigent nobilitas delinquentis (§. LXXXVIII. f.) *m*), et remissio coniugis innocentis; (b) quod coitum, cuius patrati tempore concumbentium plane ignorabatur consanguinitas, prout matrimonialis ille est aut alius, vel nulla vel illa tantum poena maneat, quam lex statuit in coitum, qui detracto incestu superest.

## §. CCLXI.

Per incestum stuprata ad *alimenta* infanti praebenda iure agit. *Nuptias* vero nunquam, et *dotem* tunc demum, si illam cognationem, qua matrimonium dirimitur, ignorans stuprum passa fuerit, petere potest.

TIT.

*i*) CARPZOV c. I. n. 44. seq. BERLICH p. IV. *concl.* 32. nr. 40.

*k*) STRVV. c. VIII. *obs. crim.* 6. p. 76.

*l*) DOEFLER *Schaupl.*

Der Leibes- und Lebens-  
Str. p. II. c. 5. n. 271.

*m*) Strölich v. Strölich-  
burg p. II. lib. 3. tit. 8.  
nr. 14.

TIT. XXI.

DE LENOCINIO.

§. CCLXII.

**A**ctus, quo femina vagae alterius libi-<sup>Lenocinium</sup> dini sacrat<sup>seu</sup>, *prostitutio* dicitur, atque haec, si quaestus causa facta, audit *lenocinium*, quod, prout femina prostituta prostituentis potestati subest, aut non, in *simplex* et *qualificatum* diuiditur.

§. CCLXIII.

Vnde haec fluunt axiomata:

I. Sine prostitutione feminae non datur lenocinium.

II. Lenocinium animat intentio lucri.

§. CCLXIV.

Ad primum (§. pr. I.) notes (1) femi-<sup>prostitutio</sup>nam tam sui quam alieni iuris, virginem, <sup>feminae</sup> viduam et coniugatam prostitui posse; (2) feminam a te prostitutam dici, (a) quam ad coeundum cum alio vel precibus emisti, vel vi adegisti, vel alio modo induxisti *n*), minime vero (b) eam, quae a tertio passa est stuprum adulteriumue, quod te incio perpetratum tegis condonas-

---

*n*) FARINACIUS *pr. crim.* qu. 144, nr. 42, seq.

nasue (§. XXVII.) o), (3) eum *attentati* tantum *lenocinii* reum esse, cuius sollicitationem coitus subsecutus est minime.

### §. CCLXV.

quaestus ergo facta,

Quia lenocinium animat intentio lucri (§. CCLXIII, 2.), lucrum autem quoduis commodum significat: leno vocari debet, qui alicui prostituit feminam; ut (a) pretium acciperet, aut (b) obligatione liberaretur, aut (c) voluptatem honoremue p) consequeretur, si vel maxime horum nihil consecutus fuerit q).

### §. CCLXVI.

mox in crimen, mox in qu. crimen abit,

Lenocinium non constituit *crimen*, nisi dolo malo (§. XXXI.), nec *qu. crimen*, nisi culpa (§. LI.) commissum. Hinc (1) *criminis* lenocinii plane expertes sunt (a) qui, quod necessitati iis parendum erat (§. XXXIX, 3.), feminam prostituerunt; (b) magistratus, qui libidini radicitus extirpandae impar tolerat lupanaria, et inde aliquid redditibus publicis accedi iubet r);

o) CARPZOV. *pr crim.* qu. 71. nr. 32. KRESS *ad C. C.* art. 122. §. 3. 4.

p) KRESS. *ad art.* 122. §. 2. not. 3. LEYSER *sp.* 188. m. 9.

q) Strölich v. Strölichesburg *comment.* über die P. S. G. D. III, 1, 3. p. m. 257. Diff. CARPZOV C. q. n. 52.

r); (2) *qu. criminis* lenocinii accusari possunt, (a) qui nimia credulitate, aut (b) supina negligentia, aut (c) furiosa amicitia ducti, vel (d) alia causa dolum minuente, moti stupro ansam dederunt, aut adulterio, vt si v. c. vxor, marito suo, ob metum, mortis a medicis in casum puerperii annunciatae, non cohabitans, aliam feminam, quacum congregiatur (t), obtulerit.

## §. CCLXVII.

Ius commune (†), ad quod carolinum prouocat u), in crimen qualificati lenocinii, gladii poenam statuit\*. Poenam, qua simplicis lenocinii rei adficiendi, arbitrio iudicis relinquit Carolus x). \*\* Debet autem iudex, eam determinaturus, attendere (a) *bonestatem* personarum prostitutarum, (b) *damnum*, quod hae perpeffae sunt, (c) *lenonis malitiam*, atque (d) *sanctitatem loci*, quo commissum est lenocinium.

diuersa poena, tam l. communi,

(†) Iure communi is, qui filias vel vxores inuitas prostituit, gladii poenam patitur L. 1. §. 2.

D. de

r) LEYSER C. sp. in, 20.

ERI delin. I. Crim. p. 210, nr. 5.

u) GRESS. C. l. not. 1.

u) art. 123.

r) MYLIVS ad BBX,

x) art. 123.

Engau lus Crimin.

L

*D. de extraordin. cognitionibus.* Qui vero consentientes prostituit luci causa, adulterii poenam, subire tenetur. L. 8. 29. *D. ad L. Iul. de adulter.* NOV. 134. cap. X. Quia vero adulterii poena hodie non ubique est capitalis, lenocinii quoque qualificati poena in iis solum locis capitalis est, ubi talis poena in adulterio obtinet.

\* Communem Dd. opinionem impugnat *LEYSEN* c. sp. m. 4. seq. putans, I. Ro. poenam gladii non nisi eos mansisse, qui mulieres inuitas prostituerant.

\*\* Maiores nostros ignorasse lenocinium, hocque postea demum a Romanis didicisse, vel ex eo constat, quod solae *LL. Wisigot. et Longob.* quantum equidem scio, illius mentionem faciant, lenocinium qualificatum aliquot ictibus flagellorum vel multa prosequentes. Idem illud capitularia et duo illa specula praetereunt; subsequenter vero temporibus viui defossione vindicarunt *L. Brunsvic.* p. II. nr. 56. ap. *LEIBNIT.* To. III. *Script. Brunsv.* p. 434.

### §. CCLXVIII.

quam provinci-  
ali lu-  
endum,

Quocum conveniunt *I. Sax.* tam *Elect. y)* quam *Ducalia z)*, itidem *I. Palat. a)*, *I. vero Austriaco b)* lenones fustigati in perpetuum relegan-

y) *p. IV. const. 29. BERLECH. p. IV. conct. 40. nr. 8. 30.*

z) *GERHARDI d. de crimin. lenocin. c. 3. §. 10.*

a) *Chur: Pfälz. VII. O. tit. 42.*

b) *II. O. 2. §. 6. VIII. §. 6.*

legantur, et I. Tyrol. r) pariter atque Badenfi d) nulla poena determinata est etc.

§. CCLXIX.

A qua poena non quidem liberant (r) <sup>Causae miti-</sup> tyrocinium e), (2) nobilitas f), (3) pau- <sup>gantes.</sup> pertus vel inopia lenonis g); attamen (4) vel plane deficiens, vel attentata tantum (§. CCLXIV, 1.) prostitutio b), (5) coitus non secutus (§. eod.) i), (6) lucrum non intentatum (§. CCLXV.) k), (7) deficiens dolus (§. CCLXVI.) l), (8) coitus permissus quidem, non autem permissus, interueniente lucro (§. CCLXIV, b.) l).

§. CCLXX.

Qui prostitutionem feminae honestae <sup>Socius.</sup> prohibere potuit debuitque, nec tamen prohibuit, lenocinium vel in totum vel in tantum participat, prout scilicet quaestum quaesuit aut aliud.

L 2

§. CCLXXI.

c) PROBLICH c. l. p. 255.  
d) §. R. p. VII. tit. 35.  
e) Diss. FARINACIUS qu. 144. nr. 35.  
f) HARPPRECHT Resp. Crim. 35. nr. 17.  
g) CARPZOV c. q. nr. 70.  
h) GRANZ defens. inquis.

c. XI. nr. 2. sect. 2. a. XI. nr. 577.  
i) ENGELBRECHT de malef. caep. c. 7. §. 54.  
k) DOEPLER Schaupl. der Leibes- und Lebens- Straf. p. II. c. 5. nr. 259.  
l) KRASS c. l. §. 3. not. 1.

## §. CCLXXI.

Iudicium ci-  
uile.

Contra lenones tam corruptus quam alii,  
quibus nocumento est corruptio, agere pos-  
sunt ad solvendum id, quod interest *m*).

## TIT. XXII.

## DE INIURIIS.

## §. CCLXXII.

Iniuria, quae

Quidquid in alterius contumeliam ten-  
dit, iniuria est.

## §. CCLXXIII.

varie,

Iam quum in alterius contumeliam ten-  
dere queant cum facta tum verba nostra;  
De iniuriam diuidunt (1) in *realem*, et  
*verbalem*, hancque iterum (2) in *ore nun-  
cupatam*, et *scriptam n*); quam postero-  
rem (3) vel *claram* vel *figuratam* ha-  
bent o). Has diuisiones omnes, quum  
parum utilitatis ferant, magni non faci-  
mus.

## §. CCLXXIV.

speciatim in

Quandoquidem porro quis vel *directe*  
vel *oblique* (i. e. ducto argumento, aut  
per

*m*) KRESS. ad art. 123. *scornatibus* §. X.

§. 2.

o) FELZ de iniuria, quae

*n*) LINGK d. de *fit per picturam*.

per interpositam personam), adficitur contumelia, iniuriam Dd. in *immediatam* et *mediatam* diuidunt.

### §. CCLXXV.

Directe autem despicitur is, (a) cui in <sup>immediatam et</sup> esse negantur, quae praesumunt leges, aut inesse dicuntur, quae cum probitate, honestate bonisque moribus pugnant; (b) cuius bona cum aliis communicas, et (c) quem despicias aut aliorum exponis risui.

### §. CCLXXVI.

Vnde iniuriam *immediatam* committit (r) qui alterius statum, dignitatem p), fidem q), castitatem aliasque virtutes vel in totum vel in tantum negat, aut saltem in dubium vocat: ut si quis virum in dignitate constitutum, sibi plane non familiarem, per secundam personam compellaret r), nec ei acquisitos honores titulosque tribueret s); virgini medium digirum monstraret, illiusue secreta tangeret, manus chirothecaeue matricaria liniret, sertum a capite aut flores e sinu

L 3

auel-

p) LEYSER d. de iniur. ebl. nr. XII.

q) LINCK. c. d. §. XI.

r) FISCHER, de inu-

riis, quae sunt per secundam personam §. 7.

s) LEYSER spec. DXLIX. m. 3. seq. 8. seq.



auelleret *t*) etc.; (2) qui domui alterius suum affingit titulum; (3) qui ludicris verbis factisue alterum excipit *u*), aut (4) traduci solitum scoptice quaerit de traductionis causarum veritate; (5) qui manum leuat, ac si alapas inflixurus sit alteri *x*); immo (6) quisquis habitum, gestus, gressus etc. ad alterius componit inuidiam *y*).

## §. CCLXXVII.

mediatam  
diuiditur,

*Obliquam* iniuriam (CCLXXIV.) patimur ab eo, (1) qui ea, quae a nobis proueniunt, v. c. scripta etc. contumeliis vexat; (2) qui contemnit, quos in *potestate* nostra habemus, v. c. liberos nondum separatos, famulos etc. eosue, quibus *affectum* debemus, quales sunt vxor, sponsa etc. aut *defensionem*, quo refero ciues, vasallos etc. *z*) \*; (3) qui picturam nos referentem ducit despiciat.

\* Contra ciues, liberi, vxores etc. iniuriam magistratui, parentibus, marito etc. illatam, non patiuntur, nisi praegnantem, aut post mortem patris, mariti etc. illatam.

CCLXXVIII.

*t*) WILDVOGELII d. de iure fororum.

*x*) FICHTNERI d. de admenatione.

*u*) SCHOEFFER d. de verbis honoris c. f.

*y*) THOMAE d. de iuris §. 35.

*z*) LEYSER sp. DXLVI.

## §. COLXXVIII.

Enimvero quum sine dolo nullum crimen detur (§. XXXI. seq.); ideoque nec <sup>vbi dolo facta, crimen constituit.</sup> iniuria crimen vocari queat, nisi dolo malo fuerit illata: sequitur, ut crimen iniuriarum dari nequeat iis, (1) qui tenerae aetatis, furoris, summae ebrietatis, alioque tempore, quo doli non erant capaces (§. XXXIV, 3.), aut iusto dolore ducti a) fuerunt iniurii; (2) qui non ad inuidiam protulerunt scommata, sed iocandi b), tempus fallendi, alterum emendandi vel corrigendi, secundum regulas artis diuinandi, aut se defendendi c) animo; (3) qui probabili causa ducti putarunt, sibi haec licere; (4) qui iniuriosam vim verborum, quibus vsi sunt, reapse ignorarunt d), aut (5) eo fuerunt loco, quo scommata omnia risu solent excipi; (6) qui ex officio, aut (7) permittente lege consuetudineue e) dixerunt feceruntue, quae in contumeliam tendunt tertii. Hinc v. c. *aduocatus*, siquidem litium utilitas hoc poscit, conuitium tam verum quam falsum,

L 4

dum.

a) WILLENBERG de *const.* 42. d. 7.  
*pseud-iniuria* c. 3. §. 21.

b) HOPPII d. de ioco c.  
 V. §. 5. seq. 21. seq.

c) CARPZOV p. IV.

d) LINCK C. d. §.  
 XII.

e) BEGMANNI *felices*  
*iniuriae.*

dummodo hoc, ex probabili causa verum qui habet, retulerit cliens, facere *f*), et *iudex*, si rumor oboriatur, Titium a Sempronio occisum esse, contra hunc inquirere potest, sine iniuriarum crimine.

### §. CCLXXIX.

Tamen quasi, si non veri, criminis iniuriarum reos dicere debes (1) qui *locati* sunt inter lugentes vel alio iniquo tempore, aut modo, qui æquo animo perferri nequit \*, aut verbis per se iniuriosis *g*); (2) qui officii metas excefferunt, animumque iniuriandi prodiderunt, v. c. oratores sacri, qui peccatores nominarunt, nominatos exprobrarunt, hilarem animum in iis redarguendis ostenderunt etc. *b*); (3) qui ira summa, quam iniusta causa generavit, (4) ex assuetudine, quam ipsi ignorant, (5) sub conditione *a*), quam veram \*\* nominant *Dd.* *k*), (6) auctores suos laudantes *l*), (7) ad veritatem *m*).

pro-

*f*) LEYSER sp. DXLVII. m. 2. 7. seq.

*g*) HOPP. c. d. §. 22. seq.

*b*) comment. nr. de iure principum evangelicorum in oratores sacros §. 23. seq.

*i*) CARPZOV *decis.* 35.

*k*) HARPERECHT *Resp. crim.* 3. nr. 47.

*l*) STRVV d. de iniur. verb. th. 7.

*m*) RICHTERI d. de iniur. §. 17. LEYSER sp. DLJ.

provocantes, (8) honorem praefantes n),  
 aut (9) de iniuria alicui non inferenda  
 protestantes o), fuderunt verba per se in-  
 iuriosa v. c. *Hunds etc. p)*, *Schests* vel huius  
 generis aliae

\* Huc pertinent die Ständchen mit Pfennings-  
 Pfeiffen und Maultrumpeln, das Heckerlings  
 streuen, die Stroh Hochzeit, das Korb bringen,  
 LINCK. e. d. §. XIII. seq.

\*\* Vnde si conditio praesens aut praeteritum tem-  
 pus respiciat, statim, sin futurum, illius demum  
 existentis tempore, nascitur iniuria.

### §. CCLXXX.

Etiam *infantes*, *mortui q)*, *absentes*, *fu-*  
*riosa* etc. iniuriam pati possunt, non vero Iniuriam  
quis patia-  
tur?  
 qui *lubentes consenserunt r)* in dictum fa-  
 ctumue, quod iniuriosum intellexerunt,  
 quodque in alterius simul non tendit op-  
 probrium.

### §. CCLXXXI.

Iniurias (1) quas fundi mandarunt (§. Iniuriantium  
 XXIV.), aut (2) fufas propalarunt ciues, focii.  
 L §. vel

n) Id. e. d. §. II.

o) THOMASII d. de  
 protestas. facto contraria  
 TREIBERI d. de protesta-  
 tionibus iniurijs.

p) STRYK d. de. et. casu  
 zera c. 5.

q) WILLENBERG d.  
 de iniuria, quas mortuis  
 illatae §. 1. seq.

r) L. I. §. 5. ff. li.

vel non puniuerunt iudices; itidem (3) quas scriptas impresserunt typhothetae s), impressasque vendiderunt bibliopolae, omnino participant, et, vbi dolo malo mandarunt, non puniuerunt etc. criminis iniuriarum rei sunt.

## §. CCLXXXII.

Quae causae iniuriam reddant atrociorum?

Iniuria redditur atrox, quoties (1) personis, quibus debetur reuerentia (§. LV, 3.) s), vel competit sanctitas, illata, aut (2) in loco publico, sacro vel profano (§. eod. nr. 4.), (3) multisue adstantibus fusa est u).

## §. CCLXXXIII.

Quomodo iniurias vindicari iubent leges antiquae, et

Primi germani, qui sibi ipsis ius dicebant manu x), parum aut nihil de iniuriis vindicandis sancerunt. Postea vero pecuniariae compositioni quaedam LL. dederunt locum y). Medio aeuo (†) iterum iniurias singulari vindicarunt certamine z).

Quod

s) Ord. Polit. de Am. 1577. von Buchdruckern.

t) POLAC Syst. Iur. Crim. ant. III, 7. 4. HÄLDEBRAND et HARPFRUCHT de iniuria magistrati illata.

u) HOMBORG Resp. 326.

x) TACITVS de M. G. c. 21.

y) L. Sal. tit. 33. Angl. tit. 17. Ripuar. tit. 39. 41. L. Wisig. VI, 4, 7. L. Longob. I, 17, 1.

z) HEINECC. Elem. I. G. Tom. II. lib. II. §. 114. POLAC c. I. §. 10.

Quod quo minus institueretur, ubi trans-actio impediuerat, aut institutum pax facta finierat: laedens vel virum honestum nominabat laesum, vel ab eo rogabat veniam, vel palinodiam canebat \*.

(†) diuersa principia Rom. et Germanorum circa iniurias, quae huic materiae lucem accendunt, lege apud *DRYER* Sammlung vermischter Abhandlungen p. 1. nr. 1. Repertor. iur. priu. v. *Iniurien*.

(\*) Quod laesus iniuriam sibi illatam pecunia vnquam aestimauerit, me legere vix memini.

#### §. CCLXXXIV.

Vnde non miror, quod hodie (1) reo hodiernae criminis iniuriarum raro certam poenam minentur leges moresque prouinciales, iubentes plerumque, iudicem, si iniuriati dignitatem, iniuriae atrocitatem, iniurian-  
tis malitiam, aliasque circumstantias, sub quibus iniuria prolata, probe attenderit, arbitrari, ad fustigationis, relegationis, carceris, an ad pecuniariam poenam re-  
posci debeat criminis iniuriarum reus; (2) quod alicubi actio iniuriarum *aestimato-  
ria* nunquam instituta, aut nouioribus legibus in exilium acta fuerit a). Caete-  
rum,

a) Verbeßerte Magdeb. P. O. 2. so. f. 10.

rum, et mora iudex limites ponit aesti-  
mationi, quocunque modo peuteae b).

§. CCLXXXV.

Iniuriarum  
retorsio.

Iniurias retorquere cuique licet c)\*, id-  
que tam verbis quam literis ad iniuriantem  
scriptis. Hae modo iudici d), modo no-  
tario e) insinuantur, ut significarent eas  
parti alteri. Unde patet, moribus nostris  
retorsiones ex intervallo quoque fieri.

\* Retorquendi facultas hodie in Saxonia Electorali  
negatur omnibus. Erneueretes und geschärftes  
Mandat wider die Selbst-Rache §. 23. alibi vero  
liberis tantum ratione iniuriam a parentibus  
sibi illatarum.

§. CCLXXXVI.

Recantatio

Actioni ad *palinodiam* (§. CCLXXXIII.)  
adhuc hodie locus datur f) contra illum,  
qui dignitate superiori vitium morale g),  
quod pudorem grauerit sagillat et proba-  
ri nequit b), exprobrauit inferior i), li-  
ces

b) BERGER *Elect. Iu-  
rispr. Crimin.* p. 84.

c) STRVV *de vind.  
priu.* c. 10.

d) LEYSER *sp.* DXLII.  
m. 9.

e) HOMBORGER 38. nr.  
8. seq.

f) R. I. 1590. §. Item

als icht. *Ord. Cam.* p. II.  
tit. 28.

g) STRYK *V. M. ff. h.*  
§. 19.

b) HEIGIVS p. II. q.  
3. nr. 43.

i) BERGER *El. Iurispr.*  
*Crim.* p. 77.

cet sit illustris, nobilis *k*), clericus \*, an quis alius *l*). Tendit eo, ut iniurias se mendacii arguat *m*). (†)

\* Huic tamen recantationem non aliter, quam si eam exigant personae iniuriatae dignitas, iniuriae atrocitas, et scandalum publice datum, imponi solere tradit *FRYSER* (p. 148. m. 14.

(†) Inde rei persecutoria est, et usque cumulatō eam actione poenali extra Saxoniā Electorale recte permissa *Q. 212. lib. 1. obs. 85. nr. 1. et 2. v. h. h. n. c. u. A. r. e. p. 48. th. 6. m. v. 178 ad. L. Lubec. lib. IV. tit. 4. art. 16. nr. 8. seqq.*

### §. CELXXXVII.

Recantatio, praesertim ea, quae solem- quandoque famosa est.  
niter et in iudicio post pacem sancitam, vor öffentlich gehegtem Gericht *n*), facta est, minuit famam. Id quod tamen praxis negat (1) si famam iudex sententionando reseruaerit \*, aut (2) iniurians ad actionem per procuratorem responderit, vel (3) ob contumaciam condemnatus, vel (4) iusto grauiorem poenam sibi imponi passus fuerit.

\* In Camera Imperii semper (*GAIL lib. I. obs. 68. nr. 6.*), in reliquis iudiciis ex prouocationis, veritas

*k*) MAVRITIVS de nobilitate th. 46.

*l*) *Const. el. 43. p. IV.*

*m*) *DOEPLER*

*Schaupl. der Leibes- und Lebens-Str. p. I. p. 824.*

*n*) *Stat. Hamb. p. IV.*

art. 58.



ritatis aliaque iusta causa solet servari fama.  
 HARPPRECHT d. de expressa honoris in sententia  
 iudicis reservatione §. 38. seq. 96. seq. 133. seq.

## §. CCLXXXVIII.

Quid facien-  
 dum iudici, si  
 iniurians re-  
 cantare re-  
 nuas?

Iniurians, qui in cantanda palinodia  
 contumax, attamen praesens est, primum  
 mulctatur, dein carcere, post relegationis  
 comminatione ad eam compellitur. Quod-  
 si vero illa hoc modo obtineri nequeat,  
 monis est, ut recantes, et ad verba: Daß  
 er alle und jede dem N. zugefügte Schand-  
 Worte etc. progressus, alapam contumaci  
 infligat, carnifex *o*) victorie. Sin reus  
 absens, citatur, et, si non compareat, sen-  
 tentia recantationem iniungens, affigitur  
 publice *p*).

## §. CCLXXXIX.

Deprecatio.

Deprecationem christiano dignam (eine  
 christliche Abbitte), quae, vbi iniurians et  
 iniuriatus sunt dignitate pares, decerni-  
 tur *q*), in Saxonia praesens debet oblata  
 dextra, in foro autem communi absens,  
 hicque tam per procuratorem quam in scri-  
 ptis *r*), potest facere. Excipe tamen libe-  
 ros, qui in parentes iniurii praesentes et  
 genibus innixi deprecari tenentur *s*).

*o*) STRYK C. I. §. 37.  
*p*) BERGER C. I. p. 83.  
*q*) IDEM C. I. p. 77.

*r*) LEYSER Spec.  
 DXLIII. m. 2.  
*s*) IDEM C. I. p. m. 3.

## §. CCXC.

Vbi iniuriæ impersonaliter factæ, vel de vi verborum prelatorum iniuriosa, aut de dolo malo eius, qui ista protulit, superest dubium, *honor* iniuriati, in iudicio præsentis, *declaratur.*

*Honoris declaratio.*

## §. CCXCI.

Iniuriatus quamcunque actionem instituens repellitur (1) præscriptionis, (2) remissionis\*, (3) compensationis t); (4) retorsionis, (5) erroris in facto commisso (§. XXXVIII.) u), (6) felicitatis, quæ in iniuriatum ex iniuria redundavit, vel redundare iure consuetudineve fingitur x), aliisque exceptionibus. Speciatis actioni ad palinodiam, defensionis y), veritatis z), exprobrati vitij physici, leuioris iniuriæ etc. (§. CCLXXXVI.), actioni vero ad deprecationem, honoris suo modo et tempore declarati etc. exceptiones opponi queunt.

Exceptions, quæ iniuriati dantur.

\* Quæ colligi nequit ex solo usu sacrae coenæ, dist. TILESII de iniuriæ remissione quæ fit ob usum sacrae coenæ, aut illis familiaritatis actibus, quos

f) LEYSER C. sp. m. 7.

y) LEYSER sp. DXLIII.

u) Id. sp. DL.

m. 6.

x) BECMANNI d. de

z) Id. sp. DLI.

*felicitibus iniuriis.*

quos iniuriatus suscepit necessario, WERNHER  
p. I. obs. 137. aut honestatis ergo, aut praecua  
protestatione, aut Hof. Recht, STAYK V. M. ff.  
h. §. 35. aut iniuriatum iudicio iam finito.

TIT. XXIII.  
DE BLASPHEMIA:

§. CCXCII.

Blasphemia  
1212111111

**B**lasphe<sup>STITIO</sup>mia est iniuria (§. CCLXXII.),  
quam Deus patitur.

§. CCXCIII.

varie diuidi-  
tur.

Inde ergo facile de causa constat, cur  
(1) blasphemiam in verbalem et realem (§. CCLXXIII.), in mediatam et immediatam (§. CCLXXIV.) diuidant Dd.; (2) cur immediatæ dicatur esse reus, (a) qui Deo diuina inesse negat, aut (b) humana inesse adserit a), (c) qui creaturis adscribit diuina, (d) qui Deum verbis maledictis aut obscœnis rodit (§. CCLXXV. seq.) b); (3) cur, qui Deum petit per verbum et sacramenta, per latus Christi, per imagines etc. mediatam committat blasphemiam c) (§. CCLXXVII.).

§.

a) R. I. 1512. 1530.  
1548. rubr. von Gottes  
lästern.  
b) progr. nr. de blasphemie

mia. Illiusque crimine §. V.  
seq.

c) cit. progr. §. XII. seq.

## §. CCXCIV.

Quia blasphemia sine dolo crimen non constituit (§. XXXII, 1.); sequitur (1) ut, quotquot doli sunt capaces, sint clerici, rustici an alii, vbi blasphemarunt, criminis blasphemiae accusari queant; (2) ut, qui vel rationis vsu, vel sufficiente Dei cognitione, vel voluntate libera destituti, vtpote (a) in medio aestu irae summae, quam iusta causa commouit, constituti, (b) summe ebrii, (c) furiosa amoris mollitiae ducti, aut (d) in obiecto errantes, vbi blasphemia protulerunt verba, criminis blasphemiae rei vix dici queant d) (§. XXXV. seq.); (3) ut conditio verbis blasphemis addita a dolo et crimine vix liberet (§. CCLXXIX, 5.)

Eam qui dolo malo commisit, aut

## §. CCXCV.

Praeter mandantes et consultores habentur blasphemantium socii (1) qui verba blasphemata, quae audiuerunt, deferre e), aut (2) delata punire noluerunt.

§.

a) cit. pr. §. XXII. seq. 1548. tit. 1. §. 4. Ord. pol. 1577. tit. 1. §. 2.  
 e) R. I. Aug. de A. HORN CL. XV. R. 22.

## §. CCXCVI.

aliter de L.  
communē,

Nullam poenam in blasphemiae crimen statuerunt maiores nostri. Capitularia R. Francorum *f*) censuræ tantum mentionem faciunt. Constitutionem, quæ primum in criminis blasphemiae reos criminalem poenam statuit, Soloduri promulgatam habet LVNIG *g*). Nihil certi definit CAROLVS *h*), lectorem ad Rec. Imp. *i*) legans, qui, si paucos exceperis *k*), crimen blasphemiae *immediatae*, sit a quo velit commissum, ultimo supplicio, crimen vero blasph. *mediatae*, abscissione linguae, relegatione, carcere aut alia poena, quæ iusta iudici videbitur, puniunt.

## §. CCXCVII.

Leges *Badenses l*), *Brunsvicensis m*), *Cellenses n*), *Magdeburgenses o*), *Mulhusinae p*), *Palati-*

aliter de L.  
provinciali,

*f*) VI, 101.

*g*) *spicil. eccles. contin.*  
2. p. 14.

*h*) C. C. art. 106.

*i*) de A. 1495. 1500.  
tit. 31. 1512. tit. 3. 1530.  
tit. 1. 1548. 1577. V.  
KRESS ad c. art. GRASS  
*collat. I. Ro. cum Ord.*  
*Crim.* sect. XV. p. 730.  
seq.

*k*) KRESS c. l. §. 6.  
not. 2.

*l*) *Bad. L. O.* p. VII.  
tit. 7.

*m*) *Ord. Prou. de A.*  
1647. §. 3.

*n*) *Ord. Prou. c. 1. 2.*

*o*) *Magdeb. P. Ord.*  
c. 64. §. 1.

*p*) *Statuta und Will-*  
*fähr der Stadt Mühlh.*  
lib. V. art. 1.

latinae q), *Wurtembergicae r*), ad LL. imperii se simpliciter referunt; contra iubet ius *Austriacum s*), blasphemos dolosos membro, quo blasphemia commissa est, priuari, posteaque comburi; *Ius Luneb. t*) primam blasphemiam carcere cum carena, secundam numellis, tertiam relegatione coercet; huic congruit *Ius Dithmarsicum*, nisi quod fustigationem substituat in relegationis locum; *ius Tyrolense u*) blasphemiam multa, carcere et carena persequitur, nisi tertia sit, quam corporali poena, honorum et bonorum priuatione vindicat. *Ius Hamburgense x*), qua poena quaeque blasphemia vindicari debeat, arbitrio relinquit iudicis. Ordinatio *Lignicensis y*) leuem multam a blasphemis exigit. *Ius Saxonicum z*), quod caeteroquin ius carolinum sequitur, eos, qui in abstracto et addito Dei nomine execraverunt, ad numellas condemnat.

M 2

§. CCXCVIII.

p) Pfälz. Mal. O. tit. VIII.

lib. I. tit. 2. n. 10. p. m. 12.

r) Würtemb. L. O. tit. 89. §. 5. V. LAV-TERBACH differ. I. comm. et Würtemb. p. 199.

s) P. O. lib. VIII. tit. 1.

u) L. O. lib. VII. art. 2.

x) IV, 1, 1.

y) Drendings O. art. 2. V. Kayf. u. Königl. priu. des L. Schlesiens, p. 1133.

z) N. O. L. O. art. 59. FROELICH comm. über P. S. G. O. p. II.

z) BERGER Elem. iur. Crim. p. 476.

## §. CCXCVIII.

aliter secundum  
vsum forensem  
punitur.

Quae quum ita sint, non potest non hinc inde forensis variare praxis. Haec nos docet, hodie fere vbiuis (1) *abscissionem linguae* extra vsum esse a), (2) non nisi grauissimae blasphemiae reos *capite plecti*, (3) Romanenses blasphemiam *Mariae* illatam vltimo supplicio, euangelicos contra arbitraria tantum poena persequi.

## §. CCXCIX.

Causae mitigantes quae  
sint genuinae? et

Quamcunque poenam minentur leges moresque, ea mitigatur (1) in blasphemio, in quo deficere videtur animus Deo illudendi b), vt si quis (a) acerbissimo eoque iusto dolore efferatus c) aut (b) summe ebrius d) blasphemauerit (§. CCXCIV.), vel (c) ea protulerit verba, quae in omnium ore solent esse e), vel (d) si quae alia dixerit, eum blasphemiae in contumaciter poenituerit f); (2) in eo, qui subticuit blasphemiam ab alio prolatam g); (3) quo-

a) CARPZOV *pr. crim.*  
qu. 48. nr. 21.

b) b. BOEHMER *I. E.*  
*P. V.* 17, 49.

c) *R. I.* 1495. §. *Nems*  
*lich.* LEYSER *spec.* DLXV.  
in. 29.

d) LYNCKER *dec.* 718.

e) DECIANVS *pr. crim.*  
lib. VI. c. 5. nr. 4.

f) *R. I.* de A. 1529.  
§. 6. STRYK *V. M. ff.*  
XLVIII, 4. §. 19.

g) *R. I.* 1548. tit. I  
§. 4. BLUMBLACHER C.  
I. nr. 4.

(3) quoties blasphemia levis est *b*), aut tantum execratio *i*).

CCC.

Contra non esse puto, cur poenam ordinaria<sup>quae spuriae?</sup> remittamus (1) nobilibus *k*), (2) clericis *l*), (3) rusticis *m*), iisue (4) qui sub conditione (§. CCXCIV, 3.) aut (5) tempore, quo vehementes adfectus iam deferbuerant *n*), vel (6) ex sua ipsius mala consuetudine *o*), quam probe norunt, blasphemarunt. Sic quoque (7) deficiens reiteratio *p*), (8) iocus etc. poenam mitigare nequeunt.

## TIT. XXIV.

DE

### LIBELLIS FAMOSIS.

§. CCCI.

Scriptum, (†) quo famosum crimen ali-<sup>Libellus famosus est</sup> cui (††) obiicitur \*, audit *famosus libellus*, pasquill.

M 3

(†) ad-

- 
- |  |                                       |
|--|---------------------------------------|
| <i>b</i> ) R. I. 1512. tit. 3. §. 1.             | suppl. p. I. p. 117. seq.             |
| <i>i</i> ) R. I. 1577. tit. 5.                   | <i>n</i> ) Id. c. sp. m. 29.          |
| <i>k</i> ) CARPZOV <i>pr. crim.</i>              | <i>o</i> ) KRESS ad h. a.             |
| qu. 35. nr. 48. seq.                             | §. VI. n. 5. COLER <i>decif.</i> 172. |
| <i>l</i> ) GRANZ <i>def. inq.</i> p. 850. nr. 5. | <i>p</i> ) BEYER ad h. a.             |
| <i>m</i> ) LEYSER c. sp. m.                      | pos. 14. CARPZOV <i>p.</i>            |
| 7. BERGER <i>El. Iur. Crim.</i>                  | IV. <i>const.</i> I.                  |



(†) adde: *publice divulgatum*. Nam sine divulgatione attentatum, non consummatum, est crimen famosi lib. ob verba C. Caröl. artic. 110. die er ausbreitet.

(††) adde: *falso*, ob verba Carolinae: unschuldig er weiß: nec obstant verba finalia art 110. Ob sich auch gleichwol die aufgelegte Schmach der Zugemäßen That in der Wahrheit erkünde etc. quia hoc casu non libelli famosi, sed arbitraria iniuriarum, poena statuitur.

\* Olim addi debebat: TECTO AUCTORIS NOMINE C.C. art. 110. FROMMANN *de subscriptione* c. 6. §. 8. Hodie vero perinde est, vtrum auctor nomen suum subscripserit, nec ne R. I. de A 1577. tit. 35. von Buchs druckern §. und setzen wir etc. Koffenbauch *d. de fam. libell.* th. 20. seq. Diss. KRESS ad c. 2. §. 1. \* 4. (†) et BARDEL *de subscri.* c. 6. §. 8. LEYSER sp. 552. m. 2: quorum argumenta sub examen vocavit BOEHMER obs. 3. ad CARPZOV quaest. 98.

### §. CCCII.

scriptum  
iniuriosum,  
quo

Itaque libellus famosus (1) in iniuriis scriptis est, atque (2) non solum carmine, epistola, sed et pictura *q*), sculptili et fusorio opere etc. *r*), itidem (3) directe et oblique confici potest; (4) nihil interest, vtrum is, in quem confectus, (a) prae-

*q*) R. I. 1577. tit. 35. §. und setzen MÜLLERI *d. de pictura* c. 4. *r*) Ord. Polit. de An. 1548. tit. 34. §. 2.

praesens sit an absens (§. CCLXXX.), (b) nomine vocatus, † digito monstratus, an certa qualitate circumscriptus s),

## §. CCCIII.

Ex eodem porro sequitur (§) vt ille <sup>crimen famosum alicui obicitur.</sup> *libellus*, quo alicui vitae genus criminofum †), aut naeus ex crimine commisso oriundus obiicitur, neuiquam vero ille, quo alicuius animi, corporis aut natalium defectus notatur, *famosus* dici queat.

## §. CCCIV.

In societate auctoris famosi libelli hi sunt: (1) qui libellum conscribi mandarunt, consuluerunt, aut (2) confectum affixerunt, vendiderunt, cuilibet legendum tradiderunt (§. CCLXXXI.) etc.

## CCCV.

Quia criminis reus ille demum est, qui <sup>Criminis F.L.</sup> dolo malo deliquit (§. XXXIV.): sequitur, vt, qui animo se defendendi crimen famosum in scriptis obiecit alteri, criminis famosi libelli accusari nequeat.

## §. CCCVI.

Qui libellum famosum scripsit aut scribi <sup>quae poena fit? et</sup> fe-

M 4

s) HEIG *qu.* 31. nr. 32.

†) Roffenbauch c. d. th. 14. seq.

fecit dolo malo \*, eum eadem poena manere deberet, qua scelus libello obiectum vindicant leges u); praxis tamen poenam sustigatione grauiorem dictat rarissime x). Idem iuris est circa dolosos socios. Speciatim, qui libellum famosum excuserunt, omnibus illius exemplis atque iure alios libros excudendi priuantur, poenamque pecuniariam soluere tenentur y).

\* Libellus famosus comburitur, STRVV *de executione in effigie*, et illius auctor, vbi detegi nequit, infamis declaratur. GRANTZ *defens. reor.* p. I. c. 4. m. 1. sect. 3. nr. 80. seq.

### §. CCCVII.

quae illam  
mitigent  
vel

Quae poena mitigatur, quoties (1.) libellus famosus impetu tantum scriptus aut culpa diuulgatus, vel (2.) dolo quidem malo confectus, cum aliis tamen non communicatus, est; (3.) illud crimen in eo alicui obiectum est, quod vel famam fugillat minime, vel facile probari potest (§. CCLXXIX, 7.).

§.

2) C. C. C. art. 110.

x) KRESS ad c. 2. §.

3. \* 3.

y) R. L. de A. 1530.

§. Und nachdem et de A. 1541. §. Ferner haben wir befunden.

## §. CCCVIII.

Contra iudex, quae poena irroganda <sup>exasperent</sup> fit? arbitraturus attendere debet (1) <sup>causae?</sup> dignitatem illius, contra quem, et (2) sanctitatem loci, quo adfixus est libellus famosus, nec non (3) qualitatem damni, si quod libello famoso datum est.

## §. CCCIX.

Libellus famosus per se iudici non facit fidem de commisso, quod alicui obiicitur, crimine, multo minus iustam causam dare potest inquisitioni.

## TIT. XXV.

D E

INIVRIIS CORPVS AFFICIEN-  
TIBVS PRAESERTIM DE  
ALAPA ET VVLNE-  
RIBVS.

## §. CCCX.

Qui alii infixit alapas, reus est iniuria-<sup>Alapae in-</sup>rum, et, si dolo malo illud fecerit, <sup>flictae</sup> criminis iniuriarum. Contra (1) qui nimio amore ducti amasiae, aut (2) alii iocandi, se suaeque bona 2) defendendi, vel

M §

cor-

---

2) STRYK d. de alapa c. III. nr. 5.

corrighendi et emendandi animo, aut (3) buccas percutiendas sponte praeuioe pacto praebentibus, aut (4) iis, a quibus uocati sunt mendaces, et caetera a) etc. infixerunt alapas: criminis iniuriarum vix erunt rei.

## §. CCCXI.

poena et

Qui alicui infixit alapam, regulariter multam soluere, et alicubi alapam aliam a carnifice pati b), tenetur. Quoties uero delinquentis malitia patet singularis c), aut iniuriati dignitas summa, aut locus delicti sanctus est priuilegiatusque, aut alapae plures diuerso tempore inflictae d): toties carcer, relegatio, immo fustigatio dicitur, non uero capitalis poena, si uel maxime clericis, magistratui \*, parentibus etc. e) alapas infixerint laici, ciues, liberi etc. Sola alapa principi inflictæ capitalis est.

\* Qui uero iudici aut cuidam doctore ecclesiae, munus suum suo loco et tempore tuenti infligit alapam, qua muneris executio impeditur, ex uniuersali fere germaniae consuetudine gladio puni-  
tur.

## §. CCCXII.

a) Id. c. l. nr. 6-8.

b) Id. c. IV. nr. 63.

c) Id. c. IV. nr. 44.

d) BERGER *Elect. Iur**rispr. Crim. p. 90. MAT-  
THAEVS de crim. p. 135.*

e) BERGER c. l.

§. CCCXII.

Alapas retorquere potes, non tamen <sup>retorke.</sup> gladio, nisi famam vitamue ab iis aliter defendere nequeas f). Sic explicanda erit germanorum paroemia: Auf eine Maulschelle gehöret ein Dolch g).

§. CCCXIII.

Vulnera sunt vel *lethalia* vel *non lethalia*, quorum illa vel per se \* vel per accidens talia \*\*; haec vero variis nominibus <sup>Quae vulnerum diuisio in legibus antiquis et</sup> v. c. *atbargrati*, *bunislegi*, seu, vt rectius scribitur, *bulislegi*, *pulslahi*, *puleslac*, *pulislac*, *puleschlach*, *dolg*, *gebulskini*, *brefawunt*, *bropant*, *infanc*, *marcbzan* etc. vocata, et suo i. e. pro periculi magnitudine, et vulnerati dignitate determinato, pretio antiquissimis legibus h) aestimata probauit POLAC i).

\* Quibus cerebri, cordis, epatis, pulmonum aliasque laesiones annumerant TRICHMEYER *Institut. med. legal.* cap. 22. seq. BOHNIVS *exam. vuln. lethal.* sect. I. c. 3. seq. VALENTINI *ff. medi-*

f) STRYK, c. d. c. IV, III. 17.

g) HERT. *lib. I. paroem.* 100. PISTOR *cent. I. par.* 61.

h) L. *Sal.* tit. 19. L.

*Baiuuar.* III, 1, 1. *Alam.* 59. seq. *Longob.* I, 21, 5. *Sax.* I. XI. L. *Angl.* tit. II, seq. XVI. seq.

i) *Syß. Iur. Germ. ant.* VI. 3.

*medico-legal. p. II. sect. 1. §. 8. Troppanneger  
decif. medico-forens. dec. 1. cal. 3. dec. 5. c. 7.  
dec. 6. cal. 3. et WELSCHIVS de rationali vuln.  
lethal. iudicio.*

\*\* Vt si vulneris deligatio fuerit intemptius, aut illius curatio negligens etc. SCHROETER *de eo quod iustum est circa vulnera §. 39.* Quid medicum in qualitatem vulneris inquisituri attendere debeant? nos docet ALBERTI *comment. in C. C. C. p. 322. seq.*

### §. CCCXIV.

in I. P. S.? I. P. Saxonicum (1) vulnera non lethalia distinguit in beinschrötige, fleisch, kämpfer und offene Wunden *k*), illisque addit Lähmde und Schandmahl; (2) damna iis data aestimat wergeldo *l*).

### §. CCCXV.

Ad quid iudici et

Poena, qua is, qui alterum dolo malo vulneravit, adfici solet, *arbitraria* est, mox carcer, mox relegatio, mox multa pecuniaria *m*). Potest autem ea ad fustigationem *n*), immo ad capitis poenam extendi *o*).

### §. CCCXVI.

*k*) I, 68. CARPZOV *pr. crim. q. 99. nr. 21. seq.*

*l*) II, 16.

*m*) CARPZOV *c. 1. nr. 56. seq.*

*n*) SCHROETERI *d. de eo, quod circa vulnera iustum est §. 96.*

*o*) BERGER *c. l. p. 90.*

§. CCCXVI.

Praeterea vulnerans vulnerato tenetur <sup>vulnerato</sup> (1) ad id, quod *interest*, siue (a) ad resti- <sup>vulnerans</sup> tuendam *mercedem* medico vel chirurgo <sup>teneatur</sup> praestitam, (b) ad praestandum *dolbris* \* <sup>hodie?</sup> et (c) *operarum* vulnere impeditarum *pre-  
tium*; (2) ad *emendam*, seu aestimationem  
mutilati membri vel corporis \*\*, vtpote  
deformitatis, cicatricum etc. p).

\* Dolorem aestimat vulneratus, perpendens *par-  
tem* corporis, ex qua hauritur, nec non *tempus*,  
per quod durat, dolor. Aestimationem doloris  
factam vulnerans minuere potest praestito iureiu-  
rando minorationis MULLER d. de pecunia doloris c.  
III. th. 4. seq.

\*\* Vulnerum quidem diuisio, non vero membri  
mutilati aestimatio, eadem, atque olim, hodie in  
foro Saxonico adhuc obtinet CARPZOV pr. crim.  
qu. 99. nr. 21. seq. BERGER c. I. p. 89, FROE-  
LICH p. II. p. 395.

TIT. XXVI.

DE DVELLO.

§. CCCXVII.

**D**uellum est certamen duorum (†) armis Duellum,  
ferio \* susceptum.

(†) ad-

---

p) NITSCH de aestima- est crica pulchritudinem §.  
tione c. IV. th. 7. LVDO- 33. seq.  
VICI d. de eo quod iustum



(†) adde verba: ex condicto animo hostili. quia hisce verbis duellum distinguitur von einem rencontre.

\* Hic itaque sermo non est de dimicatione exercitii, solemnitatis vel delectationis gratia facta, aut de illo specatim pugillatu, quem suscipiunt ita dicti Zeder, Zechter und Marcus Brüder.

### §. CCCXVIII.

si non iudiciale,

Distribuitur in *iudiciale* et *extraiudiciale*. Illud, quod olim solemniter suscipiebatur\*, atque in iudiciis Dei occultis erat q), a Sec. XIII, quo variae ciuitates id priuilegii consecutae sunt, vt nemo ciuium in iudicio duellico conueniretur r), raro, et post medium Sec. XV, a nemine amplius probatum est s).

\* I. P. S. I. 49. 63. Weichb. c. 35. 79. 80. 81. Spec. Suen. c. 170. seq. Kampf = Gericht des Burggrafthums zu Nürnberg Vid. VISCHERVM de iure duell. p. 218. seq. Kampf = R. am Land = Gericht zu Francken ap. Eund. p. 250. seq. MVNSTER Cosmograph. V, 248.

### §. CCCXIX.

tamen extraiudiciale delictum est, quod

*Extraiudiciale*, quod antiquitus probantur

q) VISCHER de iure duell. pag. 47. seq. KLUGKIST de veris duellor. libris. sect. II. §. 11. seq.

r) DATT de P. P. I, 1, 34. seq.

s) GOLDAST, T. I. constit. imper. p. 315.

runt maiores nostri t), neque religio christiana neque regum Carolingicorum dispositio u), neque sanctitas certis diebus certisque locis data x), sed auctoritas demum Friderici, Maximiliani, et aliorum, qui hos insequuti sunt, imperatorum sustulit, illud delictis grauiori poena luen- dis annumerans.

## §. CCCXX.

Eum, qui (1) dolo malo duellum extra-<sup>poena vindicant leges imperii et</sup> iudiciale attentauit, aut sine caede commisit, fama et honoribus priuari, nec non, pro rerum circumstantiis, relegatione, fustigatione, immo ultimo supplicio puniri, atque (2) ab eo, qui, dum singulare certamen sciens volensque subiit, aliquem interfecit, sit prouocans an prouocatus, laedens an laesus, poenam in crimen homicidii statutam sumi, et caesum asinino more sepeliri, vt iuberent, in eo quandoque fuerunt imperator et imperium y).

## §. CCCXXI.

z) MEINDERS de iudic. centenar. p. 141.

u) Capitul. IV, 27. V. 332.

x) L. Frifson. addit. tit. 1.

y) Reichs Gutachten wegen der Duella, und

Kaysrl. resolution dara uiber de An. 1668. ap.

MAVRITIVM opusc. p. 1021. seq. anderweites Reichs. Conclusum d. 28. Dec. 1680. Sammlung der Reichs. Abschiede P. IV. p. 57.

## §. CCCXXI.

iura provin-  
cialia.

Mandata, quae de duellis non fuscipien-  
dis publicarunt imperii nostri principes ci-  
uitatesque, fere sunt innumera. Quorum  
vnius tantum vel alterius nouioris teno-  
rem recensere lubet. I. SAX. ELECT. (a)  
qui crimen duelli *attentaui* z), aut ab alio  
committi fecit a), honoribus priuatur et  
per annum carceri includitur; (b) is, qui  
duellum *commisit*, sed *sine caede*, si nobi-  
lis, ad carceres, si ignobilis, ad opus  
publicum, per XII. annos condemnandus  
est b); (c) qui *caedem commisit*, si nobi-  
lis, gladio puniendus, si ignobilis, am-  
putata dextra, laqueo suffocandus, et  
vtriusque bonorum pars dimidia fisco ad-  
dicenda c); (d) *in duello caesus* si nobilis,  
in loco peccatorum sepeliendus, si igno-  
bilis, ad furcam suspendendus est d). I.  
BRANDENBURGICO idem olim statutum  
erat, nisi quod duellum sine caede com-  
missum capitale esset, et omnia duellan-  
tium bona fisco addicerentur e). Hodie  
neme-

z) Mandat wider die  
Selbst, R. §. 18. seq.  
a) Ib. §. 35. seq.  
b) Ibid. §. 28.  
c) Ibid. §. 31.

d) Ibid. §. 30.  
e) *Edict. wider die  
Duella* art. 5, seq. ap. MÜ-  
LIVM *Corp. Const. March.*  
p. II. sect. 3. p. 23.

nemesis Brandenburgica mitior est *f*). I. Prou. BADENSI *g*) prouocans pro rerum circumstantiis, mulcta, carcere aut relegatione punitur, nec prouocatus, si prouocantem occiderit, de homicidio excusatur.

### §. CCCXXII.

Quam poenam tollit exceptio duelli auctoritate principis suscepti; mitigant vero <sup>Quae istam mitigant?</sup> (1) improvisi *b*), (2) conuiuentia principis, aut (3) ludendi magis, vel (4) estimationem recuperandi, quam pugnandi animo suscepti duelli exceptiones. Quin quoque speciatim circa poenam duelli, ex quo caedes sequuta est, exasperandam et mitigandam idem iuris sit, ac in poena homicidii exasperanda et mitiganda seruari mox dicemus, nullum est dubium.

### §. CCCXXIII.

Denique notes, quod duellantium <sup>Duellantium locii.</sup> fo-  
cios, quales habentur (1) iudices, qui, quo minus duellum committeretur, non impe-

*f*) Erstl. und erneuert.  
Mandat wider die Selbst-  
Rache art. 5. seq. ap. MY-  
LIVM c. 1. p. 46. seq.

*Engau Ius Crimin.*

*g*) §. R. p. VII. tit.  
24.

*b*) LEYSER *Sp.* 607.  
no. 7.

impediuerunt, quum tamen potuerint, (2) duellum mandantes, consulentes, (3) literas prouocantis prouocato insinuantes, et alicubi (4) committendum neque impedientes neque denuntiantes i) etc. non eadem vbique poena maneat.

**TIT. XXVII.**

DE

**HOMICIDIO ILLIVS QVE  
CRIMINE ETC.**

**MEMBRVM I.**

DE

**HOMICIDIO IN GENERE.**

**§. CCCXXIV.**

Homicidii

**H**omicidium est factum, quo hominis anima diuellitur a corpore.

**§. CCCXXV.**

Vnde haec fluunt axiomata:

- I. In hominem committitur homicidium.
- II. Qui mortem homini attulit, homicida est.

**§. CCCXXVI.**

---

i) Chur & S. Duell-Mandat §. 40.

## §. CCCXXVI.

Ex primo axioma ( §. pr. 1. ) non abs<sup>teus est,</sup> re infero, (1) in monstrum *k*) et hominem<sup>qui hominis</sup> mortuum *l*) nullum committi homicidium; (2) sexum, aetatem, conditionem, religionem aut statum hominis qui occiditur, nihil quicquam addere aut detrudere homicidio *m*). Itaque homicidium committi potest (a) tam in christianos quam iudaeos *n*), aliosque infideles, (b) in liberos et proprios homines *o*), (c) in sanos et agonizantes *p*), (d) in inimicos et amicos interuenientes, (e) masculos et feminas, (f) natos et nascituros, dummodo hi iam formati sint ac vitales *q*); et denique (g) in omnibus numeris corpore perfectos non magis quam in eos, in quibus formandis natura aliquantulum, ampliando aut imminuendo membrorum numerum, aberravit *r*).

## §. CCCLVIII.

Fallor aut ex secundo axioma ( §. <sup>caedem fecit.</sup>

N 2

CCCXXV.)

- |  |                                      |
|--|--------------------------------------|
| <i>k</i> ) BERGER <i>Elect. Iur.</i> p. 297. | <i>p</i> ) CARPZOV <i>pr. crim.</i>  |
| <i>Cr. p. I. p. 97. VISCHER</i>              | <i>q</i> ) C. G. C. art. 133.        |
| <i>c. I. p. 498.</i>                         | <i>r</i> ) WILLENBERG <i>d. de</i>   |
| <i>l</i> ) VISCHER <i>c. I. p.</i>           | <i>licita innocent. caede §. 15.</i> |
| <i>497.</i>                                  | <i>Amfels d. de homine inno-</i>     |
| <i>m</i> ) <i>Id. c. I. p. 492.</i>          | <i>sense non occidendo §. 4.</i>     |
| <i>n</i> ) <i>I. P. S. III, 7.</i>           |                                      |
| <i>o</i> ) BERGER <i>c. I. p. II.</i>        |                                      |

CCCXXV.) intelligere potes, reum homicidii esse, (1) qui tenuit gladium, in quem irrupit atque semetipse exanimavit alius (§. XXXIV, 7.) s); (2) qui, vt innocens plecteretur capite, fecit falso testimonio; (3) qui foetum in vtero iam formatum et vitalem disturbavit, et, quo minus ederetur vivus, impediuit, aut (4) editum priuavit vita, dum illum exposuit loco solitario et hyemis tempore (§. eod.), aut (5) viuum sepeliuit t); (6) nutrix, quae mammas denegavit, et hinc mortem attulit infanti; (7) qui aliquem in aquis suffocavit, aut (8) vulneré perire fecit.

§. CCCXXVIII.

v. c. inflicto  
vulnere

Vnde, qui vulnus infixit absolute lethale, i. e. quod nulla arte sanari potest (§. CCCXIII.) (†), aut illud, ex quo vulneratus pro sua persona, vulnerati membri qualitate, atque loci et temporis circumstantia non potuit sanus euadere u), homicida est.

(†) Quo magis diiudicari queat, an vulnus sit lethale, an non, inspectio instituenda est. Quae quomodo legitime fiat, docet C. Carol. artic. 149.

§.

s) BERGER C. I. p. II.      u) BODINI d. de non  
obf. 99.      requirenda lethalitate vul-  
t) IOACHIMI d. de      nerum.  
vini sepultura.

## §. CCCXXIX.

Quae quum ita sint, ab homicidio te lig<sup>cephali</sup> berare nequis, (1) probando hoc, quod ex vulnere laesus sanari potuisset, si medicus trepanationis aliorumque medicorum periculosorum gnarus adfuisset x), aut emplastrum maturius, quod tamen fieri non potuit, vulnere fuisset applicatum y); attamen (2) probando illud, quod vel medicus vulnus neglexerit, sicque alia *symptomata*, immo ipsam mortem, attulerit, vel vulneratus sibi nociua comederit, aut alio modo regimen et diaetam non seruauerit.

## §. CCCXXX.

Homicidae sunt societate iuncti, qui, <sup>Qui sint illius focii?</sup> ut caedes committeretur (1) *mandato* (§. XXIV.) 2) *fecerunt*, aut (2) *consilio* (§. XXV.) a); vel (3) eo, quod occifuro arma suppeditauerint, aut (4) armata manu adfiterint; vel etiam (5) hoc, quod literas homicidium mandantes tradiderint mandatario (§. XXVI.).

N 3

MEM-

x) KRESS ad C. C. C. art. 147. §. 1. nr. 5.

z) VISCHER c. 1. pag. 529.

y) BERGER *Elect. Iurispr. Crimin.* p. II. obs. 101.

a) Schreiber d. de homicidiis §. 19. seq.



## MEMBRUM II.

DE

CRIMINE HOMICIDII ILLI-  
VSQVE POENA.

## §. CCCXXXI.

Criminis ho- **C**rimen homicidii est caedes hominis (§. CCCXXXIV.) dolo malo perpetrata  
miciidii (§. XXXI.).

## §. CCCXXXII.

rei non sunt, **Q**uare (1) neque dolus sine caede, ne-  
qui eadem que haec sine illo constituit crimen homi-  
fecerunt sine cidii; (2) qui dolo malo infixit vulnus,  
dolo, ex quo tamen mors non sequuta, *atten-*  
*tati* tantum criminis homicidii reus est;  
(3) in reis criminis homicidii vix esse  
possunt (a) bruta et (b) infantes, vbi ho-  
minis morti causam dederunt (§. XXXV.);  
(c) ii, qui tempore, quo in furorem, (d)  
melancholiam, (e) summam ebrietatem (§.  
XXXVI.), (f) altum soporem (§.  
XXXV, 10.) (g) vel (g) iustissimam iram  
(§. XXXVII, II.) sine culpa acti, aut (h)  
vi, cui resisti vix potuit, coacti (§. XXXIX,  
3.);

b) HOMBORG *Resp.* 349. c) DAMHOVDER *pr.*  
RICHTER *dec.* I, nr. 171. *crim. c.* 84. nr. 12.  
et p. V. conf. 6. nr. 23.

3.), aut (i) ad iussum superioris mortem, non nisi executione mandati euitandam, comminantis (§. eod. i.) occiderunt d).

### §. CCCXXXIII.

*Homicida casualis*, et sic extra crimen <sup>casu</sup> positus, habetur (§. XXXIV, 2.), qui in re licita, licito loco, modo et tempore versatus aliquem cecidit e), vtpote (a) chirurgus, qui venam alicui secans tempore, quo accedit femina, quam a sanguinis effusione abhorrere nescit, huius vel morti vel abortui causam dedit; (b) effedarius, sine cuius culpa euerso curru aliquis obtritus est, (c) pulsator campanae, ex qua quod cecidit tintinnabulum, transeuntem occidit etc. f).

### §. CCCXXXIV.

Idem dicendum erit de iis, qui lege, <sup>lege permittente vel iubente, aut</sup> vel permittente vel iubente, caedem fecerunt, si vel maxime animum delinquendi habuerint (§. XX, 1.). Itaque (a) *maritus* uxorem (†), et (b) *pater* filiam flagrante adulterio deprehensam vna cum adultero (§. CCIV, 1.) g), (c) *miles* hostem

N 4

d) Schreiber c. d. §. 20. seq.

e) C. C. C. art. 146.

f) VISCHER c. l. c. § 36. Schreiber c. d. §. 34.

g) C. C. C. art. 142.

stem patriae, aut (d) commilitonem, qui pugnare iussus in eo est, vt vexillum deferat b), (e) *raptae feminae pater* aut *maritus* raptorem in flagranti deprehensum (§. CCXLV.), impune caedere possunt. Sic quoque *furem nocturnum* (§. XCIV.) i), et diurnum, qui telo se defendit, telo necare potest laesus k) (††).

(†) confer, quae ad §. 204. monui.

(††) plura adhuc colligere licet ex L. 9. D. ad L. *Corn. de scariis* L. 1. C. *unde vi* L. 6. C. *de vi publica*, ex quibus simul constat, quatenus pro conseruanda possessione rerum suarum occidere liceat.

### §. CCCXXXV.

vt declinent  
periculum ex

Quia denique caedem ex defensione eaque necessaria ortam extra crimen ponunt leges, notes velim, *defensionem* dici propulsationem periculi, quod sine iure in vitam, membra, honorem\*, pudicitiam aut bona l) vel nostra vel familiae nostrae intenditur. *Necessaria* autem *defen-*

b) Kayf. Justit. Best.  
art. 22. Reuter = Best.  
art. 61.

i) BALVZ. Capit. R.  
Franc. Tom. I. f. 117. C.  
C. art. 150. KRESS ad  
eund. §. 4.

k) OBRECHT de de-  
fens. necess. c. VIII. nr.  
28. seq. Müllh. Star. lib.  
V. art. 13.

l) C. Cr. art. 150.

defensio dicitur actus, qui solus periculum propulsare potest \*\* m).

\* Quam varie sentiant Dd., verba C. Cr. artic. 140. Ehr und guten Feumuth explicantes, nos docent KRESS ad C. C. C. art. 140. not. 2. BOEHMER Elem. Jurispr. Crim. lect. II. §. 208.

\*\* Defensionem, quae necessaria non est, moderamen tutelae, et eam, quae necessaria, moderamen inculpatae tutelae cum SALMONIO vocat CARPZOV pr. crim. qu. 28. nr. 16. seq. sine iure propterea culpatus a MAVRITIO tr. de duellis §. 21.

### §. CCCXXXVI.

Vnde has regulas deducere licebit:

- I. Non datur defensio, vbi nulla ad-est offensio.
- II. Vbi offensio iusta, iniusta erit defensio.
- III. Ea defensio, quae sola laesionem iniustam propulsare potest, moderata seu necessaria dicitur.

### §. CCCXXXVII.

Quandoquidem non datur defensio, ces-<sup>offensione</sup>sante offensione (§. pr. I.), intelligere potes, neminem sub defensionis pallio vim inferre posse (1) alii, quam a quo offensus

N 5

---

m) HOMYBLDT necessitas exlex c. 4.

fus est, aut (2) aggressori, quem ab offensione plane desistentem fugere *n*), vel ad extraneos actus conuolare vidit *o*).

### §. CCCXXXVIII.

iniusta im-  
minens,

Regula secunda (§. CCCXXXVI, 2.) docet, eos (1) qui a *vi iusta* (a) magistratus punientis, (b) mariti iniuriam sibi adulterio flagrante illatam vindicantis, (c) domini pignorantis etc. aut (2) a *moderata p*) eorum, quorum potestati vel praeceptis subsunt, *castigatione*, aut (3) a *violenta defensione* illius, quem ipsi ad summam iram prouocarunt *q*), se defendentes caedem faciunt, accusari posse criminis homicidii.

### §. CCCXXXIX.

quodque alio  
modo pulsari  
non potuit.

Ex tertia regula (§. CCCXXXVI, 3.) consequitur, vt, licet dolo, non tamen culpa careant (1) qui viam, periculum sibi imminens propellendi leniorem, eligere, et (2) praesens iudicis \* aliorumue auxilium implorare, (3) occasionem sine villo

*n*) KRESS. ad C. C. tit. 150.

*o*) MAVRITIVS *de vitae defenf. fauore* §. 23. KRESS ad art. 142. §. 2. not. 2.

*p*) RIEMER d. *de ne-*

*cessar. defenf.* §. 23. Diss. OBRECHT tr. *de necess. defenf.* c. VI. nr 17. scq.

*q*) CARPZOV *pr. crim.* q. 29. nr. 42.

villo vitae corporis et honoris periculo discedendi \*\* arripere r) etc. nolentes, sibi ipsi ius dixerunt violenter.

\* Præcis temporibus, quibus vel plane nulla, vel non satis bene constituta erant iudicia, maiores nostri armis, bellis et duellis se suaque tuebantur, et caedes aliaque facinora mutuis caedibus et infesta vi vicisebantur (§. CCCXIX.) MAVRITIVS *de duell.* §. 18. Hodie vero offensus offensori tunc demum vim inferre potest, vbi vel omni iudicis copia destituitur, vel hunc sine certo periculo expectare nequit.

\*\* *Fugam*, medium ignominiosum nec certi euentus, capeffere nemo cogitur. KRESS ad a. 140.

\* 2.

### §. CCCXL.

Nec minus inde colligere licebit (1) *armatum* et quandoque *inermem* s) (†) aggressorem, immo *feminam*, quae vim masculo infert t), occidi posse; (2) offensioni respondere debere defensionem, sicque (3) ob *verba minitautia* \*, quae simplicia sunt, quorumque executio iuste non metuenda u), non dari locum occisioni; (4)

r) C. C. C. art. 140.  
§. 1. MAVRITIVS *de vias defens. fauore* §. 21. Diff. OBRECHT C. II. C. X. nr. 10. seq.

s) MAVRITIVS tr. *de*

*duell.* §. 26.

t) C. C. art. 144.

u) MULLERI d. *de verb. minitaut.* c. 3. th. 3. seq. Mühlpsfort d. *de legis. defens.* th. 12. a)

(4) vix esse, cur (a) defensor teneatur *iisdem armis*, vti, quibus offensore x); aut (b) *primum expectare ictum y*).

(†) Equidem obstare videtur C. Cr. Carol. artic. 140. verbis: mit tödlichen Waffen oder Wehr überläuft. Ast extensiva horum verborum interpretatio, quod etiam contra inermem moderamen inculpatæ tutelæ locum habeat, defendi potest, ex artic. 150. et generali regula iuris naturalis, quæ defensionem vi imminente proportionatam contra quemlibet permittit, omnino potest defendi.

\* An quis ab alapa se defendere queat gladio, supra (§. CCCXII.) disputauimus, et ante nos disquisiuerunt DAMHOVDER *pr. crim. c. 79. nr. 1.* TILESIVS *d. de homicidio ob alapam.* CRELL. *d. de iure man. c. 2. §. 57.* RIEMER *de necess. defens. th. 24.* OBRECHT *c. tr. c. XIII. nr. 9. seq.*

### §. CCCXLI.

Quinam criminis homicidii rei.

Quia crimen homicidii est caedes hominis dolo malo perpetrata (§. CCCXXXI.); nemo dubitabit, quin rei criminis homicidii sint (1) qui ebrietatem quaesierunt, vt eo audaciores essent ad committendum homicidium postea secutum (§. XLI, I. XIX, 2.), (2) qui Caium, non necessitate urgente, (†) sed dolo malo occisurus occidit  
Mae-

x) Mühlpsort c. d. th. 13. c) MAVRITIVS c. tr. §. 22.

y) C. C. art. 140. §. 2. OBRECHT c. tr. c. XI. nr. 10. seq.

Maeuium (§. XXXVIII.) 2); (3) qui ipse causa fuit doloris summi, quo durante commisit homicidium.

(†) aliud obtinet, si quis moderamine inculpatae tutelae se defendens innocentem ex errore occiderit Const. Carol. artic. 145.

§. CCCXLII.

Sic quoque (4) voluntarius auctor illi-  
citi facti, vnde caedes hominis necessa-  
rio secuta, reus est criminis homicidii (§.  
XXXIV, 7.) a). En causam (a) cur Dd.  
*animum occidendi* distinguant in *directum*  
et *indirectum* b) \*, atque (b) iura homi-  
dam habeant (a) eum, qui aliquem vul-  
neraturus occidit c), (β) medicum, qui  
spe maioris lucri aegroti vires pharma-  
cis suis debilitaturus vitam ei penitus eri-  
puit d).

\* Hic ex *instrumento lethifero*, quo quis usus est, colligitur, et quidem eo certius, quo magis hoc per se lethale est. (†) Inde si caedes instrumen-  
tis non lethiferis facta est, oritur praesumptio,  
quod

2) STRVV. *obf. crim.*  
c. VIII. obf. 4. KRESS ad  
art. 145. §. 2.

a) LEYER *spec.* 603.

b) HOMBORG R. 330.

BERGER *Ekkt. iur. Crim.*  
p. 81.

c) L. *Wisig.* VI, 5, 6.  
STRVV. *obf. crim.* VIII,  
26. p. 63.

d) C. C. art. 134. §. 3.



quod animus occidendi non adfuerit. L. 1. §. 3.  
D. ad L. Corn. de sicariis NETTELBLATT de ho-  
micidio insensione indirecta commisso.

## §. CCCXLIII.

eorumque  
fecit?

Qui dolo malo (1) aliquem tenuerunt, aut (2) de loco in locum duxerunt e), vt eo facilius ab alio occideretur; (3) caedem meditati arma suppeditarunt letifera; (4) familiae suae, arma letifera sumenti, et in Caium stringenti, coniuerunt; (5) literas homicidium mandantes transtulerunt (§. XXVI.); (6) verberationis f) (§. XXXIV, 7.), vel (7) ipsius caedis causam necessariam praebuerunt mandato, consilio g) etc. criminosis homicidis societate iuncti sunt.

## §. CCCXLIV.

Qui qu. cri-  
minis homi-  
cidii dicantur  
rei?

Contra non nisi qu. criminis homicidii rei sunt (1) qui per iocum b), lasciuiam i), adfectatam peritiam, imprudentiam k) etc. aliquem necarunt; (2) qui rei illicitae dederunt operam, vnde mors alicuius per acci-

e) THESSAVRVS dec. 31.

f) MULHAUSE d. de poena talion. in homicidio sect. 1, §. 24.

g) BRUNNEMANN cent. f. decis. 73.

b) CAEPOLLA conf. 31.

i) C. C. C. art. 146.

k) C. C. C. art. 134.

§. 1.

accidens et inopinato secuta (§. XXXIV, 7.); (3) qui in re licita illicito modo, loco aut tempore versati *l*) (§. LII, 1.) mortem alicui attulerunt, speciatim (a) qui transfiliuerunt metas moderaminis inculpatæ tutelæ (†) (§. CCCXXXVII. seq.) *m*), (b) maritus, qui adulterum aut raptorem in flagrante non deprehensum occidit (§. CCIV, 2. CCXLV.) *n*) etc. (4) qui canem faxis petens prætereuntem interfecit: (5) qui telum, quo usus est, ex probabili causa non habuit letiferum; (6) qui non satis custodiuit bestiam, quam ad lædendum pronam cognouit, atque illius feritate postea homo periit *o*); (7) qui curru, quem culpa euertit, aliquem obtriuuit *p*).

(†) Qui metas inculpatæ tutelæ transfiliuit, vel dolo vel culpa hoc fecit. Priori casu, poena capitalis locum habere potest. Posteriori vero casu lata culpa fustigatione vel relegatione perpetua, leuis, relegatione eaque vel perpetua vel temporaria, leuissima vero multa vel carcere coercetur LEYSER sp. 602. m. 13. Hinc non penitus impro-

---

*l*) I. P. Sued. c. 212. ed. SCHANNAT C. C. art. 134. BERGER c. l. p. II. obs. 120.

*m*) C. C. art. 142. HOMBORG Resp. 156.

*n*) LEYSERI d. de ma-

*rto iusto adult. punit. nr. §. 6.*

*o*) I. P. S. II, 62. C. C. art. 136. Mühlhäus. Stat. lib. V. art. 19.

*p*) C. C. art. 218. ibique interpretes.

probanda est distinctio inter excessum defensionis et excessum in moderamine inculpatæ tutelæ.

§. CCCXLV.

Pœna de iure antiquo, et

Crimen homicidii maiores nostri *ab initio* vindicarunt nulla, *post* pecuniaria poena \*, quæ pro diuersitate homicidarum, hominum occisorum, loci, modi occidendi, aliarumque circumstantiarum, erat varia *q*). Quam qui soluere non poterat, post legem de *cbrennebrunda r*) a Childeberto sublatam *s*), ad illius caput omnem causam pertinuisse legimus *t*). *Denique* caedem hominis capitalem esse voluerunt Reges Carolingici *u*), mores mediæ æui *x*) atque Fridericus Imp. *y*).

\* Excipe tamen (1) *Wisigothos* et *Burgundiones*, quorum *illi* homicidas mox capite mox multa, *ibi* vero, nisi caedes serui non regii facta, sanguine plecebant. *L. Wisigoth. VI, §. 6. II. L. Burgund. II, 1. 3. 4. IX, 1. seq. X, 1. seq.* (2) suo modo *Saxones*, qui occisorem sacerdotis, domini vel dominae puniuerunt capite. *L. Sax. II, 2. Capit. Caroli M. de part. Sax. §. 4. 12.*

§. CCCXLVI.

*q*) *L. Baiuæ, tit. III. Anglion. I, 1. Frif. I, 1. Sax. II, 1. 3. 4. Longob. I, 3. 9. 11. L. Sal. XXVIII. XXXVIII. XLIV. seq. L. Ripuar. VII. seq. L. Alam. LXVIII.*

*r*) *L. Sal. tit. LXI, ibique RICCARDVS.*

*s*) decreto c. XVI.

*t*) *L. Sal. LXI, 3.*

*u*) *Cipitul. VI. 1. §. 39. VII, 183.*

*x*) *I. P. S. II, 13. Suen. c. 114. ed. BERGER.*

*y*) *UVDWIG reliq. To. II. p. 193.*

§. CCCXLVI.

Quae licet ita contigerint, tamen cri-hodierno.  
men homicidii hinc inde \* pecuniaria poe-  
na lui potuit ad tempora vsque Caroli V.  
2), qui illud vbique in Germania capita-  
le fecit a). (†).

\* Sic antiquiora statuta *Norica* iubent, homicidas  
centum libris hallerorum et relegatione decennaria puniri. *DANNREUTHER N. m. Norica* p. 70.  
Eiusdem fere tenoris sunt statuta *Illensis* de A.  
1350.

(†) Ex dispositione sanctionis Carolinae artic. 137,  
homicida, qui praemeditato et deliberato animo  
necauit, poenam rotae, qui vero praecipitante  
animo mortem intulit, gladii poenam subire te-  
netur.

§. CCCXLVII.

Quae poena extrinsecus qualificatur (§. Ex quibus  
LXIII.) b) in eo (1) qui iterati homici-  
causis ea exa-  
dii factus est reus (§. LV, 5.); (2) qui  
speretur,  
eminentioris dignitatis hominem, domi-  
num, magistrum, consanguineumve suum  
(§. eod. n. 3.), aut (3) *V. D. M.*, dum  
sacra fecit, aut (4) alium in ecclesiam die  
feriatio tendentem, occidit (§. eod. 4.);  
(5)

2) HEINECCIUS  
*Elem. I. G. II, 26, §.*  
282. seq.

a) C. C. art. 137.  
b) KRESS ad eund. art.  
§. 2.

(5) qui vel *impraegnatam*, ne stuprum manifestetur, vel *complices delicti*, ne veritas criminis innotescat, interfecit (§. eod. 6.) c), aut (6) in hominis, quem interemit, *cadaver saevit d)*.

### §. CCCXLVIII.

cesset,

Ab omni poena liber est, qui homicidium (1) *lege permittente* (§. CCCXXXIV.), vel iubente, aut (2) in *infantia e)*, *furore*, *melancholia* etc. (§. CCCXXXII, 3. XXXV. seq.), aut (3) *ad iussum principis* (§. CCCXXXII, 1.), aut (4) *ex necessitate*, *servatis limitibus* (§. CCCXXXV. seq.) f) \* aut (5) *casu* (§. CCCXXXIII.) g) commisit.

\* Offensionis sine iure factae probatione per testes, vel, his deficientibus, per coniecturas peracta, C. C. 2. 142. moderamen inculpatae tutelae praesumitur, vsque dum iudex accusatorum probet excessum.

### §. CCCXLIX.

mitigetur.

MITIGATUR contra, quoties vel dolo vel facto aliquid deest. Itaque homicidii accusatus iure excipit (1) de caede *non-dum*

c) BERGER *Elect. Iur. Cr.* p. 98.  
d) BEYER ad art. 137. pos. 16.

e) I. P. *Suov.* c. 118.  
f) C. C. C. art. 139.  
g) C. C. art. 146.

*dum consummata* (§. LXXXIX.) *b*), (2) de usu telii non letiferi \*, atque morte non ex vulnere, sed culpa medici aliusve sequuta (§. CCCXXVIII.) *r*), (3) de caede in *minorenni aetate* aut ex *imprudencia* *k*) aliaue culpa leuiori facta (§. CCCXLIV.); (4) de *excessu* in moderamine inculpatae tutelae, vel causae vel modi vel temporis intuitu commisso (§. CCCXXXVII. seq.) *l*); neutriquam vero (5) de *ioco*, si hic admodum illiberalis et illicitus esset, (6) de *errore* circa personam commisso (§. CCCXLI, 2.), aut (7) de eo, quod (a) nobilis *m*) (†) sit vel clericus *n*), (b) *vulnerationem* tantum mandauerit (§. CCCXLIII, 6.) *o*), (c) aut volentem occiderit *p*), aut (d) cum occisi heredibus *transegerit* (§. LXXXIV.  $\gamma$ ) *q*).

\* Hi pro vario gradu culpae *mox* fustigationis perpetuaeque relegationis *mox* relegationis temporariae

O 2

riae

*b*) SCHROETER de eo, quod iustum est circa vulnera §. 68 seq.

*i*) C. C. C. art. 147.

*k*) Wühlhäuf Stat. lib. V. art. 16.

*l*) CARPZOV pr. crim. qu. 19. seq.

*m*) NOLTEN de nobilis. C. 15. nr. 4. seq. MAVRITIVS de nobilis. §. 41. seq.

*n*) CARPZOV C. 1. q. 1. MYLIUS Corp. Const. March. p. 11. sect. 3. nr. 36.

*o*) Diss. CRYSIVS ad ius statut. Mind. p. 319.

*p*) Diss. KRASS ad art. 134. § 4. \* 2.

*q*) Bad. L. R. p. VII. tit. 16. §. 1.

riae vel carceris diuturnioris poena adficiuntur, mox ad vnum pluresque dies carceri includuntur, vel multa coercentur.

(†) Nobiles quidem mitius interdum puniuntur. Ast hoc in poenis solum arbitrariis, minime vero in capitalibus obtinet, excepta laquei poena CARPZOV qu. 2. n. 3. seq.

## §. CCCL.

Homicidium  
in turba  
commissum.

Homicidio in turba commisso, videndum: subito contigerit turba, an praeuia conspiratione? Hoc casu omnes ordinaria r), illo autem (1) omnes, etiam auctores rixae s)\*; extraordinaria poena t) persequitur nemesis, si (2) exceperis vulneris lethalis auctorem, de quo satis constat. Quodsi (3) plura vulnera, quibus quis periit, sint *lethalia*, et, quis primum mortifere percusserit? incertum, omnes, qui vnum ex lethalibus vulneribus infixerunt \*\*, plectuntur capite \*\*\*.

\* Iure tamen Austriaco vitam perdit, qui rixae auctor fuit *Ord. Crim. Austr.* art. 64.

\*\* Hoc admodum durum pronuntiant KRESS ad C. C. art. 148. §. 5. BEYER ad eund. pos. 23. seq.

r) C. C. art. 148. ibique KRESS §. 1.

s) BERGER de auctore rixae §. 9. MATTHAEVS de crimin. ad XLVIII, 4, 3.

t) MULLERI d. de homicidio a plur. commisso sect. 2. §. 13. WERNHER p. IV. obs. 13. FABRINACIUS pr. crim. qu. 92. n. 34.

seq. aliique, nec, me quidem iudice, sine ratione. Contra verbis articuli stricte inhaerendum esse putant CARPZOV *pr. crim.* q. 25. nr. 30. STRYK *V. M. ff. h.* §. 7. et alii.

\*\*\* Olim non nisi illum, quem fors nominauerat, vita priuabant Frisii. *L. Fris.* tit. 14.

### MEMBRUM III.

## DE WERGELDO.

### §. CCCLI.

**W**ergeldum \* est hominis perempti \*\* Wergeldum aestimatio (†), ab occifore praestanda ei, qui iniuriam sibi omnium maxime caede illatam vindicaturus est. Dicitur ab effectu *Cenegild*, *cynigild*, *cynebot*, *Sōnrisbot*, et a statu perempti iam aestimati hominis, *Megbote*, *Maegbot*, *manbot*, *leudum*, *leudis*.

\* Hoc olim differebat a *widrigildo* (§. XC.). Postea vero, superhabita distincta pronuntiatione, haec uocabula sunt confusa, et per uocabulum *wergeldi* saepe bruti interempti aestimatio significata est. Id quod intelligere potes ex *I. P. S. II.* 40. et pluribus te docent *ECCARD ad L. Sal. LV.* I. *MEINDERS de iudiciis centen.* c. 6.

\*\* Wergeldum ob inflictā uulnera olim solui debitum, *I. R. S. II.* 16. hodie in Sax. El. cessat uicariū const. 42. p. IV. *CARPZOV pr. crim.* q. 34. nr. 40. seq.

(†) Quod wergeldum sit aestimatio hominis perempti, mihi uerum non uidetur. Potius wergeldum



dom rectius definitur, quod sit satisfactio pecuniaria propter iniuriam illatam domino seu alii, qui ex sanguine occiso coniunctis mortem vindicet, praestanda.

## §. CCCLII.

cui,

Vnde (1) wergeldum liberi hominis petunt *agnati u*) caedem vindicaturi *x*), proprii vero *dominus*; (2) ubi non proximus sed remotus agnatorum vindicat caedem, huic non illi wergeldum debetur; (3) alius wergeldum petere, alius hereditatem adire potest, sicque (4) ex petitione wergeldi non constat de hereditatis aditione *y*).

## §. CCCLIII.

Agnatis deficientibus \*, hodie wergeldum cedit *cognatis*, imo *feminis z*), si necem vindicare intenderint *a*); nunquam tamen *magistratus b*).

\* Quandoque cognati una cum agnatis eiusdem gradus ad caedem vindicandam, sicque ad wergeldum petendum, admissi sunt, CARPZOV *pr. crim.* q. 34. nr. 59.

§.

*u*) SPELMANN *glossar.*  
v. *faida*

*x*) § P. S II. 14 III, 42.  
WEHNER v. Raungeld.

*y*) FFEIL. *consul.* 23.

*z*) CARPZOV. *dec.* 296.  
nr. 98. seq.

*a*) IDEM p. IV. *const.*  
II. *def.* 8 §. ZOBEL p.  
IV. *diff.* 32.

*b*) *Diff.* KAYSER *pr.*  
*crim.* p. m. 178. seq.  
CARPZOV *pr. crim.* q. 34.

## §. CCCLIV.

Wergeldum debent, (1) non dolosi aut casualis c), sed *culposi homicidii reus* \* d), utpote (a) qui limites moderaminis inculpatæ tutelæ transfiliuit etc. e) (§. CCCXLIV.), (b) maritus, qui vxorem suam adulteram, quam in flagranti crimine non deprehendit, occidit f), (c) qui sine causa aluit nocituum animal, quo homo interfectus est g); (2) culposi homicidarum focii, et quidem ita, ut vnus solutio vix liberet reliquos b) (†).

\* Illum, qui poenam corporalem sustinuit, *const. el. 11. p. IX.* neuiquam vero eum, cui poenam corporalem remisit principis gratia, præxis a wergeldo soluendo vult esse liberum. MARTINI ad O. P. S. tit. 36. §. 1. nr. 60. seq.

(†) Hoc repugnare videtur definitioni ab autore traditæ. Dum enim autor wergeldum definit, quod sit aestimatio hominis occisi, omnino satisfactum videtur, si aestimatio ab vno est præstita. Si vero wergeldum definit per satisfactionem ob iniuriam præstandam, singuli, qui iniuriam intule-

10 4

c) CARPZOV *pr. crim.* qu. 27. nr. 53. RICHTER *dec. 2.* BERGER p. II. obs. 109.

d) I. P. S. II, 38. 65.

e) MAVRITIVS *Opusc.* p. 926. BERLICH p. IV. *concl.* 18. nr. 34. seq.

f) CARPZOV *decis.* 95. nr. 18. seq.

g) THOMÆ tr. *de noxa animal.* c. 9.

b) GRANTZ *def. inquis.* c. 6. m. 1. p. 13. nr. 12. CARPZOV. *pr. crim.* qu. 34. nr. 32. seq.

tulerunt, in solidum ad satisfactionem tenentur, sicque vnus solutio non liberat reliquos.

## §. CCCLV.

quantum et Quantitas wergeldi (1) olim fuit varia pro varietate natiuitatis, conditionis et status personarum occisarum i); hodie vero ea, nulla dignitatis ratione habita, XX. imperialibus absoluitur k); (2) sicut olim l), ita hodie, quod ad dimidiam tantum partem debetur, si femina occisa (+).

(+) Quia maior iniuria censetur illata per necem masculi, per quem conseruatur familia, quam per necem feminae, quae familiam non conseruat  
CARPZOV qu. 34. n. 28.

## §. CCCLVI.

quem in fine n debeatur?

Wergeldi solutione ciuile sistitur iudicium, olim vero impediabatur, quo minus susciperentur inimicitiae occisi patris et propinqui \*. Quandoque agnati partem wergeldi iuebant esse solatio occisi animae m).

\* Interim tamen per annum reo non licebat cum agnatis occisi conuersari, ne odium ex caede natum, wergeldo sopitum, recrudesceret. KRBS com-

i) L. Sax. II, 1. 3. 4.

Fris. tit. 15. Alemann. tit. 68. I. P. S. II, 16, III, 45.

k) CARPZOV qu. 34. nr. 24. seq.

l) I. P. S. III, 45.

WERNER obs. pr. v. Wehrgeld.

m) LVNIG spicil. eccl. contin. 2. p. 307.

comment. ad C. C. art. 137. §. 2. n. 2. p. m. 450.  
Quae forsitan causa, cur homicidam per annum  
ab vrbe abesse tibeant aliqua statuta, vtpote  
*Francofurtensia*, teste SENCKENBERGIO *sch. iur.*  
*et bist.* To. I. p. 6. atque *Ilmensia*, quod obserua-  
uit SCHILTER. *exerc.* 49. §. 17.

TIT. XXVIII.

DE LATROCINIO.

§. CCCLVII.

**L**atrocinium \* est caedes hominis animo Latrocinii  
lucrandi facta (†).

\* Latrocinia, prout extra aut intra cuiusque ci-  
uitatis fines facta erant, vel ignominiam adferre  
videbantur maioribus nostris *Elem. iur. Germ.*  
lib. II. §. 339. \*. postea vero mordis annume-  
rata sunt.

(†) Latrocinium germanice exprimitur per voca-  
bulum *Mord*. Quauis enim vocabulum *Mord*  
latius se extendat, et quoduis homicidium prae-  
meditato consilio factum denotet, in proprio ta-  
men significatu latro dicitur ein *Mörder*. Inde in  
glossa *Ipec. Sax.* lib. II. artic. 13. dicitur: *etliche*  
*ermorden die Leute um Geld und Gutes willen,*  
*und mit wohlbedachtem Muth* Diese sind rechte  
*Mörder*. Sic quoque constitutio *Carolina* art. 137.  
distinguit inter *Mörder* und *Todschläger*. BOEH-  
MER *ad Carpzou.* qu. 22. obf. 2. qui etiam notio-  
nem latronis et grassatoris ex iure Rom. eruit. l. c.  
obf. 1.

## §. CCCLVIII.

Ex qua descriptione hanc struo regulam:

Latrocinium faciunt caedes et animus lucrandi. Quibus si dolus accedat, nascitur *crimen latrocinii* (§. XXXI.).

## §. CCCLIX.

rei qui sit?

Itaque (1) qui interfecit sine lucrandi animo, aut spoliavit sine caede, latro non est *n*); (2) latrocinio nihil detrahunt (a) obscuritas *loci*, quo caedes spe lucri commissa o), (b) qualitas *instrumenti*, quo mors spoliando accelerata p), (c) infidelitas occisi q), atque (d) exigua quantitas *lucri* percepti r). Quid? quod latro erit, qui spe lucri aliquem occidit, si vel maxime nihil plane lucri perceperit v); (3) *attentati* tantum latrocinii reus est, qui minatus caedem, ut eo facilius lucrum, quod sperat, consequeretur.

§.

n) Gl. ad I. P. S. II. 13.

o) CARPZOV *pr. crim.* qu. 22. nr. 19. ibique BOEHMER obs 4.

p) DAMHOVDER *pr. crim.* c. 86. nr. I.

q) BOEHMER *Resp.* 1170. nr. §. 9.

r) MENOCH de A. I. Q. lib. II. cas. 357.

s) CARPZOV c. I. nr. 47.

## §. CCCLX.

Fur, qui resistentem occidit, non ut <sup>Quis latro</sup>furtivas res auferret, sed ut vitae suae con- <sup>criminosus,</sup>fuleret, atque aufugeret, criminis latrocinii reus proprie non est ss).

## §. CCCLXI.

Qui latronibus auxilium ad scelus pa- <sup>illiusque</sup>trandum necessarium dolo malo tulerunt, <sup>focius?</sup>consiliumue dederunt (§. XLIV.), animo res spolio surripiendas participandi, in eodem reatu sunt, quo dolosi latrones.

## §. CCCLXII.

Criminis latrocinii reos rota contundi <sup>\* Poena crimi-</sup>iubet <sup>nis latrocinii</sup>*Carolina nemesis t*), quacum conueniunt *Austriaca u*), *Badensis x*), *Palatina y*), *Saxonica z*), *Tyrolensis a*), aliarumque prouinciarum ordinationes.

\* Crimen latrocinii multa ponderosa vindicarunt *L. Ripuar.* tit. 15. *Saxon.* II, 6. *Alemann.* tit. 49. *Baiuu.* tit. 18. §. 2. Sub Francis tertium commissi, reus morti tradebatur. *Capit.* V, 306. Tempore

ss) BERGER *Elect. Iurispr. Cr.* p. 114. *CARP. ZOV.* c. l. nr. 65.

t) art. 137. §. 3. ibique interpretes.

u) *N. O. L. O.* art. 71.

x) *L. R.* p. VII. tit. 17. pr.

y) *Mal. O.* tit. 17.

z) *p. IV. const.* §. et 35. *F.*

a) *Tyrol. L. O.* lib. VIII. art. 16.

pore denique, quo specula condita sunt, latrones  
rota conrundebantur *L. P. S. II. art. 13, Suet. c.*  
*114. §. 3. MEICHSN. et ap. BERGER. p. 198.*  
seq.

## §. CCCLXIII.

ex quibus  
causis ex-  
sperando,  
vel

Quae poena extrinsecus qualificanda est  
ex iisdem causis, ex quibus poena simpli-  
cis homicidii (§. CCCXLVII.), nimirum,  
quoties crimen latrocinii (1) vel in per-  
sonam, cui singularis *fides, reuerentia* at-  
que respectus debetur *b)*, vel *saepius* com-  
missam est (†); aut (2) cum alio *concur-  
rit* crimine *c)*.

(†) Et hoc casu latro candentibus forcipibus lacera-  
ri potest, ita ut tot vicibus laceretur forcipibus  
candentibus, quot latrocinia commisit. *WARF-*  
*20V pr. cr. quaest. 23. nr. 18.*

## §. CCCLXIV.

mitiganda?

Contra omnis poena *CESSAT*, deficienti-  
te dolo et culpa; *MITIGATUR* vero ordi-  
naria (1) ubi nulla *caeder* secuta \* (†) aut  
(2) secuta sine *spe lucri*, aut (3) an secu-  
ta?

*b)* *GRASS collat. I. Ciu.*  
*sect. XVII. §. 1. p. 826.*  
*seq. MEVIVS ad I. Lub.*  
*p. IV. tit. 2. art. 1. nr. 6.*  
*seq.*

*c)* *BERGER c. I. suppl.*  
*p. II. obs. 47. p. 133.*  
*Stölich comment. über P.*  
*§. G. O. p. II. p. 212.*

ta? ob intermissam cadaueris inspectionem, adhuc dubium est *d*); (4) quoties *culpa* tantum in latrone illiusue socio residet, aut (5) hic vel caedem vel spoliū non participat.

\* Qui ad actum latrocinii *proximum* dolo peruenit, GLADIO, sin ad *remotum*, ARBITRARIE puni-  
tur C. C. art. 178. BERGER *El. Iur. Cr.* p. 114.  
GRASS *collat. iur. Ciu. sect. XVII.* §. 1. p. 828.  
BOEHMER *Consult. To. II. dec. 1169.* nr. 7. dec.  
1170. nr. 12. Qui vero, quantum in se fuit, delictum consummavit, ordinariam poenam ex quorundam sententia vix effugiet.

(†) Latrocinium duplex crimen inuoluit. Nempe homicidium et rapinam. Si vtrumque consummatum, latrocinium quoque consummatum est. Si vnum solum, non alterum, vnus quidem non vero alterius poena locum habet. Inde tres vulgo casus ad conatum referunt, quorum *primus* est, si latro necauit, aut nil auferre potuit; *alter*, si vulnerauit tantum, nec aliquid abstulit; *tertius*, si vulnerauit et abstulit. Priori casu poena ordinaria rotae locum habet, quia sufficit, necesse praemeditato consilio. C. Car. artic. 137. Altero casu gladii poenam obtinere asserit CARPZOV. Quaest. 22. nr. 78. cui accedo, si vulnus graue illatum ob L. 7. D. ad L. Corn. de sicariis; sic quoque in vltimo casu gladii poenam locum habere, probat BOEHMER ad Carpzou. quaest. 22. obs 8.

### §. CCCLXV.

Falso causis poenam ordinariam mitigan-

---

*d*) Diff. CARPZOV dec. 197.



gantibus a quibusdam annumerantur (1) reiteratio, usus armorum aut inimicitia cum occiso deficiens e); (2) spes lucri concilia; (3) rei lucratae quantitas exigua, vel plenaria restitutio f), (4) caedes in *privatis aedibus* patrata g), (5) *sexus imbecillitas*.

## §. CCCLXVI.

Delicta latrocinio familia.

Quia lucri nomine venire solet quoduis commodum, praxis et quarundam prouinciarum leges b) latronem habent (1) qui maritum quendam occidit, quo illius *uxorem* ducere possit i), (2) qui hominem occidit, ut vel *impunitatem* (§. LV, 6), k), vel rem, cuius ope secure delinquere possit l), vel aliud consequeretur (§. CCCLIX, 3.) m).

TIT.

e) b. BOEHMER *consult.* To. II. dec. 1170. nr. 11.

f) HARPPRECHT R. 22. nr. 67.

g) Diff. REVSNER *lib.* II. des. 16. nr. 20.

b) CARPZOV. *Vol. Disp.* pag. 599.

i) BERGER C. I. p. 114. Strölich e. l. p. 209.

k) BERGER C. I. p. 98.

l) CARPZOV q. 22. nr. 59. seq.

m) *Th. O. R. O.* art. 71.

## TIT. XXIX.

## DE ASSASSINIO.

## §. CCCLXVII.

**A***ssassinium* est homicidium (§. CCC. *Assassinium*  
XXIV.) ex alterius mandato pro mercede peractum. Caedem mandans et mercedem in illius euentum soluturam promittens, *assassinator* audit, *assassinus* vero, qui ex mandato pro mercede caedem facit.

\* Quod nomen petunt ab *Assassinis*, Asiae quondam incolis, qui nihil prius nihil antiquius habentes interneccione christianorum, saepe pro mercede necarunt christianos, quibus amicos se simulabant. Quos ubi imitabantur christiani, papa omnium primus sollicitus fuit de modo, quo vindicari debeat homicidium conductitium c. 1. de homic. in 6. GRASS *collat. I. Ciu. sect. XVII. §. 2.* p. 831. GEBEL *d. de assassinio §. 1. seq.* THEODORICI *colleg. crim. c. VII. aph. 4. a)* BOEHMER *I. E. P. V, 12. §. 26. seq.* De ipso assassinii vocabulo videre potes VOSSIVM *de vitiis ferm. II, 2. p. 178.*

## §. CCCLXVIII.

Quandoquidem *assassinium* in homicidiis *homicidium*, est (§. pr.): magis adposite dices (1) eum, qui vulnera non lethalia ex vnus mandato pro mercede alteri infixit, *assassinium* tantum *attentasse*; (2) nullam rationem habendam esse *religionis, status* aut *conditionis* occisoris vel etiam occisi (§. CCCXXVI. 2.)

CCCXXVI, 2.) \*; (3) et *clam* et *palam* illud committi posse, vix autem (4) in *partum nondum vitalem, monstrum* etc. (§. eod. 1.).

\* Sunt, qui *assassinium in proprium et fictum seu interpretarium* diuidunt, statuentes, illud in christianos ab infidelibus committi. LAVTERBACH d. de *assaff.* §. 10.

### §. CCCLXIX.

ex alterius  
mandato

Enimuero quum non omne homicidium, sed illud demum, quod ex alterius mandato pro mercede peractum est, dicatur *assassinium* (§. CCCLXVII.) *n*): consequitur, vt *assassinus* non sit, qui homicidium peregit (1) *sine mandato*. Rati habitio subsecuta homicidium, hoc qualificat minime (§. XXIX.). Num vero quis (a) praesens, an per epistolam aut nuntium, (b) caedem ipsam an vulnerationem tantum o) (§. CCCXLIII, 6.), mandauerit, perinde est.

### §. CCCLXX.

pro mercede  
susceptum.

Sic quoque (2) *assassinus* non erit, qui  
qui-

*n*) Diss. FOHMANN de *assassinio* §. 10.

o) POTT de *poena co-*  
*uatus* c. VIII. §. 19. FE-

DELER d. de *Assaff.* c.  
3. §. 7. Diss. FARINA-  
CIVS *pr. crim.* qu. 123.  
nr. 139. BERGER E. I.  
Cr. p. 113.

quidem ex alterius mandato, tamen nulla mercede interueniente, commisit homicidium, v. c. qui occidit, vt complaceret mandanti *p*), vt succederet in occisi bona, aut litem, quam cum eo habet, lucraretur *q*) etc. si vel maxime peracto homicidio a mandante viaticum acceperit *r*). Caeterum nihil interest, (a) merces sit certa per se an per relationem ad aliud, (b) data an promissa tantum, haecque (c) post caedem percepta an intercepta *s*), (d) promissa magni an parui pretii *t*), (e) in pecunia consistat an re alia aestimabili. Inde Dd. inferunt, eum etiam assassinum esse, qui homicidium commisit, vt in huius euentum sibi promissum matrimonium inire possit *u*).

### §. CCCLXXI.

Assassinorum focii et satellites sunt (1) <sup>Assassinorum</sup> assassinatores (§. CCCLXVII.), (2) <sup>focii</sup> pro-  
xenetae *x*) et interpretes, quorum ope  
de

*p*) MATTHAEI *de crim.*  
XLVIII. tit. 7. c. 1.  
nr. 4.

*q*) FOHMANN *c. d.* §.  
16.

*r*) FARINACIUS *c. q.*  
nr. 158.

*s*) CARPZOV *pr. crim.*  
*Engau lus Crimin.*

qu. 19. nr. 45.

*t*) LAVTERBACH *c. d.*  
§. 28. CARPZOV *c. q.* nr. 40.  
GRASS *c. l.* p. 841.

*u*) *Id. c. d.* §. 27. FOH-  
MANN *c. d.* §. 21.

*x*) FEDELER *c. d. c.*  
2. §. 3. seq.

de homine pro mercede occidendo contractum est, (3) nuntii, qui literas affasfinatorias detulerunt, (4) qui pecuniam affasfinatoriam ab affasfinatore receperunt, vt eam caede secuta affasfino soluerent etc.

## §. CCCLXXII.

In crimen  
affasfinii

Quia sine dolo nullum crimen (§. XXXIV.): non abs re infero (1) conductam caedem illius, quem caedi permittunt leges aut statuta, vix speciem esse criminis affasfinii y); (2) in criminosis affasfini sociis non esse (a) qui pecuniam affasfinatoriam ignoranter detulit, attamen (b) qui in euentum mandatae vulnerationis, quae post fuit lethifera, mercedem soluere dolo malo promisit (§. CCCLXIX, b).

## §. CCCLXXIII.

statuta poena

Crimen affasfinii sub *mordro* z) intelli-  
gi, et, nulla ratione sexus, conditionis  
aut dignitatis habita a), affasfinum rota  
contundi, affasfinatorem capite \* plecti (†),  
et vtriusque cadauer rotae imponi b), re-  
liquos

y) Ord. Camer. de A. 1555. p. II. tit. 9. §. 60  
iemand CARPZOV q. 140.  
nr. 131.

z) MEINDERS de iu.

dic. censurar. c. VI. §. 28.

a) BAUTERBACH c. d.  
§. 23.

b) C.C. art. 137. ibique  
interpretes. const. el. Sax.  
s. p. IV.

liquos vero satellites (§. CCCLXXI.) arbitrarie puniri, antiquitus voluerunt germani et adhuc volunt hodie.

\* Pfälz. III. O. tit. 18. eandem poenam assassinatori dicitur, quam assassino.

(†) Autoris sententia Ictorum quidem opinionibus innititur, at non conuenit constitutioni Carolinae. Haec enim artic. 137. omnes, qui praedeliberato animo homicidium committunt, poena rotae adici iubet. Quis autem dubitabit, assassinorem referendum esse unter die fürsegliehen und muthwilligen Mörder? cuius proinde poena esse debet rota BOEHMER ad Carpzou. qu. 19. obi. 2. Interim gladii poena locum habet, si assassinator vulnerationem tantum mandauit, ex qua deinde caedes secuta est.

### §. CCCLXXIV.

Quia crimen assassinii crescit (1) ubi <sup>mox exasperatur,</sup> commissum est *saepius*, aut (2) in personam, cui singularis *reuerentia* debetur, aut (3) inter quam et assassinum vel assassinorem, aliosue satellites, magna intercedit *necessitudo*, (4) *coniugium*ue etc. his casibus poena alias dictari solita (§. pr.) exasperatur \*. Videlicet reus forcipibus candentibus vritur, aut trahae iniectus ad supplicium rapitur c). Quandoque illius

P 2

aedes

c) 2. C. C. art. 137. §. sect. XVII. §. 2. p. 4. GRASS. collat. I. Ciu. 837.

aedes diruuntur; earumque loco palus figitur d).

\* Inde simul patebit, cur ab assassinatoro modo minor, modo maior poena; quam a reliquis satellitibus, et modo acerbior et seuerior quam ab ipso assassino debeat sumi.

§. CCCLXXV.

mox mitiga-  
tur.

Ab ordinaria poena immunes sunt (1) *assassinus*, *assassinator* et *omnes satellites*; vna vel altera assassinii qualitate deficiente, vt si vel nullum mandatum (CCCLXIX.) vel nulla merces interuenerit (§. CCCLXX.), vel caedes plane non secuta (§. CCCLXVIII.), aut permittente lege commissa fuerit \* e), (2) quisque, qui dolo carens deliquit (§. CCCLXXII.); (3) *assassinator*, qui (a) mercedem vel indeterminatam f), vel certam quidem, ast in euentum illius caedis, quae sine mandati interuentu et mercedis promissione certo commissa fuerit, dare promisit, aut (b) *mandatum reuocauit* re adhuc integra (§. XXIV.) g), non vero (c) qui *vulnerationem* tantum mandauit (§. CCCLXXII, 3.); (4) *satellites* reliqui, qui

d) HERTIUS Resp. 433.

e) POTT C. I. §. 12. FE-  
DELER C. d. c. 2. §. 6. DAM-  
BOYDER C 83 n. 9. CARP-  
ZOV C. q. nr. 52. seq.

f) FOHMANN C. d. §.

17. GUAZZINI def. IV. c.  
13. nr. 8.

g) GESELL d. de assaff.  
th. 17.

qui post caedem demum commissam auxilium tulerunt, consiliumue dederunt.

\* Cur attentatum crimen assassinii pro consummato quidam habeant, equidem non video. Neque enim lex neque praxis adest illud loquens. Praejudicia, quae adferri solent, de eo tantum testimonium perhibent, quod iis, qui assassinium dolo malo sunt conati, quandoque capitalis poena irrogata fuerit. Ast non omnis poena capitalis est criminis assassinii ordinaria.

TIT. XXX.

DE PARRICIDIO.

§. CCCLXXVI.

**P**arentum et liberorum caedes *parricidium* \* audit (†). Parricidium est

\* Hoc vocabulum, in sensu latiori sumtum, quamvis caedem, contra ius sanguinis pietatemue perpetrata, denotat *L. Wisig. VI, §, 17.*

(†) Parricidium iure Rom. sumitur triplici significato. In latissimo significato quoduis homicidium parricidium est *L. 2. §. 23. D. de Or. iur. §. 6. I. de public. iudic.* In lato significato parricidium denotat caedem personarum sanguine coniunctarum *L. 3. et 4. D. ad L. Pomp. de parric.* in stricto significato sub parricidio intelligitur caedes parentum vel liberorum. Si in medio sumitur significato, parricidium in proprium et improprium diuiditur. Hoc caedem personarum coniunctarum, illud caedem parentum et liberorum denotat.



## §. CCCLXXVII.

Vnde haec struo axiomata:

- I. Parricidium in homicidiis est.
- II. Non nisi in eos, quos vel parentes vel liberos tibi natura dedit, parricidium committere potes.

## §. CCCLXXVIII.

caedes

Ex primo (§. pr. 1.) facile intelligitur (1) nullam rationem habendam esse *modi*, quo quis parentum aut liberorum luce priuatus est. Itaque parricidam, seu, vt alii dicere malunt, infanticidam et illam habeo, quae infantem recens sibi natum (a) in aquam vel latrinam proiecit, (b) lectore supposuit, aut (c) illius umbilicum non ligauit *b*), (d) nasumue compressit etc. *i*) sicque necauit.

## §. CCCLXXIX.

Ex eodem principio fuit (2) eum parricidam non esse, (a) qui aliquem parentum liberorumue suorum occidere volens, illud fecit, ex quo caedes vel plane non vel non necessario (§. XXXIV, 7.) secuta est,

*b*) HARPPRECHT  
Resp. 35. nr. 34. Diff.  
SCHULTZ d. an umbilici  
deligatio in nuper nazis ab-

*solute necessaria sit?*

*i*) ALBERTI *Iurispr*  
*med.* To. III. p. 239.

est, (b) qui *monstruosum* partum necavit (§. CCCXXVI, 1), aut, ex quorundam Dd. sententia, *morti iam vicinum* k).

## §. CCCLXXX.

Ex secundo (§. CCCLXXVII, 2.) recte <sup>parentum</sup> colligunt Icti (1) parricidam esse (a) qui <sup>vel libero-</sup> *patri, matri, auo, auiae*, aliisque *parentibus* suis, siue legitimis siue naturalibus l), lethiferas manus intulit, (b) qui quendam *liberorum* suorum necavit. Occisus fuerit tenerae an adultae aetatis, primi an vltioris gradus, ex legitimo an illegitimo coitu m) procreatus, in potestate occidentis adhuc constitutus an separat<sup>us</sup> etc. perinde est.

## §. CCCLXXXI.

Nec minus inde patet (2) vix parricidam esse, (a) qui patrem occisurus occidit extraneum (§. XXXVIII.); (b) qui occidit *pruignum, nouercam* n) (†), aut eorum aliquem, quibuscum sibi vel *ciuilibus* o) vel *spiritualibus* tantum p) intercedit *cognatio*.

(†) Nec obstat L. 1. et 3. D. ad L. Pampciam de  
P 4 par-

---

k) THESSAVRVS      n) NAEVIUS C. d p. 22.  
dec. 13.              o) BERGER *Elect. Iu-*  
l) STRVV C. 6. *obs. risprud. Crim.* p. 110.  
crim. 1.              p) CARPZOV *pr. crim.*  
m) *Strecters d. de par-*      qu. 9.  
*ricid.* §. 12. seq.

*parric. et §. 6. I. de publ. iud.* Priores enim leges quaestionem solum legis Corneliae de sicariis tractant, et §. 6. I. de publ. iudic. desumpta est ex L. vn. C. de his, qui parentes vel liber. occid., ac proinde ex lege codicis explicari debet, sicque loco vocabuli *affinitatis* legendum est affectionis. Clarius rem definiit L. 9. pr. et §. 1. D. ad L. *Pomp. de parr.* ibi: *Poena parricidii more maiorum haec instituta est, ut parricida virgis sanguineis verberatus, deinde culleo insuatur cum cane, gallo gallinaceo, vipera et simia, deinde in mare profundum culleus iactetur. Hoc ita, si mare proximum sit, alioquin bestiis obiciatur. Qui alias personas praeter matrem et patrem et avum et aviam, quos more maiorum puniri supra diximus, capitis poena plectentur, aut ultimo supplicio mactantur.* CONSTITUTIO Carol. artic. 131. cullei poenam in infanticidio retinuit, quam deinde praxis ad parentum caedem extendit, ita, ut in defectu fluminis, rotam substituunt. Parricidae improprie tales poena homicidii afficiuntur, quae tamen ob propinquitatem cognationis seu affinitatis extrinsece qualificatur. Const. Carol. artic. 137. fin.

### §. CCCLXXXII.

Parricidii  
poena. tam  
de L. Carol.

Parricidium, quod dolo malo perpetratum est, culleo (§. LXII, 2) 9), illud vero, quod culpa commissum, extra ordinem vindicatur \*.

\* Huius criminis reos varia poena persecuti sunt maiores. Plerumque parricidam priuabant bonis mox quibusdam L. *Frisson.* tit. XIX. mox omnibus, L. *Longob.* I, 10. prouti scilicet liberos

ros

9) C. C. art. 131.

ros habebat nec ne. *L. Wisig. VI, §. 17.* ALLEMANNI parricidam, bonis illius fisco addictis, in monasterium dextrudebant, ut ibi perpetuam ageret poenitentiam *L. Alam. tit. 40.* SCHAAFF ad *L. Pomp. de parric. §. 64.* WISIGOTHI a criminoso parricida sumebant poenam talionis *L. Wisig. VI, §. 17.* et supplicium CAROLVS M. *Capit. VI. 7. 8.* Postea Saxonibus et Sueuis poena *L. Pompeiae* aequior visa. *gl. ad I. P. S. I, 14. Spec. Sued. c. 231.* et paulatim illud inualuit, ut feminae, si quae infantem interemerint suum, viuae sepelirentur et palo transfigerentur. *KRESS ad C. C. artic. 131. §. 1. n. s. p. 418. seq. WAGNERI d. de suppli. parric. §. 18.* Alia parricidia quomodo sint punita, non omnino constat.

## §. CCCLXXXIII.

Nemesein Carolinam quarundam prouinciarum leges sequuntur, aliarum vero desequuntur. Scilicet *Saxonicum r)*, *Brandenburgicum s)*, aliaque iura culleum, *Dithmarsicum t)* viuisepturam, *Austriacum u)* et *Luneburgicum x)* rotam, *Tyrolense y)* vero, *Wurtembergicum z)* et *Salisburgense a)* gladium minantur

r) *dec. elect. 78.*

s) *MYLIUS Corp. Constit. March. p. II. sect. 3. nr. 42. 48.*

t) *art. 118.*

u) *XL. O. L. O. p. II. art. 65. FROELICH comment. über P. S. O. II, 2. pag. 298. seq.*

x) *PVFENDORF introd.*

*in proc. crimin. Luneb. c. 24. §. 89.*

y) *Tyrol. L. O. lib. VIII. art. 42.*

z) *LAUTERBACH diff. fer. 20. n. 6. GRASS col. lat. I. Ro. sect. 17. §. 3. p. 851. seq.*

a) *BLUMBLACHER ad art. 131. nr. 1.*

tur matribus infanticidis. Ius *Mulhusinum* b), inter infanticidas distinguens, iubet patrem forcipibus candentibus distractum capite truncari, matrem vero culleo insui. *I. P. Baden-see* c) masculos rota, feminas vero vel gladio vel culleo persequitur.

### §. CCCLXXXIV.

mox cessat,

Parricida, qui culpa pariter atque dolo caret, ab omni poena immunis est (§. LXXIV, 2.). Itaque non potest non impune abire, qui quendam parentum liberorumue suorum necavit (1) casu d); aut (2) ex infania e), aut (3) in summa ebrietate constitutus, aut (4) ex mandato illius, cui parere debebat, aut (5) permitte[n]te lege, ut si quis (a) patriae proditorem f), aut (b) cum sua necantis vxore adulterantem, incestuantemque (§. CCIV.) g) occiderit, aut speciatim (c) si pater extrema famis necessitate \* ductus quendam liberorum suorum mactauerit, mactatumque comederit. Caeterum hic notes

b) Mühlh. Statuta V, 15, 4.

c) L. R. VII, 18.

d) SCHOEPFF d. de infantic. praef. §. 1.

e) BILDERBECK d. de parricid. §. 25.

f) MEESTER d. de parricid. §. 24.

g) BILDERBECK c. d. §. 26.

tes velim, nulla lege fundari *b)* regulam:  
*Ex quibus causis pater filium exheredem  
 scribere potest, ex iisdem eum interficere  
 potest sine parricidii crimine.*

\* In Pomerania olim plarium filiarum pater, quas-  
 dam pro lubitu necare vel exponere poterat,  
 CRAMER Pommer. B. 5. p. I. c. II. ZEILER  
 ep. 604. Otto vero Bamb. Ep., Pomeranorum  
 apostolus, illud 1124. prohibuisse videtur ZEI-  
 LERO ep. 382.

### §. CCCLXXXV.

Non quidem omni culpa, dolo tamen, <sup>mox mitiga-</sup>  
 destituti videntur mihi (1) qui occide- <sup>tur.</sup>  
 rant, quos vel in parentibus liberisque  
 suis, vel in viuis, esse probabiliter igno-  
 rarunt *i)*, aut bicipites vel monstrosos  
 habuerunt *k)*; (2) qui impetu *l)*, aut (3)  
 ex incuria *m)*, aut per lasciuiam *n)*, aut  
 (4) iusto dolore moti *nn)*, aut (5) mo-  
 dum castigationis excedentes (§. CCCXLIV.)  
*o)*, aut (6) ad dolosas aliorum incitatio-  
 nes *p)* suos necarunt liberos; (7) qui fili-

*b)* MATTHAEI tr. de §. 1. nr. 3.  
 crimin. p. 532.

*n)* WEHNER *consil.* 4.

*i)* NAEVIUS c. d. p.  
 30. seq.

*nn)* WERNHER p. III.

*obs* 150.

*k)* Id. c. d. p. 33. seq.

*o)* CARPZOV p. IV.

*l)* BILDERBECK c. d.

*const.* 3. d. 12.

§. 28.

*p)* BERLICH p. IV.

*m)* KRESS ad art. 131.

*concl.* 7.

filiam occidit, ut ne stuprum pateretur  
 q): (8.) quæ præcepto patris inducta  
 partum recens natum occidit r) (†).

(†) gladii poena hoc casu locum habet. KRUSA  
 ad C. Car. artic. 131. §. 2, n. 4.

§. CCCLXXXVI.

Itaque parricidam defensurus (1) par-  
 ricidii attentati (§. LXXXIX.) s), (2) cae-  
 dis per accidens secutae (§. CCCLXXIX.),  
 (3) culpae minoris (§. CCCLXXXV, 2.),  
 (4) cognationis spiritualis tantum, aut  
 (5) civilis (§. CCCLXXXI. b.), (6) in-  
 certae filiationis (§. CCCLXXXV, 1.) ali-  
 asque exceptiones opponere, et sic, ut  
 poena ordinaria mitigetur, facere potest.

§. CCCLXXXVII.

mox exasperatur.

Contra in eo, qui crimen parricidii *saepe*  
 patrauit, poena ordinaria (§. CCCLXXXII.)  
 exasperatur, atque mater infanticida viua  
 sepelitur et palo transfigitur, aut ante cul-  
 lei supplicium forcipibus candentibus vel-  
 licatur t). Quam eandem poenam irro-  
 gandam putarem ei, qui *crudeli modo* per-  
 egit crimen parricidii.

§.

q) BILDERBECK C. d.

s) CARPZOV *pr. crim.*

§. 29.

q. 17.

r) WITTM *consil.* 4.

t) C. C. art. 131. §. 3.

## §. CCCLXXXVIII.

Qui parricidae a consiliis fuerunt, auxilium tulerunt, in parricidio committendo expresse assenserunt etc. sunt quidem illius focii, <sup>Parricidarum focii.</sup> aut crimen non participant eodem modo, ubi inter eos et occisum cognatio deest. Quo igitur casu eos non parricidii, sed homicidii poena persequer.

## §. CCCLXXXIX.

Qui coniugem, fratrem, sororem, aliosue propinquos occidit dolo malo, grauiori quidem poena, quam rei criminis homicidii, non tamen eadem, qua criminosi parricidae, plectendum esse iudico (§. LXXV, b.) <sup>u)</sup> (+).

(+) Constit. Carol. artic. 137. adde, quae notauimus ad §. 381.

## §. CCCXC.

Qui in occidendo coniuge, fratre alioque cognato, transgressus est limites moderaminis inculpatae tutelae, in occisi bona et iura alias sibi quaerenda <sup>x)</sup> non succedit, sed ea fisco relinquere debet <sup>y)</sup>.

TIT.

<sup>u)</sup> Strecker c. d. c. 3.      <sup>y)</sup> LVDOLF *obs. for.*  
<sup>x)</sup> I. P. S. III, 84.      <sup>36.</sup>



## TIT. XXXI.

DE

## EXPOSITIONE INFANTVM.

## §. CCCXCI.

Expositio infantum an capitalis? et

Qui recens natum, ut pereat, abiecit, aut loco solitario vel hyemis tempore exposuit (§. CCCXXVII, 4.), de caede, si qua sequuta est, tenetur (§. XXXIV, 7.); \* 2). Vnde mox cullei (§. CCCLXXXII.), mox gladii (§. CCCXLVI.) poenae dandus est locus (†).

\* Infantum expositio, quae olim ignorabatur, Francorum tempore, ut vel infamia declinaretur vel onus alendi deponeretur, frequentata, immo, ne infanticidia committerentur, sermone sacro imperata est. *Conc. Marisc. c. 6.*

(†) Si nempe animo occidendi directo expositio facta et mors secuta est, cullei, si vero indirecto animo occidendi partus expositus occisus est, gladii poena locum habet. vide BOEHMER *ad Carpzov. quaest. 10. obf. 1.*

## §. CCCXCII.

quando haec poena cesset?

Quia vero capitali poenae non, nisi de expositione, exponentis animo occidendi, et caede sequuta constat, datur locus; iubet praxis eos (1) qui infantem *mortuum*

2) C. C. C. art. 132.

*tuum* a) abiecerunt, aut (2) neque modo neque tempore periculoso, ut vel infamiam vel onus alendi a se defenderent, exposuerunt *viuum*, qui postea per accidens periit b) etc. relegari, atque (3) illos, quorum doloso consilio non respondit euentus, fustigari c).

## §. CCCXCIII.

Qui infantem expositum suscepit (†), <sup>Iudicium</sup> *impensas*, si quas in eum propterea fecerit, ab expositionis auctore repetere potest. \* <sup>ciuile.</sup>

(†) Communitati, in qua inuentus est infans, onus alendi tribuit BOEHMER *ad Carpzou.* quaest. 10. obs. 10. Alii vero iudici, qui in loco expositionis superiore gaudet iurisdictione, onus alendi imponunt CARPZOV quaest. 10. n. 27. In dabo liberi expositi praesumuntur illegitimi. BOEHMER. l. cit.

\* L. *Wisig.* IV, 4, r. suscipienti tribuit suscepti dominium, ita tamen, ut, vel pretio soluto vel seruo vicario surrogato, illud dissolueretur.

TIT.

a) CARPZOV *de infans. expos.* p. II. §. 13. nr. 3.

b) MYLIVS *ad BEYE.* RVM p. 248. pos. 18.

c) BERGER *El. Iur. Crim.* p. III. BOEHMER *ad Carpzou.* qu. 10. obs. 2.

## TIT. XXXII.

DE

## ABORTU PROCURATO.

## §. CCCXCIV.

Abactio foetus

**P**rocuratio abortus dicitur quaelibet actio *d*), qua foetus humanus in utero matris latens expellitur\*.

\* Hoc delictum in Germania frequentari cepit, ex quo Italorum pessimum vivendi genus corruptis probos mores nostrorum maiorum. Primi illud cognoverunt Wisigothi.

## §. CCCXCV.

animati.

*Foetus ille vel vitalis est vel nondum vitalis e*). Tempus, a quo foetus vitalis censeretur, non determinat Carolus, nec idem ponunt Icti *f*). Hodie, Dd. theoretici tempus conceptionis *g*), practici vero illud, quo foetus in utero se movit, nominant (*†*). Iurium provinciarum vero et statutariorum alia *4* $\frac{1}{2}$  *b*), alia

*d*) FROELICH c. l. p. II. 13. p. 208. nr. 2.

*e*) BALVZ. Capitul. To. I. p. 82. 116. C. C. C. art. 133.

*f*) POECKEL d. de crim. partus abacti c. 2. §. 29. BERGER El. Iur. Cr. pag. 112. CRYSIVS de in-

dic. p. II. c. 33. nr. 23. seq.

*g*) BRUNNEM. proc. inq. c. 6. nr. 69. THOMASIVS ad LANCELL. IV, 10, 7.

*b*) p. IV. const. elect. Sax. 4. VI. O. R. O. art. 66. §. 6.

alia §. mensibus i), a conceptione praeterlapsis, ventrem praesumunt viuere.

(†) Fata distinctionis inter partum animatum et non animatum exponit ВОЗНМЕА ОБІ. I. ad *Carprou. pr. crim. quaeft. 11.*

### §. CCCXCVI.

Ab eo qui foetum vitalem (§. pr.), vt <sup>capitalis est.</sup> periret, expulit, supplicium \* sumitur. Speciatim *masculum* gladio, *feminam* culleo puniri iubent nemesis Carolina k) et quarundam prouinciarum leges l). Praxis vero non sexum procurantis abortum, sed cognationem, quae inter foetum intercedit et illum, a quo eiicitur, attendere, atque hunc, vbi extraneus est, vt homicidam, sin mater, impraegnator aut alius quis ascendentium, vt parricidam punire solet. (†)

\* Olim poena pecuniaria erat. *L. Alamann. XCI. Baiun. VII, 18. seq.* Soli Wisigothi quaerebant: num poculo an ictu partus abactus fuerit? illo casu capitalem, hoc vero pecuniariam poenam statuentes. *L. Wisig. VI, 3, 1. 2.*

(†) Praxis matrem aequae ac extraneum gladio punire

i) *Scatur. Mulbus. V,*

11, 3.

k) *a. C. C. art. 133.*

§. 2.

*Engau Jus Crimin.*

l) *Bad. L. R. p. VII,*

tit. 19. *Pfalz. Mal. O.*

tit. 21.

Q

nire solet, ob incertum natiuitatis euentum; et verba Carolinae artic. 137: oder sonst zum Tod gestraffet werden. BOEHMER obs. 3. ad Carpzon, quaest. 11.

## §. CCCXCVII.

Quando poe-  
na cesset,  
mitigerur aut

Si femina casu fortuito, aut eum in finem procurauit abortum, vt effugeret mortem, a qua alio modo liberari non potuit *m*), omnis poena cessat; ordinaria vero leuior, et quidem *relegatio*, petitur ab iis (1) qui foetum expellere non potuerunt, aut (2) poculum abortionis, quod non satis intellexerunt, propinauerunt; *fustigatio* vero cum perpetua *relegatio* coniuncta manet illos, qui (3) foetum expulerunt quidem, ast nondum vi-  
talem *n*), (†) vel eum, quem viuere ignorabant; (4) qui eo procurarunt abortum, quod praegnantem feminae per incuriam, lasciuam etc. vim fecerint *o*). Idem dicendum erit de ea, (5) quae adhuc minorennis, aut (6) minis vel dolosis per-  
sua-

*m*) MYLIUS ad BEYERVM c. art. pos. 15. BEYER de *medico-legali inculpata ad seruandam puerperam* §. 49. 65. SCHROETERI d. de iure matris circa liberos sanguinolentos §. 70.

*n*) THEODORICI coll. crim. c. 7. aph. 7. pag. 1050.

*o*) KRESS ad c. art. §. 2 not. 2. NAEVIUS d. de infans, et parric. pag. 34-  
seq.

suasionibus patris ducta p), aut, (7) ut a morbo gallico liberetur q), procurauit abortum.

(†) Hoc casu arbitraria poena solum locum habet.  
Const. Car. art. 133. fine.

### §. CCCXCVIII.

Contra ordinaria grauiori poenae locus exasperetur? est, ubi (1) crimen abortus *interueniente pecunia* patratum r), aut (2) cum *interne- cione grauidae* coniunctum est.

### §. CCCXCIX.

Qui venenum aut medicamentum ab- Socii.  
ortium praepararunt, aut praeparatum grauidae dari, vel ab ea hauriri manda- runt, consuluerunt etc. si dolo malo ege- rint, ut principales rei puniuntur, habita tamen ratione cognationis inter eos et foe- tum abactum intercedentis nec ne.

### §. CCCC.

Qui commodum moraliter certum per <sup>Iudicium</sup> abactionem partus cuidam eripuit, illud <sup>ciuile.</sup> pensare tenetur s).

Q 2

TIT.

p) N. O. L. O. art. 66.

§. 13. FROELICH lib II.

tit. 13. nr. 6.

q) MYLIVS c. 1. pos. 14.

r) FROELICH C. I.

nr. 9.

s) KRESS ad art. 133.

C. C. §. 7.

## TIT. XXXIII.

DE

## PROCVRATA STERILITATE.

## §. CCCCI.

Procuratae  
sterilitatis  
reos

**C**arolus denique homicidii reos esse fingit, quotquot spem prolis eripuerunt, utpote (1) qui, quo minus coirent coniuges, fecerunt malis medicamentis, effascinationibus, incantationibus, aliisque artibus magicis †); (2) qui masculum castrarunt, eique virgam et nervos torpere, aut vasa semen ferentia ficcari fecerunt; (3) femina, quae se ipsa sterilem reddidit, siue hoc explendae libidinis ergo, siue ex odio, siue ex alia causa fecerit. (†)

(†) Quod sterilitatis procuratio ad homicidii species referatur, ex principiis iuris canonici est. Nam c. 5. X. de homicidio statuit, hominem occidere et ne ille nascatur prohibere, idem esse.

## §. CCCCH.

quae poena  
de I. Caroli-  
no, et

Ab his (§. pr.), si dolo malo egerint, supplicium sumi iubet Carolus \* u). Itaque

†) DELRIO *disquis. mag.*  
lib. III. p. l. 4. sect. 8.

p. 417. SIMON *de impos.*  
*conjug.* c. 6. th. 4.

u) C. C. art. 133.

que (1) medicus, qui medicamento suo conceptionem procuraturus procuravit sterilitatem, (2) femina, quae medicamento, quod sumfit, vim procurandae sterilitatis inesse, plane ignoravit, et (3) qui masculinum castravit ad praeceptum sui principis etc. quum dolo careant, vix sunt plerumque capite.

\* Dictum facinus maiores nostri sola pecunia composuerunt *L. Sal. XXXII, 17. Ripuar. tit. VI. XXVII. Longob. I, 7, 18. Alamann. LXV, 28. 29.*

§. CCCIII.

Quia vero hominem occidere, et, ne <sup>praxi hodie-</sup> <sup>na maneat ?</sup> ille nascatur, prohibere, differunt; atque corpus delicti, peremptam prolis futurae spem concernens, nimis dubium est; iudicant rerum forensium Dd. x), reum criminis procuratae sterilitatis non nisi arbitrarie, et ad summum fustigatione coercendum esse.

TIT. XXXIV.

DE VENEFICIO.

§. CCCIV.

**V**eneficium est homicidium (§. CCCXXIV.) In veneficii  
(†) veneno patratum.

Q 3

(†) Cri-

---

x) BEYER ad c. art. p. IV. concl. 8. nr. 58.  
pos. 9. seq. BERLICH seq.



(†) Crimen veneficii non semper homicidium est, Sed sufficit, quod animo necandi venenum datum, et exinde vel mors secuta, vel sanitati irreparabile damnum sit illatum. Constit. Carol. artic. 130. *ibi an Leib oder Leben beschädiget.* adde **BOEHMER** ad *Carpzon.* quaest. 21. obl. §.

## §. CCCC.V.

reos

Vnde facile patet (1) eum, qui tantum paravit aut vendidit venenum malum, veneficum non esse; (2) veneficium a quovis, medico et alio, (3) in quemvis hominem (§. CCCXXVI.) (4) quocunque veneno noxio, non tamen (5) pice futoria iufculo immixta y) committi posse; (6) *attentasse veneficium*, qui illud fecit venenum, ex quo mors venenati vel plane non (†) vel per accidens tantum (§. CCCXXXII, 2.) secuta est z).

(†) Secundum verba Constit. Carol. artic. 130. omnino veneficii criminis reus, qui animo necandi venenum dedit, ex quo sanitati irreparabile damnum est datum. Quamvis in praxi hoc casu mitiorem poenam, gladii nempe, sufficere statuat *Ludovici* ad citatum art. 130.

## §. CCCC.VI.

criminosos.

Neque veri neque quasi criminis veneficii accusare poteris, quotquot casu, vel ex

y) HOMBORG R. 88.

z) GRABER collat. I. Civ. sect. XVI. §. 3. p. 809.

ex necessitate vel furoris tempore aliquem veneno sustulerunt. Contra quasi criminis veneficii rei sunt: (1) qui viuum argentum aliudue, quod ex medicorum sententia noxium non est, aut (2) illud, quod omnes noxium habent, ipsi autem quod ad vim et quantitatem non cognouerunt, vel (3) si quod satis cognouerint, tamen ad licitum finem *a*), vel (4) imprudenter *b*) aut temere alicui praeberunt, ficque mortem parauerunt.

## §. CCCCVII.

Criminis veneficii reos, prout masculi <sup>quae poena</sup> sunt aut feminae, vel rota contundi, vel <sup>lure Caroli-</sup> in aquis extingui \* iubet Carolus <sup>no et</sup> *c*).

\* Veneficium maiores nostri componebant pecunia. *L. Sal. XXII, 1. L. Ripuar. LXXXIII, 1. 2. L. Longob. I, 9, 6. 7.* Wisigothi vero, et quoque Longobardi post Henrici tempora de venenariis homicidis sumebant supplicium *L. Wisig. VI, 2, 2. L. Longob. I, 9, 39.* Media aetate hoc homicidium sub MORDRO comprehensum, et poena vnicomburij vindicatum est, quod ex *I. P. S. II, 13. Sum. c. 114. §. 12. ed. MEICHSEN. et ap. BERGER p. 201. colligunt Dd.*

Q 4

§.

*a) OLDEROP. obs. crim. IV, 3.*

*sult. med. To. I. p. 35. 351. WERNHER p. X. obs. 444.*

*b) HOFFMANN con-*

*c) C. C. art. 130. §. 1.*

## §. CCCCVIII.

provinciali  
statuta?

In *Saxonia d)* et *Palatinatu e)* criminis veneficii reus, cuiuscunque sexus sit, rota contunditur. In *Austria f)* et *AEP. Salisburgenſi g)* masculorum crura rota suffringuntur, feminarum vero capita amputantur.

## §. CCCCIX.

Quae hanc  
exasperant,

Quoties crimen veneficii (1) saepius (§. LV, 5.) aut (2) mediante venenata hostia (§. eod. nr. 6. seq.) *b)*, aut (3) in personam sanguine vel alia necessitudine iunctam (§. eod. 7.), commissum est *i)*, toties ordinaria poena (§. CCCCVII. seq.) exasperatur, siquidem ad mortem condemnatus vel trahae imponitur, vel candenti forcipe vellicatur *k)*. Quid? quod veneficus, in cuius parentum vel liberorum numero fuit veneno necatus, insuitur culleo *l)*.

## §. CCCCX.

mitigentur?

Contra ordinaria poena mitiganda est, ubi

*d)* CARPZOV *pr. crim.* qu. 20. nr. 22. seq.

*e)* *Churpf. Malef. O.* tit. 19.

*f)* *N. O. L. O.* art. 72.

*g)* BLUMBLACHER ad c. art. nr. 1.

*b)* MYLIVS ad BEYER

RVM p. 235. pos. 19.

*i)* BEYER ad art. 130. pos. 14.

*k)* C. Cr. art. 130 §. 2.

*l)* FROELICH *comment.* über P. S. O. lib. II. p. 217. CARPZOV c. q. n. 41. seq.

vbi (1) caedes vel plane non \* m) vel non ex veneno secuta est n) (§. CCCCIV, 6.); (2) culpa tantum in veneficio residet (§. CCCCVI.) etc.

\* Aliter sensit cancellaria Cellensis, teste PUFENDORFIO *inrod. in proc. crim. Luneb. c. 24. §. 14.*

### §. CCCCXI.

Qui hominis necandi causa venenum vendidit (†), de damno, si quod secutum est, tenetur (§. XXXIV, 7.). Illius vero, qui promiscue, notis et ignotis, venena vendidit, poena nimis variat o). Quid iustum sit circa eos, qui veneficium mandarunt, consuluerunt etc. res per se clara est.

(†) Qui necandi causa vendidit, si alicuius vitae seu sanitati immedicabile damnum veneno factum est, capitali poena adficitur. Hoc vero damno cessante arbitraria poena locum habet. Qui imprudenter venenum vendidit, itidem arbitrarie puniatur. CARPZOV *pr. crim. quaest. 20. n. 4. seq.* Caeterum, quae Const. Car. art. 37. de venditione veneni disponit, hodie non ubique vsu servantur.

### §. CCCCXII.

Qui pascua, cerevisiam, fontes, bruta etc. Praxis hodi-  
Q 5 vene-erna.

m) GRASS c. l. p. 310.  
seq. HERTIVS *Resp.* 525.  
Diss. FORT *de poena conatus*  
c. VIII. §. 37. seq.

n) THEODORICI *iud.*  
*crim.* p. 996. CARPZOV  
c. q. nr. 31.  
o) Dd. ad C. C. art. 37.

veneno infecerunt p), si eo damnū dederint hominibus, in Saxonia ignem q), extra eam vero gladium r) habent vindictam; sin nulli homini attulerint damnū, tam in Saxonia s), quam extra eam, obtinet poena arbitraria t). Sic lanionem, qui sciens infestas oves mactauerat vendideratque, sed iis nemini nocuerat, fustigandum censuerunt lenenses u). Qui *amaris conciliandi* gratia venenum dedit, secuta morte relegatur vel fustigatur (†), prout a morem licitum aut illicitum x) quaesuit. Eum, qui *perpetuum morbum* v. c. dementiam veneno causatus est, gladio plectendum esse, sunt qui statuunt y).

(†) imo gladii poena locum habet, si is, qui sciuit, mortem facile ex porrecto philtro sequi posse. L. 38. §. 5. D. de poenis, quia hoc casu animus occidendi indirectus adest, ob quem gladii poena locum inuenit. BOEHMER *ad Carpzov.* quaest. 21. obs. 3.

TIT.

p) ROHRS *Haush. R.* p. I. p. 833. STRVV d. *de iure pasc.* th. 44.

q) p. IV. const. 18. ibique CARPZOV *def.* 1. et *pr. crim.* qu. 21. nr. 29. seq. BERLICH p. IV. *concl.* 26.

r) KRESS ad art. 130 §. 5.

s) p. IV. const. cl. 3.

t) ENGELBRECHT d. *de malef. corp.* c. 7. §.

42. I. P. *Bad.* VII, 68.

u) ROHR c. I. p. 904.

x) BERGER *Elect. Iur. Crim.* p. 113.

y) KRESS ad c. art. §. 4. nr. 2. GRASS c. I. p. 811. WAGNER d. *de veneficii, siue homicidii per venenum attentati, in casu, ubi mors ipsa non facta, poena capitali.*

TIT. XXXV.

DE

HOMICIDIO PRODITORIO.

§. CCCCXIII.

**H**omicidium proditorium, praeter assassinium (§. CCCLXVII.) et veneficium (§. CCCCIV.), significat quoduis homicidium per eas insidias factum, quae praevideri et praecaveri non potuerunt. Homicidii  
proditorii

§. CCCCXIV.

Inde sequitur, ut homicida proditor reus sit, qui v. c. socium itineris, hospitem suum, vel alium, quocum familiariter conuersatus est etc. nefarie occidit z).

§. CCCCXV.

Qui dolo malo homicidium proditorium qua poena  
adficiatur? commisit, rota contunditur a). Iure Austriaco ii, qui sub specie mendicitatis caedem commiserunt, forcipibus candentibus dilacerati in 4. partes sunt secandi b).

TIT.

z) CLASEN adart. 137.

b) GVARIANT. Cod.

a) IDEM c. l. p. m. 441.

Austr. p. 692.

## TIT. XXXVI.

## DE AVTOCHIRIA.

## §. CCCCXVI.

De autochiriae

**A**utochiria est actus, quo quis sibi ipse violentas manus (†) infert. Qualem qui dolo malo, seu ex reprobata causa, suscipit, *criminis autochiriae* reus est.

(†) seu potius, mortem.

## §. CCCCXVII.

reis

Itaque (1) qui *mente capti, furore agitati, atrae bilis angustiis pressi, extremi doloris metu percussi c)*, *stulta simplicitatis opinione ducti, mandato principis seuero parentes* etc. sibi metipsis mortem consciuerunt, itidem (2) qui *rerum naturalium, earumque virtutum, ignari venena deglutierunt, nec non (3) qui, ut reipublicae aut aliis inferuissent, vitam suam consumserunt, et breuiorem reddiderunt d)* etc. *criminis autochiriae* accusari nequeunt.

## §. CCCCXVIII.

criminosis

Contra istius criminis rei erunt, qui *promeritarum poenarum metu, temeritate, irratio-*

c) BOCRISII d. de eo quod iustum est circa seipsum. *proprium*. §. 16.

d) GERHARD d. de crimine et poenis *proprium* §. 4. seq.

*rationabili diffidentia, aliaue reprobata causa duci interitum sibi pararunt ipsi e).*

§. CCCCXIX.

Nullam poenam propricidis statuunt an- quid leges  
tiquae leges, specula \* et nemesis Caroli-  
na. (†) Haec enim disponit tantum f):  
*ne quis sua ipsius caede interuertat legitimam  
bonorum suorum confiscationem.*

\* Propricidarum cadauera olim combusta fuisse, vix probatur ex *Gl. I. P. S. II, 3. LL. Goslar. ap. LEIBNITIVM scriptor. rer. Brunsv. To. III. p. 501.*, ea vero in Ep. Herbipolitano comburi iubet *Würzburg. Cent. Ord. de A. 1570. art. fin. apud KIRCHGESNERVM trib. nemes. i. iud. p. 227. 350.*

(†) Quamuis autochir proprie nullam sentiat poenam, in terrorem tamen aliorum cadauer inhonesto modo tractatur. Iure Rom. distinguitur, an quis taedio vitae vel impatientia dolorum, an ex metu poenae sibi mortem accelerauerit? Hoc casu ex autochiria praesumptio criminis commissi oriebatur, et bona autochiri fisco inferebantur, nisi heredes innocentiam probarent. Illo vero casu autochiria extra poenam erat, L. 3. §. 4. 6. 7. D. de bonis eorum, qui ante sententiam mortem. Ius canonicum iis, qui dolo malo sibi mortem conscuerunt, honestam denegat sepulturam c. 12. C. 23. qu. 5.

§. CCCCXX.

---

e) IDEM c. d. §. 10. *nis erga seipsum p. 49. seq.*  
seq. STRYK d. de iure homi- f) art. 135.



## §. CCCCXX.

inoresque  
statuant?

Interim tamen moribus inualuit, vt ca-  
dauera (1) eorum, qui metu poenae in cri-  
men, cuius iam confessi et conuicti sunt,  
statutae se occiderunt, pro grauitate crimi-  
nis commissi vel discindantur vel in furca  
suspendantur vel rotae imponantur vel  
comburantur etc. g), (2) reliquorum vero  
criminosorum propricidarum (§. pr.) alicui-  
bi vel per fenestras deiecta, vel sub do-  
mus limine extracta b), asinino more sepe-  
liantur i).

## §. CCCCXXI.

An bona  
propricidae  
fisco addi-  
cenda?

Quia dispositio nemeseos Carolinae eo  
tendit, vt ne propricidio impediatur bono-  
rum confiscatio (§. CCCCXIX.) k): sequi-  
tur, vt qui (1) confessus et conuictus cri-  
minis, cuius poena in confiscandis bonis  
non consistit l), aut (2) vt reus quidem, sed  
non dum accusatus criminis perduellionis  
aliusue, quod confiscationis bonorum poe-  
na manet etc. se occidit, heredem habere  
possit, etiam testamentarium m). In ep-  
ta-

g) FALCKNER *de au-  
zochiria* c. 3. th. 6. DOR-  
FLER *Schaupl. der L.  
und Lebens. Strafen* p. II.  
c. 21. nr. 33. seq.

b) LVDOVICI d. *de iu-  
re carnis. in bona propri-  
cidarum* §. 3. seq. DAM-  
HOVDER *pr. crim.* c. 88.

i) FALCKNERI c. I.  
th. 8.

k) THEODORICI *Iud.  
Crim.* pag. 1036. seq.

l) C. C. art. 135. §. 2.)

m) I. P. S. II, 31. *Weichb.*  
art. 26. GERHARD c. d. §.  
38. LVDOVICI c. d. §. II.

tamen *Herbipolitano n)* criminoforum pro-  
 pricidarum bona omnia, in comitatu vero  
*Tyrolenfi o)*, mox omnia mox quaedam fi-  
 fco addicuntur.

§. CCCCXXII.

Non solum carnifici *mercedem* suam sol- <sup>Sentens</sup>  
 uere, sed et omnes *sumtus*, ad transpor- <sup>Seld.</sup>  
 tandum *propricidae* cadaver *necessarios*, fa-  
 cere tenetur iudex *p)*, qui tamen quas fe-  
 cit expensas, ex hereditate *propricidae*, si  
 haec soluendo esset, repetere potest *q)*. (†)

(†) Quod ab aliis non sine speciosis rationibus ne-  
 gatur. *Ludonici* disp. de iure carnif. in bona pro-  
 pricid. §. 27. Hoc tamen certum est, heredes eius,  
 qui sibi mortem consciuit, ut effugeret poenam  
 ex instituta inquisitione metuendam, ad sumtus  
 processus inquisitorii forendos obligari **BOEHMER**  
*ad Carprou.* qu. 138. obf. 5.

§. CCCCXXIII.

Consuetudo, qua carnifex ea omnia, <sup>Ius carnificis</sup>  
 quae in loco commissi *propricidii* stans <sup>in bona pro-</sup>  
 mucrone gladii sui attingere potest, sibi <sup>pricidae.</sup>  
 vin-

*n)* **KIRCHGESNER**, c. l.  
 p. 350.

*p)* **BEYER** de expens.  
*execut. criminal.* nr. 301.

*o)* **FROELICH** *comment.*  
*liber P. 5. G. O. p. II.*  
 p. 243.

*q)* **MYLIUS** ad **BEY-**  
**ERUM** art. 135. pos. 25.

vindicat r), vniuersalis non est. Hinc carnifex ad eam prouocans, (1) debet probare, istam antiquitus viguisse et adhuc vigere in loco commissi proppricidii s), atque (2) probata hoc vti modo, vt ne quid damni inferat cuidam innocenti t). Quam consuetudinem quidam Dd. penitus reprobant u).

### §. CCCCXXIV.

Poena pro-  
pricidii dolo  
malo atten-  
tati.

Plerumque statuunt Dd. (1) eum, qui melancholia ductus sibi violentas manus inferre voluit, sed, quo minus inferret, impeditus est, clericis committendum, (2) illum vero, qui ex conscientia sceleris, vel alia causa reprobata, attentauit proppricidium, *relegatione* aut *carcere*, speciatim (3) feminam, quae sibi praegnantem manus violentas inferre attentauit x), prout foetus seruatus est, aut non, vel *fustigatione* vel *relegatione* y), atque (4) militem, proppricidii

r) DORFLER c. l. p. l. p. 583.

s) CARPZOV *pr. crim.* q. 2. III. 32 FALCKNER c. d. th. 9. LVDOVICI c. d. §. 14. seq.

t) Magdeb. Pol. O. c. 76. §. 4.

u) LVDOVICI c. d. §. 22. seq. GERHARD *de crimine et poenis proppricidii* §. 39. STRYK *V. m. ff. tit. de bonis eorum, qui ante sens.* §. 2.

x) STRYK c. l. §. 3.

y) MYLIUS ad BRYK RVM a. 135. pol. 16.

dii dolo malo attentati reum, *capite ple-*  
*ctendum esse* 2).

§. CCCCXXV.

Qui ex phrenesi aut alia animi imbe-  
cillitate sibi mortem appropinquavit, aut  
saltem appropinquasse videtur, *ad margi-*  
*nem caemeterii sine pompa funebri sepe-*  
*litur a*).

Propricida  
non crimi-  
nosus.

TIT. XXXVII.

DE INCENDIO.

§. CCCCXXVI.

**I**ncendium est actus, quo quis aedificiis  
vel aliis rebus ignem subiicit pericu-  
losum (†).

Incendium

(†) periculosus ignis dicitur, ex quo vel vitae ho-  
minis vel civitati aut pago cuidam periculum im-  
minet. Subiicit vero ignem, qui efficit, ut ar-  
deant aedes.

§. CCCCXXVII.

Itaque (1) incendiariis annumerari ne-  
queunt, qui incendium minati sunt h. v.  
sic

qui fecerint.

2) BEHAIMB *mil. de-*  
*ling. obl. 4.*

a) BERGER *Elect. Iur.*  
*Cr. suppl. p. II, obl. 104.*  
*p. 296.*

*Engau Ius Crimin.*

R

sie wolten dem andern einen rothen Hahn aufs Haus setzen, aut ignem subiecerunt rebus non combustibilibus; (2) non nisi *attentati* incendii rei erunt, (a) qui materiam ad ignem concipiendum aptam aedibus subiecerunt, aut (b) quam alii subiecerunt, concipere fecerunt ignem, quem ipsi poenitentia ducti extinxerunt subito *b*); (3) incendii consummati accusari possunt, quotquot fecerunt, vt aedes arderent. Vt hae consumtae fuerint *c*), vt ue flamma omne illud absumserit, quod incendiarius perire voluit, ad delictum incendii minime requiritur.

### §. CCCCXXVIII.

eos manet  
poena ignis,  
quae

Qui incendium (§. CCCCXXVI.) fecerunt (§. CCCCXXVII.) dolo malo, viui comburuntur *d*), dummodo, quod volunt interpretes, ex igne subiecto integrae cui-dam ciuitati aut vitae hominum aliquid imminuerit periculi \*.

\* Olim incendiarii soluebant compositionem, *L. Sal. XVIII, 1. Alemann. LXXXI. Anglon. VIII. Frifon. VI. Baiuuar. IX, 1. seq.* quae maior erat, si homines simul perierant *L. Ripuar. VI.* aut domus in vrbe sita incensa fuerat. *L. Wisg. VIII,*

*b*) THEODORICI *Iudic. obs. 176. Crim. c. VII. aph. 8.*

*d*) C. C. C. art. 125.

*c*) WERNER *p. IX.*

VIII, 2, 1. Postea *edictum Theodorici R.* seruos incendiarios flammis tradi, *L. Sax. V, 2.* vero dolosos incendiarios cuiusuis generis vita privari iussit. Media aetate inter Brenner et Nord-Brenner distinguebatur, quorum hi rota, illi gladio puniebantur. *L. P. S. II, 13. Spec. c. 114.* De eo: quinam fuerint Nord-Brenner? dissentiunt Dd. Alii clandestinos, alii mercede conductos incendiarios, alii eos, qui praedae causa incendunt, intelligunt. Cur multis hunc dissensum Dd. discaterem, certe non est, quam neque O. C. neque praxis laudatam incendiariorum distinctionem adprobet.

### §. CCCCXXIX.

Ab omni poena immunes erunt (1) <sup>modo cessat,</sup> septennio *minor, furiosus, vi maiori compulsus* etc. vbi incendium fecerunt; (2) qui, sub *auspiciis principis* militantes, aedes hostium, aut (3) ob *urgentem salutem publicam*, suburbium proprium incendunt.

### §. CCCCXXX.

Poena ordinaria mitigatur non solum <sup>modo miti-</sup> (1) ob incendiarii *minorem aetatem e*), me-<sup>gatur,</sup> lancholiam *f*), insignem stuporem *g*) et

R 2

*sim-*

e) BARTHOLDI d. de *incend. fam. c. 3. nr. 64.*  
HARPPRECHT *Resp.*  
99. nr. 35.

*Crim. suppl. p. II. obs.*  
129.

g) GARFZOV *pr. crim.*  
qu. 39. nr. 10. et *lib. VI.*  
*Resp. 9.*

f) BERGER *El. lur.*

*simplicitatem* b), *poenitentiam* cum celerissima ignis extinctione (†) coniunctam i), itidem (2) casu, quo incendium *attentatum*\*, aut (3) *culpa* tantum commissum\*\* est; sed et (4) si nullum integrae ciuitati imminuerit *periculum*, vti casa vel taberna ab aliis aedibus remota accensa fuerit k): neuiquam vero (5) ob delinquentis *sexum* sequiorem, aut *nobilitatem* auitam, (6) ob *damni*\*\*\* igne dati *resarcitionem* l), aut (7) *transactionem* super eo initam, aut propterea quod (8) quis suam ipsius domum incenderit, quodue (9) flamma opinione latius grassata fuerit (§. XXXIV, 7.) m).

(†) et quidem in casu, quo quis ignem, antequam aedes ardere ceperunt, ipse statim extinxit, carceris & relegationis poena, si vero aedes ardere ceperunt, et incendiarius poenitentia ductus ignem quidem extinguere voluit, at non potuit, gladii poena locum habet. adde BOEHMER *ad Carpz.* quaest. 39. obl. 1.

\* Qui attentatum crimen incendii pro consummato habent, quid dicant, nesciunt, quum in flammis excitaris quaerant conatum. POTT *de poenis conatus* c. VI.

\*\* Huc

b) CLASEN ad c. art. p. 397.

k) BEYER ad cit. art. pos. 6.

i) LVDOVICI d. de effect. poenit. c. 3. §. 17.

l) STRYK d. de incend. casual. pos. 2. nr. 7.

GRASS c. l. p. 787.

m) WERNHER p. IX. obl. 176.

\*\* Hinc pertinet, qui (a) ignem, prout decet, non custodiuerunt, (b) materiam combustibilem prope locum, vbi quotidie ignis alitur, posuerunt, (c) globis columbarum petentes rectam aliquod stramineam incenderunt, (d) loco non congruo ignem suscitauerunt etc. Pro culpae varietate poenam variare, nec semper inquisitorio processui locum esse tradit BERGER *Elem. Jurispr. Crim. suppl. p. II. obf. 130.*

\*\*\* Damnum datum, illiusque resarcitio attendi debet in poena extraordinaria determinanda. BERLICH *p. IV. concl. 25.*

## §. CCCCXXXI.

Est quidem causa, cur poena ordinaria nunquam qualificetur n); quoties alia concurrunt crimina, ut si quis vi pacti cum hostibus initi incendium fecerit etc. praxis tamen in hoc casu pariter atque in reiterato incendi crimine, qualitatem poenae ordinariae respuit o).

## §. CCCCXXXII.

Rerum forensium Dd. volunt (1) minorem 14. a. si furti, quod perpetravit, occultandi causa, et (2) maiorem, si lata culpa aedes incenderit, gladio puniri; (3) fustigari, qui leui culpa ignem suscitauit periculosum (†); (4) grauiori poena ad-

R 3

Vfus foren-

fis,

n) GRASS *collat. I. Ciu. p. 786.*

o) CARPZOV *qu. 38. nr. 67.*



adfici, qui damnum igne datum restituere nequit *p*); (*r*) *extra ordinem* puniri (a) ciuem, qui quo minus oriretur incendium, non impediuit, quum tamen potuit *q*), aut (*b*) ortum extinguere detrectauit.

(†) Nimis dura est poena, quam in culposos incendiarios statuit auctor. Incendium enim lata culpa excitatum fustigatione, non poena gladii punitur. LEYSER spec. §41. m. 10. BOEHMER ad Carpzou. quaest. 39. obs. §. Leui culpa commissum, si damnum resarcitur, carcere, secus relegatione punitur. SEYER ad C. Cr. Car artic. 125. pos. 1. Leuissima culpa plerumque extra poenam est, ad damni vero restitutionem obligat. L. 23. §. 12. D. de poenis.

§. CCCCXXXIII.

Iudicium ciuile.

Qui incendium dolo culpaue fecit (†), damnum eo datum resarcire debet. In Saxonia tamen, et quibusdam aliis germaniae prouinciis, ab incendiariis, qui poenam mortis sustinuit, heredibus resarcitio damni igne dati peti nequit *r*).

(†) dolus uero et culpa non praesumitur, ideoque ab allegante probari debet. Decerni quoque solet iuramentum purgatorium. BOEHMER ad Carpzou. quaest. 39. obs. §.

*p*) LEYSER sp. DXLI. m. 10. STRYK d. de incend. cas.

*q*) LEYSER c. sp.

m. 5.

*r*) CARPZOU c. I. nr. 43. BERLICH p. IV. concl. 24. nr. §1. seq.

## §. CCCCXXXIV.

Mos eum, qui ad extinguendum in-<sup>Vindicta</sup> incendium in sua domo ortum vicinos non <sup>priuata.</sup> vocauit, in ignem proiiciendi s), repro- batur hodie t). Interim tamen, si qui eo vfi sint, ob iustum dolorem extra ordinem puniuntur.

## TIT. XXXVIII.

## DE MAGIA.

## §. CCCCXXXV.

**M**agia est ars diuinandi et miranda fa-<sup>Magiae</sup> ciendi, modo, quem plebs adhuc co- gnoscere non potuit u).

## §. CCCCXXXVI.

Diuiditur (1) in *diuinatricem* et *operatri-* cuiuscunque *cem*, atque (2) prout nititur vel viribus et qualitatibus *naturae*, vel, quod olim fere omnes statuebant, commercio et pacto \* cum *cacodaemone* inuito, in *naturalem* et *diabolicam* x) siue *haereticalem* y).

R 4

sem-

s) Gl. ad I. P. S. II,

x) FROELICH C. I. II

§ 1.

3, 1.

z) Diff. DAMHOVDER /

pr. crim. c. 104. nr. 3.

y) b. BOEHMER I. E.

u) WIER de praestig. P. To. V. p. 461.

daemon I, 1.

semper, *illa*, si simul noxia, notam incurrit criminis.

\* Hoc pactum, quod ab initio mysticum fuisse videtur, succedente tempore verum et proprium habuerunt simplices. Vnde non mirum, quod, quum primarii hominum adfectus sint *voluptas, ambitio et auaritia*, statuerint, magos idcirco pactum cum diabolo inire, vt (a) ipsis cum hoc, aut cum iuvene, diaboli ope hircum adducto, *congradi*, atque choreis et commellationibus in monte bruclerorum interesse liceret. MIRVS de *conuentu fagarum ad sua sabbata*, (b) vt *artem diuinandi et miranda faciendi* tam in proprium commodum quam in aliorum damnum exercere, atque v. c. ex cribro, speculo etc. obicura intelligere, PRAETORIVS de *coscinomantia*, et futura praecuidere etc. tempestates et tonitrua excitare, fruges incantare, mures, pediculos et eius generis alia nocua animalia producere, masculis testiculos per carmina adimere, ligulas necere, formam humanam mutare, mortuos accersere etc. possent; (c) vt rebus omnibus, quas cuperent, *abundarent*.

### §. CCCCXXXVII.

quae poena sit ex mente C. C. et  
Haereticalem, cui haeresin, apostasiam, et sodomiam subesse putabant patres et pontifices 2), igne persecuti sunt Franci a) et Saxones b). CAROLVS denique noxiam

2) Bull. Innocentii VIII. Ioannis XXII. etc.

a) LEYSER sp. 608. m. 14.  
b) I. P. S. II, 13.

xiam igne, innoxiam arbitraria poena vindicari voluit c).

### §. CCCCXXXVIII.

Iuris criminalis Dd. plerumque (1) <sup>illius inter-</sup> <sup>pretum?</sup> *igni* tradunt eos, qui cum diabolo pacti sunt, aut concubuerunt; (2) tam commercii cum diabolo, quam artis magicæ ope diaboli cum damno aliorum exercitæ *gladium* habent vindicem, nisi (a) damnum magia datum sit *leue d)*, vel (b) inopinato secutum, aut (c) magum minoris ætatis e) vel (d) seductum esse sat constet; (3) *relegatione* aut alia poena arbitraria dignum iudicant eos, qui magia naturali in aliorum damnum vsi sunt, aut sine pacto et commercio diabolico superstitiosas artes et præstigias adhibuerunt, citra aliorum tamen damnum f).

### §. CCCCXXXIX.

Fallor, aut in omnibus illis, quæ de sagis <sup>Sanior circa</sup> prodigiosa narrantur (§. CCCCXXXVI.), <sup>magiam sen-</sup> multa ficta, quaedam ridicula, pauca vera, a daemone nulla esse, gravissimis de causis

R 5

sta-

c) C. C. art. 109.

d) KRESS ad c. art.

§. 3.

e) STRYK V. m. ff.

tit. de ficiariis §. 19.

f) Conf. BOEHMER

El. Iur. Crim. sect. 2. §.

65. seq.

statuunt HVTCHINSON g), ST. ANDRE b), BECKER i), BRVNEMANN k), HOFFMANN l), THOMASIVS m) aliique. Quum enim diabolus ordinem naturae immutare et miracula edere nequeat, qui fieri potest? (a) vt cum homine congrediatur, mox incubum mox succubum se praestet, mox semen calidum mox frigidum immitat; (b) vt tempestates excitet etc. Praeterea foedus cum diabolo corporaliter iniri nequit, nec, si possit, de illius constat vsu.

### §. CCCCXL.

Praxis ho-  
dierna.

Hinc hodie (1) plane negamus pactum cum diabolo n), et (2) *ad phantasmata referimus* carnales aliasque cum eo conuersationes, nec non transmutationes in hircos, potestatem volitandi per aerem etc. (3) *adstruimus*, plures dari effectus rerum in natura fundatos, qui tamen, quomodo producantur, non omnibus innotescunt o); porro (4) statuimus, magiae vel

g) tr. von der Zauberrey.

b) Lesenswürdige Briefe von der Zauberrey.

i) Bezauerte Welt.

k) Discours von betrügl. Kennz. der Zauberey c. 1. §. 8. seq.

l) d. de diaboli potentia in corpora.

m) d. de crimine magiae.

n) Id. c. d. §. 31. seq. MAVRITIVS de denunt. sãgar. c. 2.

o) DELRIO *disquis. mag.* II, 2.

vel *stellionatum*, vel *superstitionem*, vel *melancholiam* subesse, atque hoc casu medicos, ut mentis morbum ex corporis male adfecti qualitatibus pellant, adhiberi p), illo censuræ ecclesiasticæ, et denique isto poenæ extraordinariæ locum dari debere.

## TIT. XXXIX.

DE

FALSO ET VARIIS ILLIUS  
GENERIBVS.

## §. CCCCXLI.

**F**alsum est veritatis immutatio, Falsum seu damnum ferens tertio. Quæ ubi dolo malo facta est, *crimen falsi* constituit.

## §. CCCCXLII.

Vnde facile intelligitur (1) nimis variare modos, quibus falsum committi potest (†), (2) non omne falsiloquium aut mendacium, quo quis oneravit alios, falsum esse q); (3) pro varietate damni, falso dati, non vero illius, quod dare intendit, nec lucri, quod percepit, falsarius, falsi qualitatem variare r); (4) *attentati*

p) b. BOEHMER c. l. p. 467. seq.

q) POLAC *Syst. iurispr.* G. ant. III, §, 3.

r) a. C. C. art. 112.

*tati falsi reum esse, qui immutauit veritatem aut rem corruptit, vt damnum ferret tertio, quod tamen non euenit; (§) falsarium vix dici posse, qui citra damnum tertii (a) sibi illegitimo confecit testimonium legitimæ natiuitatis, vel (b) alius nomine insignibus aut sigillis vsus est t), vel (c) testamentum aliudue instrumentum falsum suppressit.*

(†) Modi, quibus veritas in tertii detrimentum immutatur, vel a lege falsi poena nominatim sunt notati, vel non. Illi falsa proprie talia sunt, hi vero stellionatus nomine veniunt iure Romano. Falsi proprie talis poena per legem Corneliam, et, quae huic legi accedebant, rescripta et edicta erat determinata, ac in deportatione consistebat §. 7. l. de publ. iud. L. 1. et 30. D. de lege Cornelia de falsis. Ast stellionatus poena coercebatur extraordinaria. Hodie vtriusque et falsi et stellionatus poena est arbitraria, nullaque fere inter stellionatum et falsum superest differentia. *BOEHMER ad Carpzou, quatst. 93. obs. 2.*

### §. CCCCXLIII.

cui dolus  
subest,

Quia deficiente dolo falsi crimen deficit (§. CCCCXLI.): sequitur, vt falsarii quidem, non autem criminis falsi, rei sint (1) qui doli non capaces, aut (2) ex igno-

1) *BRISKI d. de crimi-  
ne falsi c. 2. f.*

2) *KNIPSCHILD de*

*nobil. I. 12. nr. 34. Elem.  
nostra Iur. Germ. lib. I.  
§. 123.*

ignorantia, (3) errore iuris, (4) vi officii publici, vel (5) ex alia iusta causa commiserunt falsum.

§. CCCCXLIV.

Poena criminis falsi arbitraria est *u*). <sup>quomodo puniatur?</sup>  
In ea determinanda iudex attendere debet *falsarii malitiam*, et *damni falso dati quantitatem* \* *x*) *qualitatemque*. Nimirum dolosus falsi reus *multatur*, *privatur fama*, *punitur corpore*, PLECTITUR CAPITIBUS (†), prout alterius bonis, honori, sanitati aut vitae nocuit. Damno nondum dato, res falsa remouetur, et leuis poena falsario dicitur.

\* Quantitas damni, quae furtum facit magnum, hic ad capitalem poenam non sufficit. KRESS, ad art. 112. §. 7. nr. 9. Diss. BRAUNEMANN de *Dardanibus* c. f. nr. 35.

(†) Ad mortem extendi potest poena falsi CONSTIT. CAR. art. 112. 113. Falsum testimonium secundum quod poena capitalis statuta et in executionem deducta est, morte punitur Const. Carol. art. 107. qui per falsum vitae innocentis nocet, ut et, qui principis nomine et potestate falso usus in graue aliorum detrimentum capitis luit poenam. CARPZOV quaest. 93. n. 97.

Q.

---

\* CARPZOV *pr. crim.* x) C. C. art. 112. qu. 93. nr. 16. seq.



## §. CCCCXLV.

Adulteratio  
vini.

Qui (†) *vinum* cum aqua commiscet, aut calce, sulphure, spuma argenti vel aliis rebus sanitati noxiis corrumpit, in delinquentibus est *y*); et, si dolo malo egerit, punitur varie, prout nimirum aliorum bonis, sanitati aut vitae (†) damnū attulit *z*). Si vero nullum adhuc damnū dederit, iubent leges: vas, quo vinum sulphurosum continetur, frangi, vinum effundi (§. pr.), et illius adulteratorem tot aureis rhenensibus mulctari, quoque amphorae corruptae sunt *a*). Causam, cur falsarius, ob solum animum vitae alicuius nocendi, vita priuandus sit, equidem a WEBERO *b*) demonstratam non video.

(†) Qui sciens vitae humanae noxia vino immiscet, habet animum occidendi indirectum, et in casu, quo exinde mors secuta est, tanquam homicida, gladii poenam subire tenetur.

## §. CCCCXLVI.

Resignatio  
alienarum  
literarum.

Nec minus ille, qui (2) *alienas literas dolo*

*y*) Rec. Rosenburg. 1487. Lindau. 1497. R. I. Wormar. 1495. Friburg. 1498. tit. 72. August. 1500. tit. 33. Ref. Pol. de A. 1548. tit 17. von Schiff; und Subrl.

*z*) R. I. Friburg. cit. art. 3.

*a*) R. Rotenb. de Anno 1498.

*b*) d. de crimine adulterat. vinor.

*dolo malo resignavit*, falsi criminis reus, et pro diuersitate status illius, ad quem resignatae literae pertinent, nec non criminis falsum concomitantis aut subsequents, varia poena adficiendus est *c*). Contra ab omni poena immunes sunt (a) *iudex*, qui captiui vel ad captiuum missas literas resignavit (§. CCCXLIII, 4.); (b) qui alienas literas casu (§. XXXIV.) *d*), aut (c) quod eas iusta de causa suas habuit (§. CCCXLIII, 2.) *e*), vel (d) ad eum, quem in potestate habet, directas vidit *f*), aut (e) vt saluti consuleret publicae (§. eod. 5.), aperuit.

## §. CCCXLVII.

Qui (3) *bis, ter et amplius* liberos suos <sup>iterata liberorum ad baptizandum oblatio.</sup> *ad baptizandum obtulit*, vt saepius lucraretur munus iustitiae, fustigatus in perpetuum relegatur *g*). Poena capitalis ex Recessibus imperii *b*), vt quidam putant, probari nequit.

§.

*c*) RINCK. d. de inspect. alien. literar.

*d*) Sriesens d. de eo, quod iustum est circa literas resignatas c. 2. §. 15.

*e*) IDEM c. l. §. I.

*f*) MULLER d. de liter. amar. th. 29.

*g*) CARPZOV c. q. n. 43.

*b*) R. I. 1529, §. 6.

## §. CCCCXLVIII.

Plura alia falsi genera.

Porro criminis falsi rei sunt, qui, ut cum damno alterius fierent locupletiores, dolo malo (4) *nomina mutarunt sua i*); (5) alios adsciuerunt titulos, alia insignia; (6) alienum partum supposuerunt *k*); (†) (7) mensuram \* adulterarunt, aut adulterata vsi sunt *l*) (††); (8) sigilla \*\*, instrumenta \*\*\*, literas, librosue censuales corruerunt *m*) etc. (†††). Horum poena iudicis arbitrio relicta est (§. CCCCXLIV.).

(†) Poena suppositi partus in L. I. C. ad L. *Corn. de falsis* capitalis dicitur. Ast intelligendum hoc est de poena capitis ciuilibis, i. e. deportatione, quae L. *Corn. de falsis* est statuta, in cuius locum hodie fustigatio substituitur, non habito respectu personae, quae partum supposuit, modo ex suppositione damni quid illatum fuerit. *CARPZOV* quaest. 93. n. 27. seq.

\* Hos media aetate graui poena adfectos esse, constat ex *I. P. S. II, 13. Sues. c. 114. Weicbb. Magd. art. 19.* vbi poena fustigationis statuitur, concessa tamen reo facultate istam poenam redimendi.

(††) falsificatio mensurarum arbitrarie quidem puniatur, ast ad mortem, extendi potest poena. *Const. Car. artic. 113.*

\*\* Quia

*i*) *KREBS de mutas. nomin. p. 41. seq.*

*k*) *LYNCKERI d. de partu suppos.*

*l*) *STRVV d. de eo,*

*quod iustum est circa mensuras et pondera c. 4. nr. 45.*

*seq.*

*m*) *KREBS ad cit. art.*

*§. 10. nr. 2.*

\*\* Quia in sigillorum publicorum depravatione vel maxime periclitatur fides publica, qua tamen nihil debet esse sanctius: sigilla publica, vel leuiter temerare aulos quouis supplicio dignos haberunt maiores nostri. HEINECCIUS *de sigillis* p. L. c. I. §. 5.

\*\*\* *L. Wisigoth.* VII, 1. seq. distinguit in *principis praecepto*, an in *privata* quadam *scriptura* falsum commissum fuerit. *L. Ripuar.* LIX, 3. eos, qui instrumento falso in foro usi fuerant, solidis mulctabat, si Cancellarium exceperis, cuius pollex dexter amputabatur. *Longobardi* ab eo, qui chartam non ex formula scripserat, widrigeldum *L. Longob.* I, 29, 2. ab auctore autem falsae chartae, amputatam nec vlla pecunia redimendam manum petebant *ib. leg.* I. Id quod et media aetate iuris fuit, *I. P. Sues.* c. 384.

(†††) Horum omnium falsificationem fustigatione, imo interdum gladio, puniri iubet Carolina constit. art. 112.

## TIT. XL.

## DE PERIVRIO.

## §. CCCCXLIX.

**F**alsum (§. CCCCXLI.), quod sub iuris-Periurium  
iurandi \* religione committitur, qua-  
lificatum est (§. LV, 7.), et audit *periu-  
rium.* quid?

\* Maiores nostri, quibus omnes gentes inferiores erant fide, TACITUS *Annal.* XIII. 54. ignorarunt fidem iuratam, et sic etiam illius violationem.

Ex

*Engau lus Crimin.* S

Ex quo vero fides germanica coepit esse gallica, simplex non amplius sufficiebat, sed requirebatur iurata, quam violans periurus dicebatur.

## §. CCCCL.

Vnde aperte fluunt axiomata:

- I. Periurium supponit iusiurandum legitimum.
- II. Periurium consummatur damno per violationem fidei iuratae dato.
- III. Crimen periurii commissum fit, nec ne? diiudicatur ex proposito fidem iuratam frangentis.
- IV. Pro varietate damni dati variat poena criminis periurii (§. CCCCXLII, 3.).

## §. CCCCLI.

Qui iusiurandum legitimum

Ex primo axioma colligo, periuros non esse (1) qui non steterunt iis, quae vel absque contestatione diuini numinis, vel sola obtestatione, vel sub formulis: bei adelichen Ehren und Treuen \*, an Eides statt &c. promiserunt; (2) qui iuratam frangerunt fidem, quam dederunt infantes, furiosi, mente capti, ira summa vel amoris aestu ardentis, enormiter ebrii n), aut (3) VI,

n) SETSER tr. de iuramentis I, 6. FICHTNER d. de var. periur. poen. §. 29.

vi, dolo vel metu adacti, aut (4) contra leges vel bonos mores, aut (5) de re illicita, eaue, quam non satis intellexerunt. Sic quoque praxis periuros non habet (6) eos, qui violant iusiurandum, quod haud conceptis verbis, vel de dicenda veritate non admoniti, vel non satis edocti, vel religioni non attemperatum cognoscentes praestiterunt (*Elem. I. Germ. lib. IV. tit X. sect. 3.*).

\* Apud Mennonistas periuris annumerantur violatores fidei, datae sub formula: bei Mannen und Trauen vel bei Mannen Wahrheit. MATTHAEVS de criminibus XLVII. tit. f. nr. 4.

### §. CCCCLII.

Ex secundo (§. CCCCL, 2.) recte incum dampno tertii, ac feras, (1) eum attentasse tantum periurium, qui violatione fidei iuratae damnum alteri inferre voluit, aut reuera non intulit o; (2) non omne mendacium iurando firmatum periurium esse (§. CCCXLII, 2.).

### §. CCCCLIII.

Fallor, aut ex tertio (§. CCCCL, 3.) dolo malo violarunt, intelligere potes, (1) criminis periurii reos esse, (a) qui iurant vera esse, quae tamen falsa probe cognorunt, (b) qui iure-

S 2

iu-

iurando promiserunt, de quo praestando nunquam cogitarunt, vel (c) tempore iurisiurandi praestiti cogitarunt quidem, ast illud praestare noluerunt postea. Contra (2) ex numero reorum criminis perjurii eximendos iudico, (a) in quibus defuit deliberatus animus alterum circumueniendi, (b) quos, promissis iuratis quo minus starent, impediuit vel deus vel natura *p*) vel moralitas ciuilis *q*), (c) qui, quod verum habuerunt, verum esse iurarunt *r*), (d) qui contra fidem iurato datam egerunt ob notabilem status mutationem *s*), (e) qui iure suo contra fidem iurato datam sub certa poena agendi vsi sunt *t*).

## §. CCCCLIV.

pro damni  
dati varie-  
tate,

Ex quarto (§. CCCCL, 4.) denique colligere licebit (1) eo leuiorem poenam criminis periurii reo dictandam esse, quo leuius damnum ille dedit (§. CCCCLIV.), sicque (a) falsum testem in causa criminali maiorem poenam, atque falso testi in causa ciuili iniungi potest, luere debere, (b) eumque, qui falso testimonio alium mor-

*p*) LYNCKER *Resp. crimin.* XLVII tit. f. c. 87. nr. 33.

*crimin.* XLVII tit. f. c. 1. nr. 7. p. m. 252.

*q*) WILLENBERG *d. de periurio veniali* sect. 1. §. 29. MATTHAEVS *de*

*r*) WILLENBERG *c. d.*

sect. II. §. 2.

*s*) *Id. c. d.* sect. I. §. 28.

*t*) *Id. c. d.* sect. II. §. 21.

mortī tradidit, seu iore poēna adficiendum esse, quam ille, qui aliquem, sicut voluit, non potuit morti tradere; (2) *damni dati reparationem et remissionem* in determinanda poena attendi debere *u*).

## §. CCCCLV.

Qui in iudicio solemnibus verbis, et ad-<sup>varie, ple-</sup>monitione de periurio vitando \* facta, hoc <sup>rumque ma-</sup> commiserunt (r) *pecuniae ergo*, notantur <sup>nus amputa-</sup> infamia *x*) iuris *y*), et priuantur digitis \*\*, <sup>tione pu-</sup> quibus iurarunt *z*); (2) in causa *criminali*, <sup>niuntur.</sup> ubi affectui respondit effectus, poenam talionis (†) sustinere debent *a*). \*\*\* Quid iustum sit circa violatam vrphedam, docebo lib. II. tit 24.

\* Neque peregrini neque patrii iuris ullam sanctionem esse, qua admonitio clerici de vitando periurio introducta dici queat, statuit MYLIVS in d. *admonitio de vitando periurio quae fit per clericum* §. 2.

\*\* Interpretes hoc restringunt ad priores digitorum articulos. BEAGER *Elect. Jurispr. Crim.* p. 24.

(†) quae tamen ultra gladii poenam non extenditur

S 3

tur

*u*) BEYER ad C. C. art. 68. pos. 35.

*y*) CLASEN ad c. art. p. m. 310.

*z*) C. C. c. art. §. 2.

*x*) C. C. C. art. 107. §. 1.

*a*) Ibid. §. 3. et KRESS ad art. 68. §. 4.



tur BOEHMER ad *Carpzon*. quaest. 46. obs. 3.  
BEYER et CLASEN ad art. 107. Const. Carol.

\*\*\* Ex quo germanorum fides, iurata etiam, in fumum abire coepit, omnibus indistincte dolosis periuris dextra manus amputanda *L. Longob. II, 58, 2 Capit. III, 4. V, 196 Caroli M. c. 10.* aut redimenda erat; *L. Frisop. X. Capit. IV. 23.* dimidio wergeldo. *L. Cnuti R. Angl. Sax. 33.* ap. WILCKINS p. 139. *L. Luisprandi VI, 91.* ap. GEORGISCH p. 1109. GAERTNER ad *L. Sax, p. 47.* si exceperis Saxones, qui poena capitali notabant periuros scientes, nescientes vero manus amputatione *L. Saxon. II, 8. 9. Capit. Caroli M. de part Sax. c. 32.* Subsequentibus vero temporibus nata est distinctio inter periurium iudiciale et extraiudiciale C.C.C. art. 107.

### §. CCCCLVI.

Causae poenam mitigantes.

Cui poenae locus esse nequit (1) ubi *iusiurandum* vel nullum, vel illud, quod solemne b) et legitimum (§. CCCCLI.) dici nequit, praestitum, aut (2) periurium tantum *attentatum* (§. CCCCLII, 1.), aut (3) *damnum* eo datum vel leue vel refarcitum c), vel a laeso remissum (§. CCCCLIV.), aut (4) periurus *doli* expers est (§. CCCCLIII.). Quibus in casibus periuri mox numellis includuntur, mox pecuniariam poenam soluere debent.

### §. CCCCLVII.

b) HEIL iud. et def. c. 6. §. 15. p. 362.

c) *N. O. L. P.* art. 91. KRESS ad c. a. §. 1. \* 2.

## §. CCCCLVII.

Qui dolo malo (a) peieraturos vi ad-gerunt d), conduxerunt e), persuaserunt etc. eadem f), et, qui (b) iusiurandum peieraturis imprudenter tantum ac incaute detulerunt, leuiori poena g), quam criminis periurii rei, adficiuntur.

## §. CCCCLVIII.

*Quaedam* prouincialia iura, nulla ratione causae, in qua peieratum est, habita, amputationem digitorum b) aut arbitrariam poenam i) minantur; *alia* inter causas distinguuntur volunt periurium in causa criminali commissum vindicari vel poena talionis k), vel, prout vitae aut corpori innocentis falso testimonio damnum allatum est, gladii aut talionis poena l), atque, si in ciuili causa patratum, iudicem arbitrari, quae poena irroganda m), et num causa sit, cur praeter digitos amputetur lingua n); *alia* ius commune se-

S 4

quun-

d) I. P. Suen. c. 342. ed. MELCHSN. et p. 197. ed. BERGER.

e) GILHAVSEN ad art. 107.

f) C. C. C. art. §. 4.

g) LEYSER spec. § 67. m. 27.

h) Dithmars. L. X. art. 119. Stat. Mulhus. V. 4.

i) Säll. Regimentss Ordn art. 10. §. 2.

k) Westerr. P. L. G. O. art. 91. §. 2.

l) Chur, Pfälz. Malef. Ordn. tit. 10.

m) Bad. L. R. VII, 9.

n) Tyrol. L. R. VIII, 20. Westerr. P. L. G. O. c. l.

quantur o). In *Moravia* denique et *Bohemia* capite p) priuantur criminis periurii rei.

## §. CCCCLIX.

Iudicium  
ciuile.

Periurus ea, quae periurio suo acquirit, laeso restituere q), quid? quod alicubi r) damnum, quod dedit sine lucro percipiendo, resarcire tenetur.

## TIT. XLI.

DE

## TERMINO MOTO

## §. CCCCLX.

Termini

**T**erminorum nomine veniunt quaeuis signa ad fines agrorum distinguendos rite posita.

## §. CCCCLXI.

moti

*Terminum mouere* dicitur, qui id, quod fines agrorum denotat, auellit, euertit, exarat, eiicit, transponit, alio dirigit, quod ad faciem adulterat, vel modo mutat

o) Goth. L. O. p. II. c. 4. tit. 1. §. f.

p) *Const. crim. Iosephina* art. 19. §. 4.

q) C. C. art. 107. §. 1.

ibique GLASEN. HARTM. RISTOR obl. 150.

r) Psal. Mal. X. tit. X. §. 2. Bad. L. X.

VII, 9, 2.

tat alio s), vt cum damno tertii ferat quid commodi (§. CCCCXLI.).

### §. CCCCLXII.

Qui dolo malo (§. XXXI.) falsos red-<sup>criminis reos</sup> dit (§. pr.) terminos (§. CCCCLX.), is in *crimen termini moti* incidere dicitur. Itaque in huius criminis reorum numero erit, (1) qui vt *fines* agri sui, liberorum-ue suorum *dilataret*, aut (2) *litem* inter ipsum et vicinum de finibus regundis *obscuraret* t), falsum fecit terminum; neutiquam verò (3) qui *furius*, aut (4) *casu* fortuito, aut (5) *ex ignorantia* finales mouit lapides.

### §. CCCCLXIII.

Poena pro varia conditione et malitia <sup>quae poena</sup> *criminofa*, nec non quantitate <sup>maneat? et</sup> *damni* dati variat \* u). Mox enim mulctae, mox carceri, mox relegationi, mox fustigationi locus est.

\* Nec olim quoscunque terminorum motores poena manebat eadem. Nam *L. Longob.* 1, 26, 1. seq. *L. Burgund.* LV, 3. ingenuos manu et seruos capite priuari iubent. *L. Wisig.* X, 3, 2. *L. Baiuuar.* XI. 1. seruos flagellorum ictibus castigat,

s) BEIERI d. de termino moto c. 4. sect. 9.

t) MENOCH lib. II. of. 393. nr. 18. seq.

u) C. C. C. art. 114. Oelfn. 2. O. p. II. art. 15. Liegnitz. Dreydings Ordn. nr. 19.

stigmat, et ab ingenuis certos petit solidos. Media aetate dolosus arborum finalium motor 30. solidos laeso, et 60. iudici soluere tenebatur *I. P. S. II, 38. III, 20. 36. Saev. c. 217. V. MÖLLINGER de terminis et illorum iure th. 30. seq.*

## §. CCCCLXIV.

quae illam  
graviorem  
reddant?

Autorem motionis *terminorum territorialium*, quam turbae secutae sunt, capite plectendum esse, ad vnum fere omnes statuunt x). Cur vero plurium terminorum priuatorum vno contextu facta euulsio, vt putat ERTEL y), capitalis sit, equidem non video z).

## §. CCCCLXV.

Iudicium  
ciuile.

Olim Francofurti coram singulari iudicio, dem *Älter Gericht*, querela de termino moto instituebatur. Hodie coram quolibet institui potest. *I. Mulbusino a)* is, qui pendente lite lapidem mouit, causa cadit, et praeterea aduersario expensas iudiciales restituere, ac multam soluere tenetur.

TIT.

x) BEYER ad h. t. ff. p. 630. LEYSER sp. 114. m. 6.

y) non der Nieder. Ger. richtb. c. 6. obi. 6.

z) HILDEBRAND d. de diuers. lapid. final. p. 41.

a) Statuta der St. Mühlh. V, 35. §. 2.

TIT. LXII.

DE DECOCTORIBVS.

§. CCCCLXVI.

**A**d falsarios etiam pertinent, qui suo vitio <sup>Bancoruptorum</sup> sunt bonis et fide exuti, quos decoctores, fallitos, *bancoruptores* b) dicimus.

\* Crebris conuiuiis, voluptate venerea, lusu immodico, amictu pretioso, vita otio transacta an alio modo dilapidauerint bona, perinde est. GERDES tr. de decoctoribus §. 3. seq.

§. CCCCLXVII.

Qui olim ad manus addicebantur c), <sup>poena et</sup> hodie notantur infamia d), atque praeterea in urbibus *Hanseaticis* e), terris *Borussico-Brandenburgicis* f) et *Hannoueranis* g), pro qualitate causarum, numeralium, relegationis, et, si facti circumstantiae hoc exigant, fustigationis, immo laquei \* poenam, creditorum intercessionem vix declinandam, ferre tenentur.

\* Iam

b) ZIPFELS tr. von den vorsehl. Banquerottisten qu. 3.

c) *El. nostra Iur. Germ.* III, 278. seq.

d) *Ref. Pol. Aug.* 1548. tit. 22. *Ord. Pol.* 1577. tit. 23.

e) *Der Hånse Städte.*

Mandat wider die muthwilligen falliten de A. 1620.

f) *General Edict von Banq.* d. 12. Iani. 1715.

g) *Const. wider die muthwillige und vorsehl. Banquerouten de d.* 17 Mart. 1726.

\* Iam Carolus V. ed. de A. 1531. d. 7. Oct. et 1540. d. 6. Oct. in prouincijs sibi hereditario iure subiectis ad laqueum condemnauit dolosos decoctores. Iure vero, an iniuria haec sumatur poena? disquirit 10. TÖB. HOFFMANN d. de *iustitia poenae capis. debitoribus obaerasis imponendae.*

## §. CCCCLXVIII.

fugitiuorum  
persecutio.

Alicubi iudex, decoctoris fuga elapsi personam persequitur literis arrestatorijs, nomen et imaginem vero furcae adscribit, ac per nouellas cuique significat b).

## TIT. XLIII.

DE

## PRAEVARICATIONE.

## §. CCCCLXIX.

Praeuarica-  
tores

Qui causam, quam defendendam suscepit, prodit aduersario in committentis detrimentum, *praeuaricator* dicitur (†).

(†) Praeuaricator proprie talis dicitur, qui in iudicio publico accusans cum aduersario colludit. Hinc in L. 1. §. 1. D. ad SCr. *Turpill* praeuaricari est, vera crimina abscondere et in §. 6. distae legis dicitur praeuaricator, qui colludit cum reo, et translatitiae munere accusandi defungitur, eo quod proprias quidem probationes dissimulareret, falsas vero rei excusationes admitteret. Recentiori

b) ZIBFEL c. tr. qu. 18.

si vero iure praeviaricatione in latiori sumitur significatu et ad causas quoque civiles extensa est. Const. Car. art. 115.

## §. CCCCLXX.

Itaque (1) *advocatum* *i*) vel *procurator* <sup>quicumque sint,</sup> *rem*, qui (a) utrique litiganti vel ipse vel per alios *k*) praestat patrocinium, (b) qui in gratiam partis aduersae transit dicenda, vel (c) cursim et breuiter attingit, quae sunt inculcanda, infingenda, repetenda, (d) qui a cliente suo sibi concredita merita causae aduersario *l*), vel delicta magistratui *m*) denuntiat atque reuelat, (e) qui clientem suum iusta de causa litigantem indefinenter hortatur de transactione sub iniquissimis conditionibus ineunda *n*) etc. (2) *theologos*, qui ad iussum principis religionis suae principia defensuri, obrectatoribus leuiter respondent, et in eorum eruditione laudanda tempus omne consumunt *o*); neutiquam vero (3) collegium Ictorum, quod utriusque parti litiganti diuersum in modum re-

*i*) Diff. BLUMACHER, BEYER ad. a. 115. CARP-ZOV dec. 91.

*k*) PRACCIVS de praeviaricatione. tit. 6.

*l*) BOSS tit. de praeviaricatione, pr.

*m*) LEYSER sp. DLIV. III. 9. seq.

*n*) b. BOEMMER Consultat. To. II. Resp. 1105.

*o*) LEYSER c. sp. coroll. 1.



respondit p), aut (4) eum, qui prodit causam, *de qua suscipienda spem fecit*, quam tamen defendendam reuera non suscepit q), aut (5) illum, qui vnam litem Caio nomine Titii, et aliam Titio nomine Caii intendit etc. praeuaricatoribus annumero.

### §. CCCCLXXI.

Quibusdam Dd. etiam in praeuaricatoribus videntur esse (1) *delatores publici*, qui commissa crimina, et (2) *chirurgi*, qui vulnera, quae medicantur, magistratui, prout eos decet, non denuntiant, (3) *iudex*, qui aduocati munere simul fungitur, (4) is, qui postquam Syndicus ciuitatis creatus est, huius causas agit contra eos, quibus antea patrociniò suo adfuit r).

### §. CCCCLXXII.

pro varietate  
damni dati  
puniuntur.

Praeuaricatio in falsis est. Hinc qui eam dolo malo commisit, *fama* priuandus ac arbitrarie s) \* puniendus est, pro quantitate scilicet damni dati t). Vnde et capitali poenae

p) HERTIVS Resp. 247.

q) LEYSERC. sp. m. 12.

r) HOFFMANN *sylloge obseru. quae ad usum fori*

*spectans* nr. 37.

s) C. C. C. art. 115.

ibique KRESS §. 1. n. 4.

t) GARPZOV *pr. crim.* qu. 93. nr. 48.

nae locum esse putarem, si dolosa praeuari-  
 catio causam dederit alicuius morti u).

\* *Ius Suro.* c. 133. ed. SCHANNAT lingua et *Ius  
 Bobemicum* XVIII, 15. capite priuari iubet, quot-  
 quot dolo malo praeuariatati essent.

§. CCCCLXXIII.

Praeuaricator *damnum*, si quod dedit, <sup>iudicium ei</sup>  
*resarcire* tenetur x). Nimirum (a) *prodi-* <sup>uile.</sup>  
*tor arcani*, ignominiam continentis, fa-  
 ctum deprecari et honorem declarare: is  
 vero (b), qui *pecuniae* clientis sui damno-  
 sus fuit praeuariatione sua, *damnum* e-  
 mergens pariter atque *lucrum* cessans  
 praestare tenetur y).

§. CCCCLXXIV.

Aduersarius, qui cum praeuaricatore <sup>Colludens</sup>  
 collusit, *perdit causam* suam. <sup>cum praeu-</sup> *Habetur*  
 enim confessus et conuictus, si <sup>ricatore.</sup> *causam*  
*sanguinis et matrimonii* exceperis z).

TIT.

x) Diff. LEYSER c. sp.  
 m. 31.

y) KRESS ad art. 115.  
 §. 2. nr. 1

c) C. C. art. 115.

z) BERGER *El. Proc.*  
*Matr. th.* 43.

## TIT. XLIV.

D E

CRIMINE LAESAE MA-  
IESTATIS.

§. CCCCLXXV.

**H**actenus de criminibus, quibus primario laeduntur ciuitatis membra. Itaque sequitur, ut iam sistamus ea, quibus *maiestas* violatur. Hoc quum varia ratione fieri possit, intelligi potest, cur laesa maiestas latiori sensu sumpta quoduis dictum factumue homagio contrarium denotet, et *laesam maiestatem* in specie sic dictam, *perduellionem*, *seditionem*, *falsam monetam* etc. comprehendat. Nos de singulis figillatim acturi sumus.

## MEMBRUM I.

D E

LAESA MAIESTATE IN SPE-  
CIE SIC DICTA.

§. CCCCLXXVI.

Laesa maie-  
stas,

**L***aesa maiestas* dicitur quaelibet iniuria (§. CCLXXII.), quam quis in principem suum contulit.

§.

§. CCCCLXXVII.

- Vnde consequitur (1) vt maiestas tam <sup>tam directa</sup> verbis quam factis, (2) et *directe* et *oblique* <sup>quam obliqua,</sup>, laedi possit (§. CCLXXIV.). *Directe* illam laedit, qui principis (a) dignitatem vel potestatem vocat in dubium, aut (b) nomen maledictis rodit (§. CCLXXVI.), aut (c) vitia publice describit. *a)* etc. *oblique* vero, (a) qui augustam qua talem, aut (b) ministrum principis intuitu officii iniuriosis verbis prosequitur *b)*, (c) qui statuum principi consecratam saxis petit aut conspurcat, (d) qui iura principis usurpat, aut (e) ab eo exercita temerat, dum v. c. ab eo collatas dignitates vilipendit *c)*, aut concessum saluum conductum temerat.

§. CCCCLXXVIII.

Vtraque in Germania in imperatorem, in principem regem Romanorum et electores a quolibet, in reliquos vero imperii ordines ab his speciatim subiecto ciue committi potest.

§. CCCCLXXIX.

Ex eodem porro constat (2) non nisi <sup>non nisi a ciue committitur.</sup> ab

a) LEYSER Spec. DLXIX. m. 7.

b) IDEM c. l m. 24. seq.

c) de LVDEWIG ad A.

B. p. 363.

ab iis, quorum est venerari maiestatem, hanc laedi posse *d*). Hinc laesae maiestatis rei esse nequeunt extranei *e*) aut vassalli qua tales, attamen ciues et incolae cuiuscunque sexus *f*), status *g*) et conditionis. Sic quoque perinde est, num singuli an ciuitates iniuriam in principem contulerint *b*).

## §. CCCCLXXX.

Crimen laesae maiestatis,

Quia nulla iniuria, nisi dolo malo facta, crimen vocari potest (§. CCLXXVIII.): nec laesae maiestatis crimen commissum erit ab eo, qui (1) principem, quem *non cognouit suum*, aut (2) quem suum habuit, tempore quo *iocandi* libertatem sibi datam esse probabili ratione ductus credidit, iniuriauit.

## §. CCCCLXXXI.

Illiusque poena.

Crimen laesae maiestatis extraordinaria tantum

*d*) GIGAS de crim. laes. mai. lib. III. quaest. I., nr. 11.

maiestatis?

*f*) b; de LVDEWIC c. l. p. 405.

*e*) MATTHAEVS de crimin. h. t. c. I. nr. 7. ENGELMANN num in extraneum principem committatur crimen laesae

*g*) WILLENBERG d. de femina crimin. laes. mai. rea §. 13.

*b*) Id; c. d. §. 12.

tantum poena (†) vindicatur i), si exceperis famosum libellum, qui quandoque capitalis est \*.

(†) In determinanda poena maledictorum in principem tres classes cum LEYSERO spec. 569 med. 4. seq. constituendae sunt. Prima complectitur ea, quae principem, qua priuatum, offendunt. Ad alteram referuntur, maledicta in principem, qua principem. In tertia vero collocantur, in principem, qua principem, dicta, ita vt exinde securitatis et tranquillitatis publicae turbatio metuenda sit. Maledicta primae classis ex indole iniuriarum atrocium iudicantur. Quae sunt in altera, crimen laesae maiestatis in specie constituunt, et plerumque relegationis vel fustigationis poena coercentur, quae tamen iustis ex causis ad mortem extendi potest. Tertia classis ad perduellionis crimen saltem indirecte accedit, L. 1. §. 1. D. ad L. *Iul. Maieft.* et gladii vel fustigationis poena coerceri potest. Idem dicendum de iniuriis realibus in principem. Caeterum cognitio maledictorum in principem ipsi principi est reseruata L. vn. C. *si quis imper. maledixerit.*

\* Wisigothi inter honestiores et viliores distinguebant, illorum dimidiam partem facultatum publicantes, horum vero personas et res in potestatem regis redigentes. L. *Wisig.* II, 1, 8. Media actate gladius persequeretur reos criminis laesae maiestatis. de LVDBWIG ad A. B. p. 359.

§. CCCCLXXXII.

Criminis laesae maiestatis accusato prod Causae mixtae  
est est gances.

T 2

1) CARPZOV *pp. crim.* qu. 41. nr. 109.

est (1) *error in facto commissus*, et quandoque (2) *ioci exceptio* (§. CCCCLXXX, 2.), A), ac (3) *linguae lubricum*.

MEMBRUM II.  
DE PERDVELLIONE

§. CCCCLXXXIII.

Perduellionis, quae

**H**ostilis actus, quo quis summum imperantem vel rempublicam, cui nomen dedit, priuat securitate, *perduellio* dicitur.

§. CCCCLXXXIV.

Vnde fluunt sequentia:

- I. Non nisi in maiestatem aut rempublicam perduellis esse potes.
- II. Perduellio hostili actu absolvitur.

§. CCCCLXXXV.

in principem, Primum (§. pr.) docet, perduellionem in Germania committi (1) in imperium, imperatorem, regem Romanorum l) et electores m) (†), non vero in augustam n), electorum uxores, principem hereditarium

2) k) LEYSER *sp.* DLXIX. m. 26.

l) CARPZOV *pr. crim.* qu. 41. nr. 47.

m) A. B. C. 24.

n) BERGER *Elect. Iur. Crim.* p. 119.

sumi o), aut magistratus subalternos, (2) a solis ciuibus, superhabita ratione sexus, dignitatis, diuitiarum etc. Vnde imperii ordines in imperatorem et imperium illud committere nequeunt p).

(†) Contra imperii principes a suis subditis hoc crimen committi posse, docet CARPZOV qu. 41. nr. 72. et ad hunc locum CARPZOV. ВОЗНАМЪ XVS.

### §. CCCCLXXXVI.

Ex secundo (§. CCCCLXXXIV.) recte vel directo colligunt Icti (1) perduellionem vel *directam* vel *obliquam* esse, atque (2) in illius reorum numero esse (a) qui *hostem reip.* concitarunt, aut (b) fecerunt, vt ciues caperent arma, ad faciem reip. immutandam; (c) qui hostem aduentantem iuerunt commeatu, armis, telis, pecunia, (d) speciatim, qui cum eo maligna *consilia ceperunt* contra summum imperantem et remp., si vel maxime animum ea exequendi non habuerint q); (e) qui *scelestam factionem* inierunt, aut *factionis iusiurandum* susceperunt vel dederunt *consilium de nece imperantis*, aut (f) de *armis contra remp.*

T 3

fe-

o) CARPZOV C. I. nr. 14. et *poenis statuum imperii* §. 4. sq.

p) CRAMER de *delictis* DLXVIII. m. 4. q) L E Y S E R *spec.*



ferendis; licet euentus consilio non responderit \*).

§. CCCCLXXXVII.

vel oblique  
committitur,

Contra *obliquae perduellionis* reos habent illos, qui de nece eorum, qui imperatori sunt a consiliis rei publicae vel militaris intimis †), conspirant tempore, quo imperatoris nomine tranquillitatem publicam, pacem cum hostibus sancire volunt etc.

§. CCCCLXXXVIII.

poena.

Perduelles (§ CCCCLXXXV.) dolosi, postquam (1) fama \* et bonis omnibus †) \*\*, tam feudalibus quam allodialibus \*\*\*, sunt priuati; (2) in quatuor partes dissecantur, si masculi sint; sin feminae, culleo insuuntur †) \*\*\*\*).

\* Media aetate supplicium prius non sumebatur, quam perduelles nobiles canem, ministeriales selam, et rustici aratri rotam ex vno comitatu in alterum portauerant. GVNTER *Ligur* V, 194. seq. KLVVER *Elect. de iure canum* c. 2. MEBOMII ep. *de xirofozia*.

\*\* Confiscationem iam olim probarunt *L. Ripuar.* tit. 69. §. 1. *Ed. Theodor.* c. 113. *L. Longob.* I, 1, 1.

†) A. B. c. 24. pr.

†) LEYSER *de perduell.*  
obl. nr. 6.

‡) C. C. art. 218. §. 7.

‡) arg. C. C. art. 124.  
§. 1.

I, I. Eam in causa esse, cur ex testamento perduellis tam ante quam post perduellionem condito nulla detur successio, ad vnum fatentur omnes Icti. LEON. LVDOV. MENCKE d. de crimine perduell. §. 24. de eo autem ferram contentionis reciprocant: num a die commissi criminis, an latæ sententiæ fisco cedant perduellis bona? MATTHÆVS de crimin. h. t. c. 3. DE. 21. CASP. RHEDEN d. de iis, quæ in crimine læsæ maiest. occurrunt singularia §. 18. WILLENBERG d. de femina criminis l. m. rea §. 28. MENCKE c. d. §. 17. Ast, me quidem iudice, sine causa contendunt. Verba enim A. B. c. 24. §. 11. clara sunt quam maxime.

\*\*\* Prout perduellio in imperatorem et electores, aut vnum ex reliquis imperii ordinibus commissa fuit, confiscatio vel in toto imperio vel in læsi tantum fit territorio. BERGER Elect. Jurispr. Crim. p. 120. Illo casu bona allodialia fisco istius principis, in cuius deprehenduntur territorio, feudalia vero, sita sint quo velint loco, domino directo addicuntur Capit. Caroli VI. art. 21. WILLENBERG c. d. §. 37. MENCKE c. d. §. 36.

\*\*\* Perduelles et proditores olim arboribus suspendebantur, TACITVS de M. G. c. 12. post lapidibus obruebantur, GREGOR. TVRONENS Histor. IV, 44. vel aliud supplicium ab iis sumebant maiores. L. Sax. III, 1. seq. Capit. Caroli M. de partibus Saxoniae c. 10. CAROLVS M. ad L. Sal. III, 7. L. Alamann. tit. 24. 25. Longob. I, 1, 1. proditores non abscisse capitis damnat. V. GVNDELING singul. de crim. mai. c. 2. §. 6. seq. I. P. S. II, 13. iubet frangi proditorum crura. Postea constitutionem Arcadii probasse videtur Carolus IV. A. B. tit. 24.

## §. CCCCLXXXIX.

Porro (3) perduellium *memoria* damnatur \*, nec non (4) eorum *liberi*, sint ante an post commissum crimen perduellionis nati x), a successione (†), atque ab omni honore, titulo et nomine paterno excluduntur y).

\* Nimirum perduellis (a) *nomen*, si quod in fastis, monumentis aut aliis virorum honestorum catalogis legitur, deletur, (b) *arma* et insignia, si quis vius, conuelluntur, (c) *statua* cuertitur, et (d) *domus* adaequatur solo, quod sale spargitur. Quae omnia sunt istius liberis et agnatis praesentibus. GRASS *collat. I. Civ. Ro. lect. XV. §. 2. p. 760. seq. b. de LVDEWIG ad A. B. pag. 420.*

(†) Et quidem non solum a successione in bona patris perduellis, sed ab omni successione, exclusi sunt liberi, ita ut praeter alimenta ne quidem testamento iis aliquid relinqui possit, quod tamen de liberis solum naturalibus primi gradus valet, minime vero ad nepotes et adoptivos extendi potest. Filiae quoque ex matris hereditate legitimam accipiunt L. 5. §. 3. C. ad L. Jul. Mai. Aurea Bulla c. 24.

## §. CCCCXC.

Quae tamen poena (1) *cessat*, in ciue, qui ab hoste captus et coactus est ad vim ciuitati suae inferendam (§. XXXIX.); (2) *mi-*

Quando  
cesset aut  
mitigetur  
poena?

x) WILLENBERG c. d. y) A. B. c. l. §. 1.  
§. 44.

(2) *mitigatur* illius intuitu, qui vel obliquae tantum perduellionis reus factus est, (†) vel directae quidem, crimen tamen et criminis sociis detexit prius quam damnatum daretur principi vel reipublicae 2). Idem de *exploratoribus* ab hoste ad nos missis a) dicendum erit.

(†) quo casu gladii poena locum habet et bonorum confiscatio cessat. L. 5. §. 3. C. ad L. Jul. Maiest. A. B. c. 24. BOEHMER ad Carpzon. quaest. 41. obl. 5.

### §. CCCCXCI.

Perduellionem participant, qui eam <sup>Sock.</sup> dolo malo (1) *mandarunt*, (2) *consulerunt*, (3) *auxilio* suo promouerunt, (4) pro concione *laudarunt* b), (5) sibi fatis notam neque *impediuerunt* neque *revelarunt* principi c) etc. Sic quoque (6) es illius perduellis socius, quem *ex carcere publico liberasti* d).

### §. CCCCXCII.

Singularia huius criminis haec sunt: <sup>Singularia huius criminis</sup>  
T 5 (1) quod

2) A. B. §. 7. arg. C. C. art. 134. §. 2. 3.

a) BEYER ad a. 124. pos. 3.

b) LEYSER *spec.* DLXVIII. m. 18.

c) A. B. §. 6. GUNDELING C. I. C. 4. LEYSER C. sp. m. 6. RHEDEN de poen., cogit. th. 42.

d) LEYSER C. sp. m. g. seq.

(1) quod *attentatum pro consummato* habeatur (§. CCCCLXXXVI, f.) e); (2) quod poena *liberos* teneat (§. CCCCLXXXIX.) et (3) cum confiscatione bonorum sit coniuncta; (4) quod *mortuus* accusari f), (5) *absens* damnari, et (6) in flagrante crimine deprehensus a quolibet occidi g) queat; (7) quod *consciis criminis* habeatur socius, ubi illud non reuelavit (§. pr. §.); (8) quod *intercessio* pro perduelle testari videatur de inita societate criminis h) (†). Reliqua singularia, quae Dd. tradunt, nec legibus nec ratione iuris fundata habeo i).

(†) Haec omnia ex textu A. B. c. 24. et L. §. 6. 7. C. ad L. *Iul. Maieft.* probantur.

LL. prouinciales.

§. CCCCXCIII.

Quae de perduellione et prodicione diximus, in omnium fere prouinciarum germanicarum legibus k) firmata, ob connatam tamen Germanorum erga principes suos fidem rarissime applicata scimus.

MEM-

e) A. B. §. 3. LEYSER d. de perduell. obl. n. 14.

f) A. B. §. 16.

g) WILLENBERG de femina crim. laes. mai. rea §. 26.

h) A. B. §. 2. LVDOR

VICI d. de intercess. innoc. §. 13. 15.

i) MATTHAEVS de crimin. h. t. c. 4.

k) Stat. Mulb. V, 8. Bad. Land-R. VII, 13. etc.

MEMBRUM III.

DE SEDITIONE.

§. CCCCXCIV.

**S**editio est tumultus ad contemnenda <sup>ma-Seditionem</sup> magistratum iussa ciuitati iniectus.

§. CCCCXCV.

Seditionis auctores pariter atque fautores, praeter damni et impensarum restitutionem, poenam dant arbitrariam, pro eorum statu et malitia, nec non modo et effectu seditionis determinandam *l*). Tantum enim abest, ut quiuis seditionis auctor plectatur capite, ut potius eum, qui magistratus mala administratione vel alia causa probabili ductus ansam dedit tumultui; leuior poena manet *m*).

§. CCCCXCVI.

Quorundam locorum statuta iubent (1) <sup>vñus forensis.</sup> auctorem tumultus pro rerum circumstantiis vel capite truncari, vel in perpetuum relegari *n*), (2) arma et equos tumultuantium addici fisco *o*).

TIT.

l) C. C. C. art. 127.

n) Statut. Mulhus. V, 7.

m) KRASS ad c. art. §.

o) MYLIVS ad BEYER.

2. III. 2.

c. art. post. 4.

## TIT. XLV.

## DE DIFFIDATIONIBVS.

## §. CCCXC VII.

*Diffidationes* **T**emporibus Taciti *p)* quilibet ius suum vi persequeretur, etiam cum vitae, sanguinis et bonorum alterius periculo. Postea vero *Baiuuarii q)* iis, qui ius sibi manu dixerant, et *Alamanni r)* iis, qui vi et armata manu alienam domum intrauerant, irrogabant mulctam.

## §. CCCXC VIII.

vario modo  
limitatas

A temporibus Henrici IV. ius manuarium adeo frequens esse caepit, ut ei impares essent leges \*. Hinc Fridericus I. Philippus et imperatores ac reges insequentes tantum non omnes, vel *diffidationibus ponebant terminos* (ut non nisi ante tres dies *s)* in domo diffidandi *t)* denuntiatae interdiu fierent *u)*, vel *inducias* magis paciscebantur, quam leges ferebant de pace seruanda *x)*.

\* Quid?

*p)* de M. G. c. 21.

*q)* L. *Baiuuar.* X, 1, 1. et 2, 1. 3.

*r)* L. *Alamann.* X. XI.

*s)* §. F. 10.

*t)* GOEDAERT *const. inuer.* To. III. p. 367.

*u)* A. B. tit. 17. §. 2. ibique b. de LVDEWIG. DATT de P. P. lib. 2. c. 15.

*x)* DATT c. l. c. 3. seq. ROGER de *diffidationibus*.

- \* Quid? quod saepe conventiones celebratae sunt de diffidatione ferenda in casum non servatae fidei, BESOLD. *sb. pr.* v. Schde.

## §. CCCCXCIX.

Quae tamen omnia diffidationum abusu <sup>sustulit Maximilianus I.</sup> sustulerunt, sed demum Maximilianus I. supremum tribunal constituens hac peste liberauit germaniam per constitutionem Wormatiensem de A. M. CCCCXCV, \* saepius iterumque firmatam, quippe qua omnes hostilitates, diffidationes et bella intestina sub poenis prohibentur grauissimis.

- \* Huius constitutionis historiam delineauit DATT de P. P. lib V. c. L. seq.

## §. D.

Qui minas (†) in ciuitatem, licet per indirectum, redundantes y) spargit, earumque executionem futuram prodit (††) vel literis signisque diffidatoriis z), vel eo, quod in suspecta loca abeat a): diffidationis criminis reus habetur, et capite truncatur hodie.

In eas quas poena itatur? et

(†) Non

y) Diff. BEYER ad art. 128. pol. 9. seq.

*Jur. Crim.* suppl. p. II. obf. 127.

z) CRYSIVS de iudiciis II, 38, 2. BERGER *Elect.*

a) C. C. art. 128. §. 2. 3.



(†) Non quaelibet minae sufficiunt ad poenam capitalem, sed diffidatoriae requiruntur, quales sunt, quibus bellum priuatum integrae ciuitati vel vniuersitati periculosum serio indicitur.

(††) Quid vero, si excipiat, se animum exequendi non habuisse? Regulariter haec exceptio non prodest ob verba R. I. de Anno. 1548. §. I. in was vorgesehten Schein das geschehe.

### §. DI.

ex quibus  
causis haec  
mitigerur?

A qua poena non quidem (1) conditio minis addita b (†), aut (2) defectus executionis c), attamen (3) hoc liberat, quod quis verbis nullam facti sed iuris vindictam minitantibus vsus, aut (4) hosti iusta minatus fuerit. Qui mala minatus est, nec animum exequendi vilo declarauit modo, carceri includitur, et cautione de non offendendo praestita (††) relegatur d).

(† nisi conditio talis sit, quae animum exequendi minas excludit, e. gr. si filiabus vestris non parcerem etc.

(††) de modo huius cautionis plura habet BOEHMER ad Carpzou. prax. crim. qu. 37. obs. 7.

### §. DII.

Socii qua  
poena adfici-  
antur?

Vnde simul constabit, quaenam poena diffi-

b) Const. Elect Sax. 15. p. IV. CARPZOV pr. crim. qu. 37. nr. 52. seq.

c) R. I. 1590. §. der

gleichen.

d) THEODORICI iud. crim. c VI. aph. XI. lit. f. p. 897.

diffidatorum sociis, speciatim (1) iis, qui literas diffidatorias conscripserunt *e*), aut (2) scriptas diffidato tulerunt *f*), atque (3) iis, qui consilium de pecunia sic extorquenda dederunt etc. irroganda sit.

## TIT. XLVI.

DE

## FRACTA PACE PVBLICA.

## §. DIII.

Qui tranquillitatem imperii armis et <sup>Eum, qui p. p. violantur</sup> *pa-* coadunatis hominibus turbat, *pacem publicam frangere*, et, si dolo malo istam turbationem fecerit, *crimen fractae pacis publicae* commisisse dicitur.

## §. DIV.

Vnde non difficile est intellectu (1) cur <sup>dolo malo,</sup> vnicus pacem publicam frangere *g*), ac (2) qui vim iniustam armis et coadunatis hominibus repulit, aut (3) violentias ex controuersis vicinorum ortas fouet etc. reus criminis fractae pacis publicae dici nequeat *b*).

§.

*f*) THEODORICVS C. qu. 40. nr. 3.

l. lit. g.

*b*) GAIL de P. P. I, 16.

*g*) CAKPOV *pr. crim.* nr. 18.

## §. DV.

quae poena  
ma neat, et

Reus criminis fractae pacis publicae, ubi *absens* est, in bannum imperiale incidit, et omnibus iuribus, actionibus et privilegiis ab imperatore concessis priuatur; si *praesens*, ad ultimum rapitur supplicium *i*). Praeterea violatus *k*), huiusque amicus, si velit, ad solam damni resarcitionem agere potest *l*).

## §. DVI.

quae hanc  
mitigent  
causas?

Quae tamen poena cessat, (1) in ciue, qui corripuit arma, hominesque coadunauit, *ex permissu* imperatoris et imperii, aut (2) vt se ab iniuria *defenderet* (§. DIV, 2.); (3) in hominibus, qui confluxerunt vimque alicui fecerunt, temere et *veluti casu m*).

## §. DVII.

Socii crimi-  
nis.

Complices habentur (1) qui pacem publicam turbantibus *ope consilioque* adstiterunt, aut (2) iis *n*), eorumue bonis *o*), *receptum dederunt*, (3) alioque modo fauerunt.

i) R. I. 1521. tit 808  
Landfried.

k) *Ref. Friederic. 1442.*  
*Ordin. Cam. p. II. tit. 9. §.*  
Wir wollen auch ic.

l) *Ord. Cam. p. II.*

tit. 12.

m) *MEVIUS p. I. decis.*

105.

n) *Ord. Camer. p. II.*  
tit. 10 §. 3. 13.

o) *Ibid. tit. 12.*

runt, itidem (4) *magistratus*, qui violatores pacis publicae non puniuerunt.

## §. DVIII.

Quia communis est opinio: neminem, An, qui vim sibi subiectis infert, frangit P. P.? frangere pacem publicam: consequitur (1) vt status imperii cuidam sibi subiectorum de facto vim inferens, crimen fractae p. p. non incurrat *p*), ne quidem (2) tempore, quo de subiectitia qualitate adhuc disputatur.

## §. DIX.

Denique notes velim, *pacem religiosam* Fracta pax religiosa. non solum armis et coadunatis hominibus, sed et verbis, scriptura, immo pictura violari posse *q*).

## TIT. XLVII.

DE

VIOLATA SANCTITATE,  
QVAM LEGES CERTIS PERSONIS  
LOCISVE TRIBVNT.

## §. DX.

Qui dolo malo et sine iure vim intulerunt vel personis vel locis sancti Violatio sanctitatis speciatim tate

*p*) STRYK d. de facto  
ind. de facto.

*q*) I. P. W. art. 2.

*Engau Ius Crimin.*

U

tate munitis, pro ratione circumstantiarum puniuntur exilio, fustium ictu, manus amputatione, et quandoque capite.

## §. DXI.

I. excubiarum  
publicarum,

Qui I. *excubias* publicas dolo malo violant, vel capitis r) vel manus amputationis, fustigationis, aliamque arbitrariam s) poenam sustinere debent, prout belli aut pacis tempore hoc fecerunt. Illud quoque notandum erit, quod milites in excubiis turbati turbantem occidere possint t).

## §. DXII.

II. magistratus,  
officium  
suum facientis,

Vis II. *magistratus* officium suum facienti dolo malo illata, quandoque, illa autem, quae magistratus ministris et apparitoribus infertur, nunquam capitalis est. Qui vim magistratus sine dubio iniustam vi repulit, ab omni poena tutus est u).

## §. DXIII.

III. Des  
Burgfriedens,  
et

Qui III. vim aedibus singulari sanctitate munitis intulit, *priatur manu* x).

§.

r) Schwed. R. R. art. 46. Mecklenb. art. Br. artic. 34.

s) CARPZOV *Iurispr.* for. p. IV. c. 13. d. 5.

t) D. C. CIESE d. de excubiis c. 2. §. 28.

Berns *Chronic.* 1702. m. Mai. p. 57.

u) LEYSERI sp. 590

m. 12.

x) BESOLD *th. pract.*

a. Burgfriede. CRELL de iure man. §. 48.

## §. DXIV.

IV. *Violatio securitatis domesticae*, iam IV. securitatis domesticae. olim notata  $\gamma$ ), arbitrarie  $\alpha$ ), plerumque carcere vel multa punitur. Iam securitatem vero violasse non censetur, qui in alienas aedes irrupit, (1) ut stuprum inferret feminae, a qua expectatur anxie; (2) ut conuiuas nuptiales saltare videret.

## §. DXV.

V. *Obsessio viarum* est violenta prohibitio, ne hic vel ille per viam publicam transeat V. Obsessio viarum

## §. DXVI.

Quae ubi ad violandam pacem publicam vel sanctitatem ciuilem  $\alpha$ ) dolo malo facta est, capite debet lui. ad violandam pacem vel sanctitatem facta

## §. DXVII.

Vnde dignosci potest facile, (1) obsessionem viarum praecedere posse omnis generis criminibus, nec (2) crimen con- crimen constituit.

U 2

$\gamma$ ) DITMAR Chron. lib. VII. ap. LEIBNITIVM To. I. Script. Brunſu. p. 403. Weichb. art. 88.

lat. pac. domest. GERDES To. II. Opusc. p. 225. seq.

$\alpha$ ) SIMON d. de obsess. itineris c. 3.

$\alpha$ ) BEYER d. de vio-

stitueret, nisi ei pacem publicam aut sanctitatem civilem violandi accederet declaratus animus. Vt (3) *laesio facta sit, non requirunt leges b).*

### §. DXVIII.

Quae causae tollant mitigationem poenam?

Porro inde constabit (4) cur omnis poena cesset in eo, (a) qui vias obsedit, ut ne hostis publicus terras depopulaturus transire possit; (b) qui ad iussum magistratus fugitium clanculum expectavit *c)*; (5) cur ordinaria minor dictari debeat ei, (a) qui ad sua *iura tuenda vias* obsedit, (b) qui aduersario, cui in via publica *casu fortuito* obuiam processit, vim quandam intulit, (c) qui alios in via priuata, aut publica quidem, ast *petulantiae* ergo *d)*, expectauit. Hos praxis (1) pro ratione admissi relegandos, fustigandos *e)*, vel manu truncandos *f)* censet, atque (2) capitis neminem damnat, nisi eum, qui simul homicidii reus est.

b) arg. C. C. C. art. 128.

c) CARPZOV *pr. crim.* qu. 111,

d) BERLICH *p. IV.* *concl.* 20. nr. 10. 28.

e) RESOLD *ibef. pr. v.*

Weglageru. THEODORICH *colleg. crim.* c. VI. aph. 10. nr. 3. p. 893.

f) HEIL *iud. et defens.* c. VI. §. 35. p. 401. CRELL *d. de iure manu et poenis* p. 43.

## §. DXIX.

Huc VI. pertinet *violatio sepulcri*, et <sup>VI. Criminis violati sepulcri</sup> quod inde sequitur, laesio vel spoliatio cadaueris sepulti. Germani enim a tempore, quo humarunt demortuorum corpora, locis sanctis annumerarunt (*sepulcra g*), atque piaculum habuerunt, instrumenta artis, pretiosa, et quae alia tumulis vna cum cadauere illata erant, furripere.

## §. DXX.

Nullam poenam determinauit \* Caro-poena. lus, quare vsu obtinet *arbitraria*, quae tamen ad mortem vsque extenditur *b*), si quis (a) plura cadauera diuerso tempore, aut (b) vnicum armata manu spoliavit, aut (c) sine armis spoliata terrae non mandauit iterum (†).

\* Olim poena criminis violati sepulcri determinata quidem fuit, atq. varie. Etenim *Edict. Theod.* c. 110. capitalem, contra *L. Sal. XVII.* 1. seq. *Alamann. L. 1. Baiuuar. XVIII.* 1. *L. Longob. I.* 12, 1. pecuniariam probarunt. Porro *L. Wisig. XI.* 2, 1. seq. iussit, ingenuum libra auri multatum ceepies flagris caedi, seruum vero flammis ardentibus exuri, et cuiusuis conditionis homines, qui sarcophagum, vt haberent remedium, abstulerant,

U 3

leui-

g) HEINECCIUS *elem. Iur. Germ.* To. II. lib. II. §. 340. seq.

b) *Const. Elect. Sax.* 34. p. IV. *HEIL iud. et def.* c. 6. §. 58.



leuiter puniri. I. P. S. II, 13. crurifragium omnibus omnino profanis sepulcrorum violatoribus dicitur, et *Suonicum* c. 1. 4. distinguens: vimne quis intulerit sepulcro, an aliquid, pretium XXX. nummorum excedens, abstulerit? illius crura frangi, huius corpus fustibus caedi solere refert SCHILTER *exerc. XLIX* §. 37.

(†) Poenas, quas in sepulchri violationem statutas auctor affirmat, ius Saxon. electorale probat. *Constit. Elect.* p. IV. constit. 34. Iure vero communi spoliatio cadaverum, quae more latronum armis fit, capite punitur, si sine armis, arbitraria poena locum habet, quae ad damnationem in metalla, seu hodie ad fustigationem, potest extendi. L. 3. §. 7. D. de *sepulchro viol.* qui vero saxa, marmora aliaue monumenta de sepulchro auferunt, decem pondo auri fisco solunt L. 4. C. *eodem.* Posteriores hodie tanquam fures puniuntur.

### §. DXXI.

VII. *Patibuli*  
*violatio*

*Patibuli violatio* committitur, dum vel ipsum destruitur, vel ex eo suspensus aut suspensi vestes detrahuntur.

### §. DXXII.

quomodo  
punietur?

Iudex eam vindicaturus, perpendere debet (1) *animum delinquentis.* Is enim, qui cadauera punitorum aufert *sepulturae* aut *anatomiae* causa, multa, carcere vel relegatione punitur; qui vero illa *ludibrio* habiturus, aut ad *usus magicos* aliosue reprobatos adhibiturus surripuit, fustigatur, immo quandoque truncatur capite);

te i); (2) *rem surreptam*. Prout enim quis suspenso vestes, vel numos tantum ex illis subtrahit, fustigandus est, aut pecunia multandus k) \* (†).

\* Olim quaerebatur: quis ex furca detractus fuerit? vivus an mortuus. Vivum qui detraxerat, vitam redimere cogebatur. *L. Sal. XLIV, 9. et LXIX, 1.*

(†) Quia nummi ablati proprie in nullius sunt possessione, eorum subtractio furtum non est, nec secundum ea, quae intuitu furti iuris sunt, potest iudicari. Putarem igitur, quod subtractio vestium, quatenus exinde suspensus est denudatus, fustigatione, alias relegatione, vel carcere, ablatio vero nummorum carcere puniri debeat.

### TIT. XLVIII.

DE

## DELICTIS MONETARIIS.

### §. DXXIII.

Circa monetam varie delinquent \* ho- Circa moneta-  
mines. Alii *falsam*, alii *laesam maiesta-*  
*tem*, alii *utrumque* committunt.

\* De abusu iuris monetandi egimus d. *de delict. monet.* §. 12. seq.

U 4

§.

1) BERGER *Elect. Iur. Crim.* p. 52.

k) IDEM c. l. p. 51. HEIL *iud. et defens.* p. 447.

## §. DXXIV.

mox falsi,

*Falsum* committunt (1) qui iure monetandi, quo gaudent, vsuri (a) ex re proba materia, vel (b) *liga* superhabita 1), vel (c) sub alterius *principis nomine* numos cudunt; (2) qui a principe quodam cufos tingunt m), radunt; aliove corrumpunt modo n), quive (3) monetam grandiozem reflant o).

## §. DXXV.

mox laesae  
maiestatis,

*Maieftatem laedit*, qui absque priuilegio ab ea impetrato monetam, pondere tamen ac materia bonam, cudit p).

## §. DXXVI.

mox vtriusque

Denique *falsi* pariter atque *laesae maiestatis* rei sunt, qui destituti iure monetandi, quod in regalibus est q), falsos numos cudunt sub ligae probatae nomine, et cufos expendunt \*.

\* Aurei sint an argentei, maioris an minoris valoris

1) DAMHOVDER *pr. crim.* c. 65. nr. 4. BEYER h. art. pos. 9. 10. d. nr. *de del. mon.* §. 12.

m) CARPZOV *pr. crim.* quaest. 42. nr. 82.

n) R. I. 1551. §. dahin et 1559. §. Wir wollen. c. disp. nr. §. 14.

o) R. I. 1571 §. Aber damit 1559. §. wir ordnen.

p) STRYK V. m. ff. h. §. 4. et d. *de temerat. iur. monet.* §. 5.

q) L. Longob. I, 28, 1. I. P. Sueu. c. 12. A. B. X. f. *Elem. nostra iur. Germ.* III, 64. \*

ris nummi, perinde est. *Edict. mon. 1552. §. 169.*  
 STRYK d. de temerac. iur. mones. c. 3. §. 8.

## §. DXXVII.

Quia falsum et laesae maiestatis tunc de- crimen com-  
 mum in verum crimen abeunt, ubi sunt mittitur.  
 dolo malo facta (§. CCCCXLI. §. CCCC-  
 LXXX.): consequitur, ut (1) qui doli non  
 capaces, aut (2) ex ignorantia circa mo-  
 netam deliquerunt, neque falsi (§. DXXIV.),  
 neque laesae maiestatis (§. DXXV.), ne-  
 que utriusque (§. DXXVI.) criminis rei  
 dici possint.

## §. DXXVIII.

Quumque ea demum veritatis immuta- An crimen  
 tio, qua damnum fertur tertio, dicatur pro varietate  
 falsum (§. CCCCXLI.), putarem (1) fal- damni dati  
 sum in moneta commissum pro varietate variet?  
*damni eo dati* variare (§. CCCCXLII, 3.),  
 proptereaque videndum esse, (a) num num-  
 mi, quos quis falsos cufit, fuerint *expensi?*  
 et, (b) si hoc, num magnae an exiguae  
*quantitatis?* (c) num damnum falsa mo-  
 neta datum a laedente *resarcitum*, aut a  
 laeso *remissum* sit nec ne? (2) non nisi *at-*  
*tentatae falsificationis* monetae reum esse,  
 qui non expendit nummos, quos corrup-  
 pit aut falsos reddidit (§. eod. 4.); (3) fal-  
 sum circa monetam non commisisse eum,  
 qui nummos lusorios, aut in supputatio-

nibus vsurpandos aut alios in memoriam illustris facti cufit *qq*).

§. DXXIX.

poena.

Ius Carolinum \* iubet (1) eum, qui numos, superhabita liga, cufit, signauit, aut quos cognouit fallos, acceptos tulit, iterumque in aliorum detrimentum expendit, *comhuri* †), (2) illum vero, qui probos rafit numos, aut iure monetandi deffitutus aliquos cufit, *arbitrarie* puniri ‡).

\* Olim monetarum falsarius vel manu vel libertate vel bonis priuabatur *L. Wisig. VII, 6, 2. Capis. IV, 33.* Tamen *Constit. Sicul. III, 40.* praecipunt: *eos*, qui dolo malo falsam monetam cuferrunt vel acceperunt, capitis damnari eorumque bona filco addici, *illos* autem, qui monetae aliquid detraxerunt, bonis priuari. *L. P. S. II, 26.* et *Sueu. c. 385.* pro diuerfo falsariorum statu, diuerfoque falorum numorum numero, vel capitali vel corporali poenae locum fuiffe referunt.

§. DXXX.

Praxis vero (1) non nisi illum, qui consummati criminis falsi et laesae maiestatis simul reus est, *comhuri*, (†) reliquos autem, qui crimen alterutrum circa monetam com-

*qq*) disp. nr. de delict. monet. §. 9.

†) C. C. C. art. III. §. 2.

‡) Ib. §. 4. §. d. nr. de falso numario et solo et cum vsurpatione iuris monetandi coniuncto §. 23. seq.

commiserunt, pro damni dati quantitate et contemptus principis grauitate, *arbitrariam* poenam luere iubet t).

(†) Poena viuicomburii probata est L. 3. C. de *falsa moneta*, ex qua lege in Carolinam illa transiit. Vt vero illa locum habeat, requiritur, vt iure monetandi destitutus reprobam monetam imperialem fecerit, eamque dolose expenderit CARPZOV quaest. 42. nr. 26. seqq. qui iure monetandi destitutus falsam monetam fecerit, quae non est imperialis, aut imperialem falso factam non expenderit, poena gladii afficitur CARPZOV quaest. 42. nr. 28. KRESS ad C. Car. art. CXI. Qui falsam monetam solum expendit, aut in societate est cum fabricatore aut non. Ibi gladii, hic fustigationis poena locum habet, si dolo expenderit, hoc deficiente vel nulla vel arbitraria solum locum habet poena BOEHMER ad *Carpzov.* qu. 42. obs. 9.

### §. DXXXI.

Quae tamen poena mitigatur (1) vel al- Causae miti-  
 terutro falso vel usurpatione iuris deficientes,  
 te, (2) in eo, qui conatus est crimen com-  
 mittere, aut (3) commisit, illud tempore,  
 quo doli non fuit particeps tt), itidem (4)  
 in eo, qui monetam *prouincialem* (§. DXXIV.)  
 u), eamque minutam, falsam fecit, aut (5)

177-

1) STRYK V. m. ff. tit. de fals. §. 6. disp. nr. de falso num. §. 9. 14. 16. seq. 18. seq.

2) c. disp. §. 36. seq. 2) BEYER ad c. art. pos. §. 9. WERNHER p. IX. obs. 200.

*imperialem* \* quidem, aut eam vel plane non (§. DXXVIII.), vel in ludo tantum x) *exposuit* \*\*, aliisque hoc scientibus vendidit y); nec minus (6) in illo, qui *principis extranei* effigiem monetae dedit falsae z). *Minorennitatem, ignorantiam, aliasque causas generales, poenam ordinariam mitigantes, vna cum his, quod numorum reuolutio hodie fere impunis sit, quodque, si solum falsum commissum, damni dati resarcitio attendi debeat, lubens iam praetereo.*

\* *Imperialis* non illa tantum dicitur, quae fert effigiem imperatoris, sed omnis illa, quae ad ligam in imperio adprobata causa est, vel saltem cudi debuit. ROTII d. de *falsa moneta* c. 2. §. 13.

\*\* Qui mitiorem poenam statuendam putant iis, qui monetam imperialem, quam culerunt falsam, non ipsi sed per alios expenderunt, a regia aberrare videntur mihi.

### §. DXXXII.

**Socii.**

Societate sceleris videntur iuncti monetae temerator, et (1) qui hunc auxilio, consilio alioque modo iuuuit, speciatim (2) qui instrumenta monetaria et metalla pro-

x) KIZZEL *de iure monet.* p. 473. nr. 45.

y) WERNHER p. IX. obf. 68.

z) CLASEN ad h. art. CARPZOV qu. 43. nr. 71. 75. Diff. STRYK c. d. c. 3. §. 9.

curavit, aut (3) numos falsos erogavit etc. *zz*). Hi cum architecto sceleris non semper in eodem reatu sunt *a*). Qui enim ignoranter, nulla, et, qui extra actum monetandi vel absque societate, ad facinus perpetrandum, concurrerunt, extraordinaria *aa*) plectuntur poena. Speciatim (a) princeps, qui conniuit in moneta temeranda, iure monetandi, et (b) qui domum suam ad fabricandos numos commodavit, hac priuatur *b*) \*. Sic quoque (c) qui falsos numos dolo malo expendit, vel fustigatus relegatur vel capite truncatur, prout hoc fecit absque societate inita, aut ea praeuia *c*).

\* Quod hodie usu non seruari statuit **ВОЗНМЕР**  
То. II. R. 1186. nr. 5.

### §. DXXXIII.

Territorii domino committuntur quidem An confiscationi bonorum locus  
numi falsi (§. CCCCXLIV.), non tamen  
omnia falsarii bona *d*). Itaque frustra quae- sit?  
ris: Num bona ipso iure in commissum ca-  
dant, nec ne?

TIT.

*zz*) d. nr. *de del. mon.*  
§. 27. seq. *de falso numa-*  
*rjo* §. 30.

*a*) c. d. §. 48. seq.

*aa*) **KRESS** ad C. C. art.  
111. §. 4.

*b*) C. C. c. art. §. 3. 6.

*e*) **KRESS** c. l. §. 5.  
**CARPOV** *pr. crim.* q. 42.  
nr. 99.

*d*) R. I. d. A. 1578. §.  
75. **KRESS**, ad C. C. c. art.  
§. 5.



## TIT. XLIX.

DE

RELIQVIS DELICTIS QVAE  
GERMANORVM LEGES  
VINDICANT.

## §. DXXXIV.

*Vfuraria  
prauitas.*

**Q**ui dolo malo **VSVRARIAM PRAUITA-**  
**TEM** exercuit \*, seu vfuras modum  
legitimum excedentes a debitore fuo exe-  
git petiitue iudicialiter (†), priuatur fama  
(††), quarta parte fortis (†††), iure testan-  
di et honesta feputura e); licet debitor le-  
gibus contra vfurariam prauitatem latis re-  
nuntiaffet.

\* Itaque huc non pertinent, (a) qui quidem fibi  
ftipulati funt, non tamen petierunt, vfuras cen-  
simas; (b) qui vfuras vltra alterum tantum exe-  
gerunt.

(†) Qui fibi ftipulatus eft, aut iudicialiter petiit vfu-  
ras illegitimas, quas tamen nunquam accepit, at-  
tentati quidem aft non consummati criminis vfu-  
rariae prauitatis reus eft.

(††) Poena infamiae lex iure Rom. eft. L. 20. C. ex  
quibus caufis irrogatur infamia.

(†††) quae inter magistratum debitoris et credi-  
toris diuiditur, *reform. polix.* de A. 1577. tit. 17.  
§. 8.

## §. DXXXV.

e) *Ref. Polix.* de A. 1548. tit. 17. §. 7. de A.  
1530. tit. 26. §. 7. de A. 1577. tit. 17. §. 8.

§. DXXXV.

CARCEREM EFFRINGUNT *vel commentarienses vel incarceratus vel alii.* Isti (a) eodem supplicio adficiuntur *f*), ad quod sententia iudicis iam condemnatus erat, quem e carcere dimiserunt, aut, ut eadere posset, fecerunt, *dolo malo*; *sin* (b) *culpam* tantum commiserunt, pro huius diverso gradu mox fustigationis mox relegationis mox carceris mox pecuniariam poenam *g*) sustinere, atque praeterea sumtus, ad recuperandum reum carcere elapsum erogatos, ferre tenentur. Quod denique (c) poena talionis hodie sit rarissima *b*), atque (d) nulla poena commentarienses maneat, ex quorum, singulari vafritia deceptorum *i*), custodia aufugit, casuue elapsus est reus, res ipsa loquitur.

*Carceris effra-  
ctio a com-  
mentariensi-  
bus,*

§. DXXXVI.

*Incarceratus* effringendo carcerem *se* <sup>*in carcerato*</sup> (1) magis suspectum reddit de commisso <sup>*vel*</sup> crimine, cuius accusatus est *k*), non tamen (2) vlli poenae propterea hodie subiacet, praesertim vbi conniuentia et negli-

*f*) C. C. art. 180. §. 1.

*g*) Ibid. §. 2.

*b*) CARPZOV *pr. crim.*  
quaest. 111. nr. 84. seq.

*i*) LEYSER *sp.*  
DLXIV. m. II.

*k*) C. C. art. 27. §. 1.

gligentia custodum aufugit, nulla vi singulari adhibita.

§. DXXXVII.

aliis facta.

*Exteri*, qui effracto carcere fecerunt, ut incarceratus effugeret, pro modo effractionis, malitia effringentis et gravitate criminis incarcerati puniuntur. Scilicet (a) qui *per seditionem* effregit, ut reus fractae pacis publicae punitur: si (b) effractio *per aliam vim atrociolem* facta, arbitraria poena locum sibi vindicat, nisi ex carcere dimissus reus fuerit criminis *per duellionis* (§. DVII, 6.). Denique (c) mitius agi debet cum iis, qui eam effracti carceris causam, qua dolus minuitur, laudare possunt l).

§. DXXXVIII.

Cr. dardanariatus

*Dardanariatus* crimen dicitur quilibet actus dolo malo ad id susceptus, ut annona (†) fieret carior. Itaque prohibito proolio m), fraudulenta rerum, quae ad victum pertinent, coemtarum suppressione et alio modo committitur \*.

(†) Annonae nomine res omnes, quae ad victum necessarium pertinent, complectimur. Huiusmodi

l) CLASEN ad c. a. ff. tit. f. c. 4. nr. 5.  
p. m. 578. MATTHAEVS m) GRASS de proolio  
de crimin. ad lib. XLVII. iuste prohibito.

di annona vel publica vel priuata est. Fraudes circa publicam commissas annonam vindicat lex Julia de annona, qua cauetur, ne quid fiat contra annonam eiusque taxam statutam. Priuati vero, qui auaritia inducti malis artibus annonae caritatem inferunt, dardanarii vocantur. Tales sunt, qui rebus ad victum necessariis abundantes aliis iusto pretio vendere nolunt, aut, vt caritatem efficerent, vbicunque coeunt, vt carius vel adulterinis stateris venderent.

\* Ius Romanum huc quoque refert eos, qui falsum circa pondera et mensuras committunt.

§. DXXXIX.

Cuius criminis poena, quae in publi-<sup>poena.</sup> catione bonorum \* et relegatione aliaue poena arbitraria consistit *n*), infligi nequit ei, qui merces, quas, vt se aliosque a futura inopia defenderet *o*), aut principe permittente, coemit, nisi tempore caritatis *p*) venales non habet.

\* Praxis non nisi annonae suppressae publicationem approbat.

§. DXL.

*Collegium*, quod sine principis consensu coiit, dissoluitur, et illius membra coercentur ex iudicis, causam collegii et qualitatem coeuntium attendentis, arbitrio *q*). *Collegium illicitum.*

TIT.

*n*) Ord. Polit. 1548. tit. 18. §. 2. §. et de A. 1577. tit. 18. §. 1.

*o*) BRUNNEMANN de Dardanariis c. 4. n. 7. HEIL Engau lus Crimin.

iud. et defens. p. 444.

*p*) KRESS probl. *Vtrum Iosephus fuerit dardanarius?* §. 11. 12.

*q*) HEIL c. l. p. 452.

X

## TIT. L

DE

DELICTIS MINISTRORVM  
PRINCIPIS.

## §. DXLI.

Ministri  
principum  
quando de-  
linquant et

**M**inistri principum vario delinquant modo, speciatim dum (a) principi in deum aut superiorem peccanti adfistunt *r*), (b) arcana principis reuelant amicis et domesticis suis, (c) officia publica principe prohibente negotiantur *s*) etc. Eorum poena est priuatio salarii, honoris, muneris, et, pro qualitate damni principis aut reip. dati, corporis adfictiua vel capitalis.

## §. DXLII.

quando de-  
linquere vi-  
deantur?

Contra in delinquentibus non sunt (1) qui iussis principum, legi diuinae contrariis *t*), aut superiori principi iniurias adferentibus *u*), obsequi, vel (2) iniusta principis facta defendere et excusare nolunt *x*); (3) qui gerunt ministrissimum, quem legitimis modis obtinuerunt *y*); (4) praecipui ministri, qui nego-

*r*) LEYSER *spec.* DLXX. m. 6.  
DLXXI. m. 20.

*u*) Id. c. sp. m. 13.

*s*) Id. c. *spec.* m. 38.

*x*) Id. c. l. m. 7.

*t*) LEYSER *spec.*

*y*) Id. c. sp. m. 21. seq.

negotium reip. damnosum ex consilio totius senatus expediunt z):

§. DXLIII.

*Barattariae* \* seu *repetundarum* reus est <sup>Barattariae</sup> minister publicus, qui *δωροδοχος* in officio suo facienda omisit, vel omittenda fecit a).

\* Cuius nominis rationem evolvit GOD. LVD. MENGKE d. de crim. barrat. th. 3.

§. DXLIV.

Itaque (1) donorum \* acceptatio, (2) <sup>crimen</sup> munus publicum et (3) dolus accipientis, nec non (4) animus magis aut minus faciendi officium, constituunt crimen *barattariae*.

\* Donata fuerit pecunia an res alia, perinde est. Sic quoque huc pertinet emtio numo facta.

§. DXLV.

Crimen *barattariae*, quia falso non ad <sup>arbitrarie</sup> modum dissimile est, <sup>punitur.</sup> arbitrarie \*, et quidem pro diuersa *malitia* delinquentis et quantitate *damni* dati diuersimode (§. CCCXLIV.), v. c. priuatione *famae* ac *dignitatis*, *relegatione* etc. punitur b).

X 2

A qua

z) Id. c. sp. m. 27.

b) CARPZOV *pr. crim.*

a) MENGKE d. de crim. *quaest.* 93.  
*barrat.* th. 15.

A qua poena non liberant (1) benevolentia donatoris, aut (2) iustitia causae, quam iudex donorum intuitu promouit c), attamen (3) illud, quod pecuniam extra muneris sui rationes acceperit, aut (4) ob acceptam haud magis minusue fecerit officium d).

- Olim iudices et magistratus criminis repetundarum reos dignitate priuabat, et X. libr. auri multabat *L. Wisigoib.* XII, 1, 2. redhibitionem lucri ac poenam pecuniariam iis imponebat *L. Baiuar.* II, 18. Ast *L. Ripuar.* LXXXVIII. hoc crimen semper, ex dispositione vero R Theodorici tunc capitale erat, vbi pecunia corruptus innocentem ad mortem condemnauerat. *Ed. Theod.* 1. seq.

### §. DXLVI.

Concussio.

Qui simulato officio, aut magistratus iussu alicui terrorem incutit pecuniae vel alterius rei extorquendae gratia, *concessionis* reus est, et arbitrarie punitur. Sufficit hic metus accusationis, fidei amittendae, aliusue incommodi e).

### §. DXLVII.

De residuis.

Qui redditus publicos, quorum administrationem in se suscepit publice, dolo mala conuertit in suos vsus, crimen *de residuis* commisisse dicitur. De quo crimine

c) ZIEGLER *Dicast.*  
concl. 10. 11.

d) HEIL c. l. p. 407.

e) DAMHOVDER *pr. crim.*  
c. 29 nr. f. COELENIVS  
*de concessionis criminis.*

ne in antiquis legibus quicquam me legere non memini. Hodie vero singulares illae constitutiones, quae vom anvertrauten Guthe publicatae sunt in Saxoniae electorali f), Marchia g) et ducatu Brunsvicensi b), suam poenam in fraudulentos administratores statuunt. Huic tamen locus non datur, (1) si administrator iureiurando non fuerit obstrictus de officio suo rite subeundo i), aut (2) constitutionem poenalem ignorauerit k), aut (3) culpam tantum in administratione commiserit. Perfidum vero administratorem propterea, quod ei animus fuerit et facultas ablata restituendi, a poena ordinaria neque lex neque praxis Saxonica l) liberat. Quod si vero numos, si quos in suos conuerterit vsus, rationibus intulerit sub salarii sibi debiti nomine, aliud dicendum erit m).

§. DXLVIII.

Iudex, qui vel odio vel alio adfectu Syndicatus motus illegitime processit aliquem male

X 3

iudi-

f) p. IV. const. 41. Mand. de A. 1705.

g) Edict. 1683. d. 22. Ian.

b) Constitutio Henrici Julii d. 1. Aug. 1594. wegen untreuer Diener und Boten.

i) CARPZOV *Iurispr. forens.* I, 42, 3.

k) CARPZOVII d. de trimine residui n. 8.

l) id. c. d. n. 19. 25.

m) FAVST A STROMBERG II. de crim. c. 2. p. 21. comment. ad Const. Carol. art. 170.



iudicando, sine legitimis iudiciis torturae subiiciendo etc. reus est *syndicatus*, et arbitrarie punitur (§. CCCCXLIV.). Sententia, quam pronuntiavit, quum sit ipso iure nulla (§. eod.), in rem iudicatam nunquam transit.

## §. DXLIX.

*Ambitus* et *Simoniae* crimina praetereunt germanorum leges. Hinc eorum naturam ac poenas sciscitaturum ablego ad ius civile Ro. et canonico-pontificium.

## TIT. LI.

DE

## DELICTIS MILITARIBVS ET MARITIMIS.

## §. DL.

Delictorum  
militarium

Militum delicta vel *communia* esse vel *propria*, inter omnes constat. Haec dicuntur quaevis dicta factae cum fide aut disciplina militari pugnantia.

## §. DLI.

poena

Quorum poena varia. Etenim (1) *ignominia* notantur, qui languorem simularunt, aut digitos refecerunt *n*); (2) *arbitra-*

n) BEHAIMB *mil. delinq. obs.* §8. FR. BE-  
NED. CARPZOVII *d. de murcis.*

*bitrarie* puniuntur, qui (a) ex agmine ex-  
 cesserunt praedam facturi o), (b) tesseram,  
 prout decet, non reddiderunt p), (c) in  
 hospites suos verberibus saevierunt q) etc.  
 Contra (3) *capitalis* poena manet (a) eos,  
 qui *in castris* manum levarunt *in* praeposi-  
 tum r), aut gladium strinxerunt in com-  
 militonem s); (b) qui *extra castra* manus  
 intulerunt praeposito t), aut hunc contra  
 vim iniustam non defenderunt u); (c) qui  
*tempore belli* excubias deseruerunt, muros  
 transcenderunt x), primi ex acie fuge-  
 runt y) \*, praeter necessitatem ad arma  
 conclamarunt, res, quibus militia carere  
 nequit, corruerunt, quae ad castris defen-  
 sionem spectabant, ad ducis imperium age-  
 re detrectarunt z), hosti tesseram vel alia  
 secreta prodiderunt a) etc. Ac denique  
 (4) mox arbitrariam mox capitalem poe-  
 nam subire debent (a) qui locum, quo  
 stare iussi erant, dereliquerunt b), (b)  
 qui arma sua citra necessitatem aliena-  
 runt c).

X 4

\* Hos

o) B E H A I M B C L  
*obs.* § 7.p) *Id.* c. l. *obs.* 62.q) *Id.* c. l. *obs.* 47.r) *Id.* *obs.* § 2.s) *Id.* *obs.* § 4.t) *Id.* *obs.* § 3.u) *Id.* *obs.* § 1.x) *Id.* *obs.* 62.y) *Id.* *obs.* 64.z) *Id.* *obs.* 50.a) *Id.* *obs.* 71.b) X. *Best.* art. 59. 82.  
 83. *Suppl. Best.* art. 12.c) B E H A I M B C L *obs.*  
 § 6.

\* Hos citra causae cognitionem occidere licet.  
 S C H O E F F F E R *de milite defensore* c. 2. nr. 42.  
 seq. §6.

## §. DLII.

quando remittatur?

Poena ordinaria remittitur ei, qui (1) conatus tantum est delictum committere, aut (2) quod consummavit, patrauit *doli* quodammodo *expers*, ut si. (a) in minore aetate adhuc constitutus, (b) nimia simplicitate captus, (c) articulorum militarium ignarus *d*), (d) corporis infirmitate, aut alia necessitate adactus, (e) iusto dolore motus etc. deliquerit. *Ebrietate* vero delictum militare quandoque grauius, nunquam leuius redditur.

## §. DLIII.

Militares poenae sunt vel ignominiosae,

*Militares* (5) POENAE sunt vel IGNOMINIOSAE vel CORPORALES vel CAPITALIS *e*). ISTAE vel *famam minuunt* faluo militari statu, utpote (a) *stipendii priuatio*, (b) *ad castra purganda condemnatio*, (c) *ordinis militaris imminutio*, das Absessen vom carico etc. vel *famam penitus consumunt*, v. c. (a) *missio* ignominiosa ohne Abschied von der compagnie verstoßen

d) IDEM c. 1. obf. 48. *iuridico-politico-milis.* cent.  
 e) B V R G E R *obseru.* 2. obf. 65. p. 360.

sen f), (b) *exauctoratio* g), tam *realis*, quam *symbolica*, quarum haec consistit in publica proclamatione vel *nominis et effigiei* ad patibulum affixione b).

§. DLIV.

Poenae corporales sunt (a) abscissio <sup>vel corporales</sup> na-  
fus et aurium i), (b) ictus virgularum  
Gassentauffen, (c) castigatio quae fit viti-  
bus, das Prügeln zwischen den Picken  
k). Sic quoque saepe debent (d) asino  
ligno insidere, ad pensis quandoque ad  
eorum pedes ponderibus, (e) fossam fo-  
dere, (f) cespitem ferre, aut, qui equi-  
tes sunt, (g) ad palum stare, (h) ehip-  
pia portare etc.

§. DLV.

Capitalis denique poena haec est, dum <sup>vel capitales</sup>  
miles globulis, quos ex machinis bellicis  
manuariis eiecerunt commilitones, occi-  
ditur, wird arquebusfret l).

X 5

§. DLVI.

f) BIERER *iuris milit.*  
*prud.* nr. 1277. p. 572.

g) Stein d. *de eo quod*  
*iustum est circa poenas mi-*  
*lit. ignom.* §. 18. WEND.  
*de poenis militum famosis.*

h) Id. c. d. §. 20. LV-  
DOVICI *Einl.* zum

*Kriegs-Pr.* c. 13. §. 8.  
p. 206.

i) Stein c. d. §. 19.  
SEYFRID *de defensoribus*  
p. 139.

k) BIERER c. l. nr.  
2080. p. 573.

l) LUDOVIC *c. l.* §.  
7. p. 202.

## §. DLVI.

Quid de famosis notandum?

Illud porro quin adducam me temperare nequeo, quod poenae famosae (1) habeantur illae tantum poenae, quas infligit car-nifex *m*); (2) ob delictum commune irrogari debitaе in militares, famae innoxias, commutari soleant, nisi delinquentis malitia, euitandumue scandalum suadeat aliud.

## §. DLVII.

Centurionis delicta.

Volunt etiam leges *centurionem* (1) *militiae gradu pelli*, qui (a) stipendium *militibus* non soluit *n*), aut (b) aes militare legendis militibus destinatum interuertit *o*), (c) in numerandis et lustrandis militibus falsum commisit *p*); (2) *capite puniri*, qui (a) duos exercitus eodem tempore duxit, aut (b) in conflictu *peronem* pro corde habuit, aut (c) hosti castellum sine causa tradidit *q*), aut (d) proditor fuit.

## §. DLVIII.

Obsequii militaris denegatio

*Obsequii militaris* \* *denegatio* delictum est, quod eo grauius redditur, quo maior potestas illius, cuius mandata superhabentur.

\* Qui

*m*) *Elem. nostra : lur. Germ. I, 495. 499.*

*n*) *BEHAIM B.C.I. obs. 29.*

*o*) *ID. C. I. obs. 30.*

*p*) *ID. C. I. obs. 33.*

*q*) *SCHOEFFFER de officio praefecti castelli ad extrema obligati. MALDONER synopsis milit. q. 27. p. 606. seq.*

\* Qui sibi praeposito non paret in priuatis negotiis, delinquit minime. FRANCKENSTEIN d. *de rigore poenarum militari per aequitatem temperando* lect. II. §. 16.

§. DLIX.

Poena leuior, quam LL. militaribus sta-<sup>quomodo-</sup>tuta est, imponi debet ei, qui (a) *dolore*<sup>punienda?</sup> non iniusto motus, aut (b) *errore* deceptus immorigerum se gessit, aut vi resistere tantum conatus est.

§. DLX.

*Desertor* est, qui a signis, quibus se addi-<sup>Desertoribus</sup>xit, abiit animo nunquam redeundi.

§. DLXI.

Desertio \* pro varietate ordinis, stipen-<sup>poena</sup>diorum, gradus militiae, vitae anteaetae delinquentis etc. varie punitur *r*), plerumque *capite* *s*), praesertim in iis, qui primi se ex acie in fugam conuerterunt *t*), excubias deseruerunt, muros transcenderunt (§. DLI, 3.), aliaue simul commiserunt crimina *u*).

\* Huius criminis, quod *beriliz* vel *berisiliz* dicebatur, conuictos, prout honestioris erant aut vilioris.

---

r) BURGERS c. l. cent. art. 51. Brand. X. X.  
2. obf. 23. art. 34.  
s) WILDVOGELII d. u) SCHOEFFER d.  
*de desertor.* c. 1. §. 12. *de mil. deserts.* c. 3. nr. 2.  
r) Carl Gustau. A. B. seq.

ris conditionis homines, vel exilio vel ieiuniis et decaluatione, itidem auri libra puniebatur *L. Wisig. IX, 2, 9.* contra capite priuandos habebant *L. Longob. 1, 14, 15. Capit. de A. 812. §. 4.* Quaedam huc pertinentia legere potes in *HACHENBERGII German. med. diff. IX.*

### §. DLXII.

mitigata  
quando di-  
ctetur?

Contra poena ordinaria minor manet desertorem, (1) qui vel adhuc minorennis, vel maiorennis quidem, tamen non legitime lectus est *x*); (2) qui iusiurandum militare vel nondum praestitit, vel praestitum, quod prima desertione solutum est, non repetiit, aut (3) desertione sua reipublicae parum aut nihil damni attulit; (4) cui legendo datam fidem dux vel princeps seruauit minime. Sic quoque mitigatur poena, quoties (5) necessitas aliaue iusta causa desertionem suavit *y*), aut (6) adiunt causae spem emendationis promittentes, aut (7) milites magni numeri signa deseruerunt *z*).

### §. DLXIII.

Qui milites ad desertionem postea secutam sollicitarunt, consilioque speciali instruxerunt *a*) etc. dolo malo: eadem poena, qua ipsi desertores, adficiuntur. Quod de his, qui fugitiuos occultarunt, dici nequit.

### §. DLXIV.

*x*) Id. c. l. nr. 31. seq.

*y*) Id. c. l. nr. 70. seq.

*z*) BEHAIMB C. 1. obs.

73.

*a*) Schwarz decis. militar. v. Austriacae cas. 12.

§. DLXIV.

*Transfuga* a) laqueo b) \*, non autem se-  
tione, punitur c), nisi hostem consiliis  
armisue iuuerit. Transfuga.

\* Iam olim transfugae ex arboribus suspendeban-  
tur. TACITVS de M. G. c. 12. Cap. II. A.  
812. §. 2. 9.

§. DLXV.

Classi praefectus, qui (a) castellum a-  
quaticum ad extremam necessitatem non-  
dum adactus hosti tradidit d), aut (b) ad  
eum nauibus suis fugit vel fugere cona-  
tus est etc. capitis damnatur. Classi praefe-  
ctus delin-  
quens quo  
modo punia-  
tur?

§. DLXVI.

*Piratas*, quibuscum confundas nolim Piratarum  
excursores maritimos e), vel suspendii poena.  
vel gladii poena manet. Hoc casu eo-  
rum caput iuxta portum palo infi-  
gitur f).

§. DLXVII.

a) Schwarz decis.  
militar. v. Ausreisere cal.  
18.

b) Brand R. R. art.  
46. R. Leopoldi N. B. art.  
44.

c) Diss. SCHORFFER  
G. d. C. 2. Nr. 29.

d) WILLENBERG de  
delict. marit. §. 14. seq.

e) Id. d. de eo quod  
iustum est circa excurs.  
marit.

f) HARTMANN obs.  
sing. 174. VOETIURE milit.  
C. 4. Nr. 52.



## §. DLXVII.

Qui nauim suam diuersis vocauit nominibus, atque literis, quas vocant *Eurdenbriefe*, vsus est in fraudem reipublicae: et nauim et merces amittit.

## §. DLXVIII.

Collisio nauium.

Qui dolo malo collidit naue sua in nauem alterius, vt alterutra conquassetur aut damnum capiat, damnum, si quod dedit, refarcire, et si lucri causa, vel, vt perirent homines, deliquerit, poenam capitis subire debet g).

---

g) STRYK d, *de collifione nauium.*





## LIB. II.

## TIT. I.

DE

## IURISDICTIONE CRIMINALI.

## §. I.

**I**urisdictio criminalis nihil aliud est quam <sup>Iurisdictio criminalis</sup> potestas causas criminales dirimendi <sup>a</sup>) (+).

(+) *Causa criminalis* est, quae delictum et poenam exinde promeritam concernit. *Decidere caus. crimin.* est de delicto eiusque autore cognoscere, et decidere, ut et sententiam latam exequi.

## §. II.

Antiquissimis temporibus crimina in bello aut <sup>quibus tempore Taciti,</sup> comitiis peracta iudicabant *sacerdotes* <sup>b</sup>); ea vero, quae pacis tempore et extra conuentus publicos erant commissa, *principes* cum suis centenariis <sup>\* c</sup>).

\* Ita dicta a *centenis*, in quas t. t. tota Germania distributa erat. V. MEINDERS *de iudic. cens.* c. 2.

## §. III.

Francorum Reges crimina, prout a maiori-<sup>sub Francis</sup> bus <sup>et</sup>

a) *Elem. nostra Iur. Germ.* IV, 1.

c) KRESS d. *de variis iuris crim. in Germania generibus* c. 2, obl. 2. §. 3.

b) TACITVS *de M. G.* c. 7. 12.

bus aut minoribus personis erant commissa, vel ipsi cognouerunt *d*), vel per comites *e*), quorum cuique suus erat pagus. Vnde constabit de causa, cur reges (1) adpellationem a sententia comitum interpositam acceperint *f*), et (2) suo tempore miserint, qui comites sinistros iustitiae sacerdotes corrigerent *g*).

## §. IV.

Saxonibus  
competerit?

Reges stemmatis Saxonici res criminales cognoscebant vel ipsi, vel per duces *b*) vel per comites *i*), prouti palatinorum quidam *k*), aut nobilis superior comitibus palatinis vix annumeratus, aut homo leuioris conditionis, contra leges egerat. Et, quia regis nomine crimina iudicabant duces comitesque, non potuit non, illo praesente, horum potestas quiescere *l*).

## §. V.

Iurisdictio  
ordinum imperii,

Ex quo praesertim superioritas territorialis nata est *m*), iurisdictionem criminalem, den

*d*) Capitul. VII, 170.

*e*) Capitul. III, 79. IV, 497.  
BIGNONIVS NOT. AD MAR-  
CVLFI formulas.

*f*) Capit. VII, 240. 251.  
333.

*g*) BRUMMER de Scab-  
nis c. 6. FRANC. DE ROY de  
missis domin. ad iustit. c. 7.

*b*) KRESS c. d. obl. 4.  
§. 18. p. 33.

*i*) Id. c. 1. §. 4. BUR-  
GERMEISTER Grafens  
Saal p. 113.

*k*) I. P. S. III, 64.

*l*) KRESS c. d. §. 15. El.  
nr. Iur. Germ. IV, 4.

*m*) Entwurf einer gründl.  
Nachricht von den ehemali-  
gen Landesherrl. Voigteyen  
f. 16.

den Blut-Bann, den Königs-Bann, qua sibi propriam in suis quique territoriis exercere caeperunt (1). DUCES, (2) Burggraviu n), Palatini, Marchiones, Landgraviu reliquique COMITES o) immediati, et (2) post aliquod temporis spatium, EPISCOPORVM reliquorumque praelatorum imperio nostro immediate subiectorum p). ii, qui ab aduocatis, \* Bögten, sunt liberati.

\* Hos, qui olim quamuis iurisdictionem in episcopis exercebant, OCKEL de palat. regio th. L. seq. constituebant ab initio reges, dein ipsi praelati, RECHENBERG de aduocatis et aduocatis German. a Caesare ita privilegiati LVNIG, Spicil. eccl. To. I. p. 146. To. II. p. 341.

§. VI.

Vnde colligere licebit causam, cui ordinum imperii iurisdictione adhuc ea sit, (1) quae concursum caesareae iurisdictionis respuit q), nec Caesare praesente quiescit r); (2) quae in alieno territorio exerceri nequit, nisi iusto titulo probetur acquisita.

§. VII.

Iurisdictionem criminalem, quae plerisque urbibus regis cessit sec. XIV. XV. s), admo.

2) HORN d. de Burg-graviis.

q) I. P. S. III, 64. KRESS c. 1.

p) KRESS c. d. p. 80. MEINDERS de iud. cens. p.

Engau lus Crimin.

198. Acta Lindau. p. 282. sq.

q) KRESS c. l. §. 16. p. 73.

r) ALTESERRA de duc. et comit. III, 7. GVNDLING. Pt. p. 143.

s) SCHILTER ad L. F. A. p. 263.

admodum variam esse probat THOMASTVS  
 t), exemploque suo nos docent *Aquisgranum*,  
*Wetalarua* u), *Colonia*, *Brema*, *Wila*  
 x) aliaeque. Quae varietas vel ex varia con-  
 cessione venit, vel ex eo, quod concessam  
 iurisdictionem mox sub specie aduocatae  
 restrinxerint principes, mox sub praetextu  
 banleucaae et politiae extenderint vrbes y).

## §. VIII.

nobilium,  
 tam imme-  
 diatorum

Iurisdictio *nobilium immediatorum* non  
 vbique eadem est. Vix enim omnes eodem  
 modo et ab eadem curia feudali inuestiuntur  
 z). Accedit, quod varias transactiones  
 cum principibus celebrauerint, variisque  
 mactati sint priuilegiis a).

## §. IX.

quam me-  
 diatorum,  
 et

*Nobili mediato* nulla iurisdictionis crimi-  
 nalis species compevit, nisi quam praescri-  
 ptione, consuetudine loci b), priuilegio, in-  
 uestitura, pactoue sibi quaesitam probauit.  
 Ex sola potestate dominica nulla deriuari  
 potest c).

## §. X.

a) d. de iurisdictionis et  
 magistratum differentia se-  
 cundum mores Germanorum  
 §. 103. seq.

u) KRESS d. obf. V p. 66.

x) dipl. *Wenceslas de A.*

1398.

y) KRESS c. l. p. 68.

z) Id. c. l. p. 44.

b) BYROERMESTER  
 Cod. dipl. equestr. cont. p.  
 l. p. 191. seq.

b) STRICK de iurisd. cir-  
 cumspes c. 3.

c) KRESS c. d. obf. V. §.  
 6. p. 55. seq. et ad C.C. int.  
 a. §. 4.

## §. X.

Etiam *municipia* criminalem aliquam iurisdictionem in se deriuarunt, mox expreso mox tacito domini territorialis et quandoque caesaris consensu (†).

(†) C. G. VYDER d. de modis adquisitis a ciuitatibus Germaniae mediatis iurisdictionis crimin.

## §. XI.

Vnde constabit (1) cur iurisdictionis criminalis, si qua nobilibus mediatis aut municipiis competat, mox sit omnimoda, mox vero temperata, et quidem (2) loci, causarum decidendarum, et iudicii habendi intuitu. Alibi enim (a) iudiciis municipalibus praesidet sculterus, aut adsident scabini, principis territorialis nomine d), alibi vero et praesidem et assessores vrbs nominat; alibi (b) nobilis sententiam a Ictis latam statim, alibi impetrato demum consensu territorialis domini, executioni dare potest; (3) cur iudex criminalis in vrbe, pago etc. non semper gaudeat iurisdictione criminali in suburbio e), via regia, agris etc.; (4) cur causae, quae alibi ad altam iurisdictionem pertinent, alibi ad bassam referantur.

## §. XII.

*Iurisdictionis criminalis, quae olim dicebatur* <sup>Iurisdictionis criminalis</sup> <sub>tullis, quae</sub>

Y 2

d) KRASS. c. l. p. 69. e) Id. c. obf. §. 11. p. 63.

tur *bannum regium, bannum sanguinis, placitum spadae f)*, Ungericht g) etc. audit hodie Bann, Blut = Bann, Königs = Bann, Cent, Cent = Gericht, Cent = Recht, hohe Cent h), Fraiß, hohe Fraiß, Fräiſliche Obrigkeit, Blut = Hals = Hoch = Ober = Peinliche = Bisdoms = Gerichte, Gerichte zu Hals und Hand, Gerichte über Ehre, Gut und Blut, Malefiz = Gerichte, das Geding der Haarscharen i), Wizzge = ding, Peinlichkeit, Probst = Amt k), Semmer = Amt l). \*

\* In praefulatus inferioris Saxoniae venit quoque sub *vogteiae* nomine, vt videmus Quedlinburgi, Helmstadii etc. Ibi enim supersunt aduocati (S. V, 3.).

### §. XIII.

1) vel omnimoda vel limitata est,

Est (1) vel *omnimoda* vel *limitata*. *Ill*a dicitur potestas in omnia \* omnino crimina vbiuis commissa inquirendi, eorumque auctores puniendi; *haec* vero restricta est vel ad certas *personas*, vel ad certa *loca m)*, vel

f) L. Normann p. I. c. 56. §. 7. FRESNE glossar. h. v.

g) KRESS d. de iurisd. *omnimoda* s. Richte und Ungericht in feu um concessa §. 16.

h) ENGELBRECHT de iurisd. superiori loc. 2, III

i. §. 1.

i) Apolog. Colonienf. p. 403.

k) III. BVDER amoen. I. Fru. p. 68.

l) Mühlhäuf. Scarusa I, 20.

m) STRYK d. de iurisd. *circumſcripta*.

vel ad certa *criminum* genera. Sic centena in alieno territorio exercenda consistit in potestate coercendi Mord, Brand, Raub (Diebstahl oder Raub) und Nothzucht <sup>n)</sup>, quae dicuntur die 4. Hauptworgen, die 4. hohen Wände.

\* Illa intelligas velim crimina, quae poena vel capitali vel corporali ex legum morumue vniuersalium praescripto luenda sunt, HILDEBRAND *iurisd. uniu.* c. VI. fol. 7. 10. p. 55. 57., neutiquam vero leuiores, quae dicuntur excessive, Frevel, liebliche Händel und Injurien, quae a vogteiae domino cognoscuntur puniunturque.

## §. XIV.

Diuiditur porro (2) in *solitariam* et *simul-<sup>2)</sup>* vel *solitaneam*, prout vni aut pluribus in vno <sup>ria vel simultanea etc.</sup> eodemque loco competit <sup>o)</sup>; (3) in die hohe, allgemeine, Graiff, und Nieder-Cent (<sup>†</sup>). Quam vltimam alii dicunt immediatam imperii vogteiam, eine unmittelbare Reichsvogteiligkeit <sup>p)</sup>.

(†) Hohe Cent est centena omnimoda superioritati territoriali annexa. Allgemeine Cent est plenaria iurisdictio criminalis sine superioritate. Mittel und Nieder Cent est potestas puniendi delicta haud capitalia.

Y 3

S. XV.

<sup>n)</sup> Mit Anmerk. versehen Nürnberg. Reform. To. I. p. 243. LINCK de centena c. 1. §. 6. WEHNER conf. 14.

<sup>o)</sup> BOECKELMANN de cens. th. 42.

<sup>p)</sup> FRARBES d. de iniusta centenae extens. th. 4.



## §. XV.

dominus,  
quibus gau-  
deat et

Dominus centenae potest (1) ea omnia, sine quibus inquisitio institui et facinorosus puniri nequit, agere, v. c. den entleibten Körper aufheben, das Fraiß-Pfand hoblen, Stich und Wunden abmessen *q*), criminososprehendere *r*) atque captiuos ducere etc. et quidem (2) irrequisito vogteiae domino \*; (3) fidelitatem centenicam, nec non (4) ea, quae in recognitionem centenae praestari moris est, veluti Cent. Rüge-Haber, Land-Knechts-Büttel oder Frey-Brod etc. exigere *s*); (5) fructus iurisdictionis criminalis percipere *t*). Praeterea (6) protectionis, fisci, aliisque gaudet iuribus *u*).

\* Quod tamen secus est, si centena exerceatur in alieno territorio, FRABES c. d. §. 3., aut in vogteia libera, HILDEBRAND c. l. pos. 15. p. 61. vel in domo non centenica degat capiendus. KNICHEN *de superioribus territor. c. 4. nr. 354.*

## §. XVI.

Num ius *molendina* et *columbaria visitandi* ad centenam, an ad vogteiam pertineat? quotidie disceptatur in Franconia

*q*) HILDEBRAND *iurisd. uniu. c. VI. pos. 14.*

*r*) LINCK c. II. c. 3. §. 14.

*s*) HILDEBRAND c. l. pos. 10. MULLER *de iure facinorosos sequela praese-*

*torio persequendi.*

*t*) GRAMIZER *d. de fructibus iurisd. c. 3. §. 1.*

*u*) PFENDORF *de iurisd. german. p. 273. seq. 281. seq.*

conia. Videtur mihi ad vogteiam spectare x), nisi eo utendum sit ad detegendum illud criminis, quod vel corporalis vel capitalis poena manet y).

## §. XVII.

Praesertim centenae falso adscribitur (1) *superioritas territorialis* z), (2) *ius reformandi religionem* a), (3) potestas peragendi ea, quae ad *vogteiam* pertinent v. c. cognoscendi die *Frevel-Händel* b), constituendi ac inspiciendi pondera et mensuras etc.

## §. XVIII.

Quis iurisdictionem criminalem alii cubi possideat, loquuntur (1) die *Straß-Acht* & *Straß- und Urpbed-Bücher* c), quippe quibus actus criminales quovis tempore exerciti inscribuntur hodie, sicut olim signa corporum occisorum; (2) varia *symbola*, utpote *loca ad torturam apta suisque instrumentis instructa*, *statua Rolandi* d), *murus decollationi deputatus*, *Rabenstein* etc. e) \* etc. non vero

Jur. Crim. quibus symbolis possideatur, et

Y 4

(3) gal

x) LINCK c. d. c. 3. §. 20. seq.

y) HILDEBRAND c. l. pos. XI.

z) FRAEBES c. d. th. V. seq.

a) Id. c. d. th. VIII. seq.

b) Id. c. d. th. XI.

c) WENNER *obs. pr. h. v.*

d) *Elem. nostra Iur. Germ. l. 172. 2. GRYPH-ANDER de Weichh. Sax. p. 189.*

e) ENDTER d. de *symbol. poss. iurisd. crim.*

(3) *gallina fumosa*, quam quis exigere potest f).

\* Quod a defectu *furtas* ad defectum iurisdictionis criminalis argumentari non liceat, res per se clara est.

§. XIX.

quibus modis amittitur?

Iurisdictionem criminalem *abusu* et *saevitia* perdi, certum est. De eo autem disceptant Dd. num amittatur *non usu diuturniore*? Equidem causam vsus intermissi attenderem, statuens, iurisdictionem criminalem amisisse eum, qui per tempus lege definitum ea, qua facile tamen uti potuit, non est vsus. Quod hic non vsus vix praedicit tertio g), quodque collapsis *furtis* non amittatur iurisdictione, ut multis adducam, non esse puto.

TIT. II.

DE

IVDICE, SCABINIS ET ACTUARIO.

§. XX.

Iudicium criminale constat

Ci iurisdictione criminalis competit qua propria, ille vel ipse \* vel per alios potest b), in utroque tamen casu antiquitus debet, *scabinis* praesentibus et adiciendo *actuario* i), causas criminales cognoscere

f) HEINECCIUS d. de orig. iurisd. patr. §. 19. E-lem. nr. Iur. Germ. I, 82. seq.

g) KRESS d. de iurisd. omnim. §. 7.

b) C. C. C. art. 3.

i) C. C. art. 1. et art. 181.

§. 1.

cognitasque dirimere. Itaque (1) vna persona iudicium criminale conficere nequit; (2) inquisitio a solo iudice peracta, nulla est \*).

\* Olim reges, *Const. Frideric. de A. 1234* et sec. adhuc XIV. principes, tam seculares quam ecclesiastici, suis ipsi praefuerunt iudiciis. *Cbron. Limburg. ad A. 1374. SCHOTTEL de ant. in G. iuribus p. 571.*

### §. XXI.

*Iudex* est vir ad iustitiam administrandam publica auctoritate constitutus. <sup>1) ex iudice, qui</sup>

### §. XXII.

Non nisi (a) sinceris, (b) honestis, (c) <sup>qualificatus,</sup> prudentibus, <sup>3</sup> et (d) rerum criminalium <sup>praesertim</sup> expertis \* 1) iudiciale munus. (e) praeiureiurando demandari iubet Carolina nemesis.

\* Eadem fere sententia est *I. P. Suen. et glossarum*, quorum illud sapientiam, fortitudinem, iustitiam atque temperantiam c. 73. p. 125. ed. BERGER. *bi vero sal sapientiae et conscientiae in iudice requirunt.*

### §. XXIII.

Itaque iudex (1) quaerat ignoscendi <sup>a) sincerus et honestus,</sup> causas non minus atque conuincendi rationes; (2) concedat reo tempus ad in-

Y 5

k) C. Cr. art. 181. §. 3. BERGER *Elem. Iurispr. Crim. p. II. obf. 195.*

l) C. C. art. 1. §. 1. REINHARTH *d. de iud. crimin. 2. virtutibus.*

nocentiam deducendam necessarium; (3) sit liber ab omnibus animi perturbationibus *m*). Alias eum suspecti iudicis, exceptione repellere, aut iureiurando perhorrescere *n*), aut, ut ei commissarius adiungatur, a superiore petere potest reus.

## §. XXIV.

b) prudens et rerum criminalium expertus, atque

Quum quoque prudens, et rerum criminalium expertus esse debeat iudex (§. XXII, c. d.): consequitur, ut a iudicis munere remoueri debeant (1) *furiosi*, (2) *mente capti*, (3) *impuberes*, (4) *surdi et muti*, (5) *asociati*, (6) *mulieres*, (7) quotquot iurium morumque germanicorum sunt imperiti etc.

## §. XXV.

c) iuratus esse debet.

Praeterea iuratus esse debet (§. XXII, e.). Iurat autem tempore muneris suscipiendi, se in cuiusvis causa criminali nulla animi perturbatione motum, sed prout legibus et moribus prouincialibus, ac, his deficientibus, nemesi Carolina, proditum est, iudicaturum esse *p*).

§

*m*) ZIEGLER *dicast.* diff. praef. §. 10.

*n*) KRESS ad C. C. art. 1. §. 2. nr. 2.

*o*) THORNIER ad

*uocat. prud. in foro crim.* p. 8. seq.

*p*) C. C. art. 3. ibique interpretes.

## §. XXVI.

SCABINI (§. XX.), qui quandoque Ur.<sup>2)</sup> scabinis. theiler, Finder audiunt, antiquitus adiuuerunt criminalem iudicem. Pro diuersitate tamen temporum variarunt eorum *qualitates, constitutio, dignitas et numerus.*

## §. XXVII.

Olim non nisi ex (1) nobilium \* q), (2) Antiquorum indigenarum r), (3) proborum, (4) prudentium et iuris peritorum numero poterant eligi s). Vno vel altero horum requisitorum destitutus, vbi electus erat, iterum reiciebatur t).

\* Vnde diiudicare potes (1) nomen der Schöppenbarfprechen, (2) regulam: *non nisi nobilis causas criminales diiudicare potest.* (3) cur subsequenter temporibus, quibus plebei sæpe creabantur scabini, alii echte und rechte, alii echte und rechte schildbortige Schöppen fuerint dicti KRESS ad art. I. §. 7. et BEYER pos. 7. seq.

## §. XXVIII.

Ab initio a plebe, post a regibus aut eorum missis, constituebantur u), et quidem (1) vbi de

q) BRUMMER de Scabin. c. 2. §. 21. seq. c. 7.

§. 5. DATT de P. P. p. 741.

r) Capis. VI, 269.

s) BRUMMER cit. c. 7. §. 6. seq. OCKEL de palat. reg. th. 82, 140. GRY-

PHIANDER de Wechb. Sax. c. 64.

t) Capis. add. IV, 73. seq.

u) Capis. LVDOVICI P. add. IV, 73. et III, 33. 74. MEINDERS de iudic. centen. p. 63.

de munere rite et legitime tuendo \* iurauerant x), nec non (2) vt aequalitatem mensurae ac ponderum custodirent, leges libro consignatas haberent, causas plene cognoscerent, iudicarent *απροσωποληπτως*, ne essent *δωροφάγοι* etc. satis erant admoniti γ). Vnde colligere possumus, quid causae fuerit, cur (a) geschworne dicerentur, et (b) in fronte librorum iudicialium vltimum Christi iudicium conspicerent.

\* Formula iurisiurandi non semper fuit eadem. Aliquas videre potes ap. MEINDERS c. l. p. 65. et Gl. I. P. S. III, 54.

## §. XXIX.

dignitas et

Scabinalis dignitas (1) personalis \* erat, nec tamen ambulatoria z); (2) ob corporis aliquod vitium \*\* vix amittebatur.

\* Succedente tempore factum est, vt alicubi, scabino mortuo, illius filius natu maximus, et, hoc deficiente, agnatus succederet proximus.

\*\* A mallo tamen arcebatur scabinus *leprosus*, itidem *excommunicatus*. Gl. *Weichbild*. art. 16. nr. 9.

## §. XXX.

numerus.

Numerus scabinorum mox *senarius* a) mox *septenarius* b) mox *octonarius* c) mox *duodenarius*.

x) OCKEL c. l. th. 83.

γ) BRUMMER c. l. c. VII. §. 9. seq.

z) Id. c. l. c. VIII. §. 12.

a) GOLDAST. To. II.

rer. alam. p. I. p. 58.

b) Capit. Caroli M. de A. 803. L. Rip. tit. 32.

c) BALVZIUS Capit. To. II. p. 790. seq.

*rius d)* fuit. Solemniior aliis *duodenarius*, aliis *septenarius* fuisse videtur *e*).

§. XXXI.

De scabinis, qui sunt hodie, notes: Hodiernorum status. quod (1) debeant esse viri probi et indigenae; (2) constituentur (a) mediante iururando *f*) (b) a iurisdictionis criminalis domino (c) ad vitae plerumque dies: (3) in eorum numero raro sint nobiles \* et iurium periti; (4) plerumque adhibeantur non ad suffragia ferenda, sed ad constituendum iudicium criminale, tempore quo causa cognoscitur aut deceditur *g*); (5) alicubi crimina denunciare teneantur; (6) soleant esse diuersi numeri, prout *grauitas actus in iudicio peragendi variat b*), et mores prouinciarum differunt. \*\*

\* Ab illo enim tempore, quo (1) scabini tanquam sanguinarii homines a praebendis excludebantur, (2) iunior scabnus carnificem agere cogebatur, (3) iura peregrina per lexam reddiderant iurisprudentiam, (4) principes et comites non amplius praesidebant etc. iudicii criminalis taedium ceperunt nobiles

\*\* Quia

*d)* LUDWIG de Saeculari tribunalis S. R. I. Austr. J. 17. III. BVDE-RVS d. de iudicibus duodenariis.

*e)* MEINDERS p. 63. 68.

BRVMMEK C. I. C. VI. §. 3.

*f)* C. C. C. art. 4.

*g)* C. C. art. 1. 81. 84.

92. 93.

*b)* C. C. art. 12. 13.

47. 84.



\*\* Quia tot scabinos, quot ad constituendum iudicium criminale requiruntur, quodlibet bannum non continet, alicubi recepti sunt die Noth, und Wechsel, Schöppen, de quibus vid. LUDOVICI not. ad C. C. p. 13.

## §. XXXII.

3) Actuario.  
Illius officium et

*Actuarii* (§. XX.) est, ea omnia, quae in iudicio dicta ac peracta sunt, *consignare*, *consignataque adseruare* i), nec ulli pro-  
dere k). Fieri autem debet *consignatio* (1) *in continenti* l), (2) *accurate*, (3) *plenis* ac (4) *perspicuis* verbis m), (5) *additis nominibus iudicis et scabinorum* \*, coram quibus, nec non (6) *significato tempore*, quo, quod annotatur, dictum vel actum est n). Praeterea, ut *actuaritis* (7) *nomen subscribat suum* \*\* o), et quandoque scripta reo *praelegat*, necesse est p).

\* Hi nomina sua subscribunt ipsi, quodcumque actum magni momenti concernit *consignatio*.

\*\* Non sufficit generalis subscriptio v. c. Hochfürstl. S. Weimar. Amt, Churfürstl. Maynk. Stadt. Gericht zu Erfurt.

## §. XXXIII.

i) C. C. C. art. 189. §. 4.

k) *ibid.* §. 3.

l) *Ord. Notar. Maximil. I. de A. 1512. §. 6.*  
BEYER d. *de exped. act. iud.*  
§. 13. seq.

m) C. C. art. 181. §. 1.

n) C. C. art. 182. §. 2.

art. 189. §. 1. LEYSER  
sp. LXXI.

o) C. C. art. 182. art.  
189. §. 2.

p) STAYK d. *de proce-*  
*collo.*

## §. XXXIII.

Itaque debet esse (1) vir *bonus*, alias *qualitates*. recusatur, et, si acta falso iam conscripserit, punitur pro gravitate damni dati (lib. I. §. CCCCXLIV.) *q*); (2) iurium criminalium *peritus*, atque (3) ad acta *iuratus* *r*) \*. Denique in Saxonia electorali, fit *notarius publicus*, necesse est *s*), si iudicium militare *t*) exceperis.

\* Hoc iusiurandum statim ab initio muneris praestandum est, nec, coepta aliqua inquisitione, suppleri potest, nisi reo consentiente. GRANZ *defens. rior.* p. 192. seq.

## TIT. III.

DE

IUDICIIS CRIMINALIBVS,  
EORVMQVE FORMA ET  
DIVERSIS GENERIBVS.

## §. XXXIV.

Causae criminales olim (1) Martis potissimum diebus, (2) ab hora *tertia* ad medium usque diem, (3) *sub dio*, in altiori quidem, non tamen eodem semper loco cognoscebantur. Iudicia criminalia antiqua,

*q*) BECKER suppl. ad *Elect. Jur. Cr. p.* 2. obf. 59.

*s*) KAYSER *pr. crim.* c. H. §. 15.

*r*) C. C. art. 5. ibique *RESSE* §. 2.

*t*) *Mond. Reg. de A.* 1718. d. 12. Apr.

bantur ac decidébantúr (4) a comite et scabinis, qui post iudicium septum (5) confidebant in scamnis, quadrato ordine u) circumpositis. Vnde intelligere potes (a) quid causae sit, cur maiores locum iudicii notauerint aliquo signo, iudicia vocauerint malla et mallobergia x), atque statuae, qua postea locus iudicii denotabatur, tribuerint nomen: Rugland, Roland y); (b) vnde veniat nomen sedis z), sedis scabinalis, Schöpfenstuhls, Dingstuhls, et (c) quid sibi velit phrasis: binnen 4. Bäncken.

## §. XXXV.

## Saxonica.

In iudiciis Saxonis antiquioribus, quae dicebantur *comitide* a), *iudicia uehmica, libera, frigraviatus, Freystühle* b), et ad coercenda plerumque religionis crimina constituta erant c), dabatur locus processui cum clamore instigando, atque probationibus vulgaribus d).

## §. XXXVI.

## Westphalica,

Aep. et ep. Colonienfis, Monasterienfis, Paderbornenfis, Mindenfis, vbi singularibus Imp. ph-

u) MEINDERS *de iudic. centenar.* c. 4. §. 46. p. 91.

x) *Elem. nostra Iurispr. Germ.* IV, 28.

y) OCKEL *de palat. reg.* theol. 17. §. 39. seq. 146.

z) KYCHENBECKER

*anal. Hass.* coll. 2. p. 295.

a) DV FRESNE *Gloss.* h. v. ed. Par. nou. p. 830.

b) THOMASIVS *de iudic. Westphal.* §. 17.

c) MEINDERS c. l. pag. 70.

d) Idem c. l. p. 101.

privilegiis nacti erant den Königs-Bann nach Bemerrecht, reprobarunt purgationes vulgares, atque, in locum processus cum clamore olim instituti, surrogarunt nouum, ex accusatorio et inquisitorio mixtum. Scilicet (a) vbi *accusatur* vel ore vel per litteras a duobus scabinis perferri solitas *citatus e*), et (b) per *procuratorem*, ex scabinorum numero plerumque electum *f*), comparens (c) *exceptiones*, quas habebat, *dilatatorias g*) aut *peremptorias* opposuerat, (d) in confesso iudicii, siue frigravii \* et scabinorum \*\* *b*), ferebatur *sententia*, (e) quae a viribus *rei iudicatae* suspendi poterat: si vero (f) *citatus* vadimonium deseruerat, frigravius eum confesum habebat atque in *bannum* declarabat *i*).

\* Frigravius et Stuhlherr ab illo tempore fuerunt distincti, quo domini iurisdictionis criminalis suis iudiciis ipsi non praesidebant. THOMASIVS c. d. §. 35. s) MOELLMANN *medit. in singularia quaedam iuris Saxonici feudalis et publici capita, antiquitatibus Danicis illustrata* p. 86.

\*\* Debebant esse (1) liberae et (2) legitimae natiuitatis, nec (3) banniti.

## §. XXXVII.

e) Idem c. l. §. 21. seq. p. 128. THOMASIVS d. de iud. Westph. §. 42.

f) THOMASIVS c. d. §. 43.

Engau Ius Crimin.

g) DATT d. P. P. IV, 3, 49.

h) MEINDERS c. Lc. V. §. 20. p. 127.

i) Idem c. l. §. 24. p. 229. seq.

Z

## §. XXXVII.

vetita ho-  
rumque

Reliqua iudicii forma secreta erat, et solis scabinis cognita *k*). Qua de re (1) scabini *sciti l*), wissende *m*), (2) iudicia vero occulta, secreta *n*), vetita, heilige heimliche Acten dicebantur *o*); (3) a scabinis alii facilius *p*), ipsi vero ab aliis difficilius, accusari, et condemnari poterant, proptereaque (4) *homines* cuiuscunque *conditionis* certatim quaerebant dignitatem scabinalem *q*). Qui omnes recipiebantur, ut data occasione iurisdictio in alieno exerceri posset territorio *r*).

## §. XXXVIII.

fata

Ex quo vero iudices Westphalici, sub tutela principum libera sede inuestitorum, ipsis principibus extraneis ius dicere *s*), et causas a foris legitimis auocare caeperunt *t*); non solum *ordines imperii* de iudiciorum Westphalicorum abu-

*k*) MULLER. *X. Tags-  
Theatr.* p. II. c. 6. p. 494.

*l*) DATT *de P. P.* IV,  
7. nr. 12, 24. et c. 20. nr.  
2. seq. MOELLMANN c. l.  
p. 87.

*m*) MEINDERS c. l. p.  
125.

*n*) FRESNE *Gloss.* h.  
v. THOMASIVS c. d. p.  
54. p).

*o*) *Reform. Colon.* c.  
XVIII.

*p*) THOMASIVS c. d. §.  
49. d). HVND. *Bayers  
Statmb.* p. 410.

*q*) *Id.* c. d. §. 35. x) p. 58.

*r*) KVCHENBECKER c.  
l. collect. 7. p. 120. seq.

*s*) MOELLMANN c. l.

pag. 192.

*t*) MEINDERS. c. l. pag.  
107.

abusibus conquesti u), mox privilegium exemptionis impetrarunt x), mox foedus cum aliis iniuerunt y) de vi iniusta repellenda; sed et *Imp. de iis reformandis et corrigendis laborarunt z).*

## §. XXXIX.

Hodie (1) causae criminales quouis die hodierna. et quouis hora, statim, atque (2) iudex, scabini et actuarius confederunt, wenn die Bancf besetzt worden (§. XX.), cognosci queunt, nec (3) vt iudicium muniatur necesse est, si exceperis das Noth. it. das Hoch-Noth-*Peinliche Hals-Gericht.*

## §. XL.

In iudiciis denunciatoriis Rüge-Gerichten, Iudicia denunciatoriis antiqua et quae suis solemnitatibus inchoabantur et finiebantur a), ad vnum omnes mallenses comparere, et delicta in banno perpetrata, nec iudicium cognita b), sub iurisiurandi fide reuelare tenebantur c).

## §. XLI.

Quae hodie vigent, et alibi annis alibi hodierna. trienniis habentur singulis, sunt quidem

Z 2

fo-

u) GRYPHIANDER  
de Weichbild. Saxon. c. 57.

MEINDERS c. l. p. 103.

x) Id. c. l. c. 60.

y) HERT d. de consuls.  
leg. et iud. §. 20.

z) STRVÿ hist. iur.

c. IX. §. 20. FREHERVS  
de secret. iudic. p. 29. seq.

a) MYLII d. de iudic.  
denunt. Sax. c. 3. §. 16.  
25. 28.

b) Id. c. d. §. 19. p. 44.

c) HERTIVS c. d. §. 28.

solemnia, aut solam correctionem et emendationem morum intendunt *d*). Unde (1) quibusdam dicuntur iudicia *ensoria e*)\*, et (2) conuenire videntur iudiciis illis, quae maiores vocarunt Dreyding *f*). Notes etiam velim, iudicis *ensorii* esse (a) *aduocatos* reuocare *g*), (b) nullas *sportulas* exigere *b*), (c) attendere den Rüge, Zet-  
tul, atque (d) *grauiora crimina*, si quae denuntiata fuerint, criminali iudici significare.

\* Dicuntur etiam *Quatember - Gerichte*, *Jahr - Gerichte*, *Ehegeding*.

### §. XLII.

Das Hagedorn-Gericht.

His conuenit das Hagedorn - Gerichte, quod Delbrugiae exercetur. In quo illud singulare est, quod accusatus soleat cultrum suum in terram agere, et, ubi nocens est, dicere: *Es steke mien Messer up Gnade!* sin innocens, his verbis uti: *Es steke mien Messer up Recht i*).

### §. XLIII.

Das Rüge-Haber, Jus

Tria illa iudicia Norimbergensia, das Rüge-Ges

*d*) *J. S. Goth. L. O. p. III. adp. nr. 7. Altenb. L. O. p. II. c. I. tit. 7. Bad. L. O. p. II. tit. 16. et p. IX. pag. 342. seq. Würtemb. L. O. de A. 1567. fol. 232. sq.*

*e*) HERBORT. *d. de iudi-*

*ciis censoriis.*

*f*) *V. Dreydinge Ord.*

*g*) *MYLIUS c. d. §. 21. p. 45.*

*b*) *Id. c. d. §. 27. p. 53.*

*i*) *IO. GVIL. HOFFMANN Spec. Iurispr. Symb. ver. Germ. §. 28.*

Gericht, das Fünfer- oder Hader-Gericht, das <sup>nicht-Ge-</sup>  
 Inricht-Gericht ita a se inuicem differunt, vt in <sup>nichte.</sup>  
 isto simultates, si quae inter opifices ortae; in illa  
 transgressiones legum vestiariarum, iniuriae, die  
 Weiderlinge, Blutrünsten, braun und blau k),  
 et denique in hoc causae criminales l) cogno-  
 scantur dirimanturque.

## TIT. IV.

## DE

## FORO COMPETENTE.

## §. XLIV.

Reus fortitur forum vel ex *communi* vel <sup>Forum com-</sup>  
 ex *singulari* iure. Ex iure *communi* <sup>mune triplex</sup>  
 in loco, quo (1) *domicilium* habet suum, <sup>est.</sup>  
 aut (2) *delictum* vel inchoauit vel consum-  
 mauit m). Quo autem modo locus deli-  
 cti, si in confinio cadauer iaceat, inue-  
 stigari possit? acriter disceptant Dd. (3) quo  
*deprebenditur*, ac carceri includitur. Quod  
 forum cur ad vagabundos restringas, cer-  
 te non est.

## §. XLV.

Priuilegiato foro gaudent (1) *ciues aca-* <sup>Priuilegiato</sup>  
*demici*, quorum causae criminales in iu- <sup>gaudent (1)</sup>  
 dicio academico \* discutuntur, si vel ma- <sup>ciues acade-</sup>  
 xime <sup>mici,</sup>

Z 3

k) Linclens d. de iudiciis  
 resp. Norib. c. V. §. 7. seq.

Nor. p. I. p. 334.

l) IDEM c. d. c. VIII  
 §. 9. seq. Comment. Ref.

m) EBFOLD de concur-  
 rentia iurisdictionis moder-  
 nae qq. 13.



xime (a) nomen suum nondum professi sint, (b) Bacho tantum et Veneri litent, (c) non nisi corpus exercent, aut (d) domicilium in ea vrbe, qua floret academia, sibi constituerint *n*). Gaudent eo vna cum famulis, si exceperis academiam Francofurtensem o).

\* Non omnium academiarum potestas cognoscendi crimina eadem est. Lipsiensi enim, Helmstadiensi etc. omnimoda iurisdictio competit, limitata vero Ienensi, quae reum quaestori tradit, so bald etwas peinliches erkannt worden. LAN-SIVS *tr. de Acad.* p. 50. RICHTER ad Auth. Habita. disp. VI. p. 137.

## §. XLVI.

(2) clerici,

Dein privilegiato foro gaudent (2) *clerici*. Hi enim rei cuiuscunque criminis, siue communis siue proprii, in consistorio accusantur *p*); *nobiles mediati q*), eorumque vxores et liberi \*, praesertim vbi non sunt amtsassii; (4) *milites*, etiam voluntarii, non tamen veterani, in delictis tam militaribus (Lib. I. §. DL. seq.) quam communibus *r*), post nomen militiae datum, commissis. Quae vero perpetrarunt antea, ab

(3) nobiles  
mediati,

(4) milites,

*n*) SCHOEFFFERI d. de foro studiosi delinq. c. 1. nr. 57. seq.

*o*) Id. c. 2. nr. 78.

*p*) HILLIGERI d. de foro clerici delinquentis.

*q*) KRESS d. de variis iur. crim. in germania generibus obs. VI §. 8. p. 58.

*r*) R. I. de A. 1641 B E E A I M B mil. delinq. obs. 74.

ab ordinario iudice, adstante tamen officiali, cognita puniuntur s).

\* Hi banno patris vel mariti se subiicere nequeunt.  
KRESS C. obf. §. 9. LYNCKER *consil.* 47. LV-  
DOLPH *de iure feminar. illustr.* p. 36.

§. XLVII.

(5) *Principes* imperii, si qui criminis per- (5) principes,  
duellionis rei facti (†), non nisi comitali  
statuum imperii consensu puniri que-  
unt t). Quod attinet (6) ad *nobiles immedi-* (6) nobiles  
*atos*, criminum in territorio cuiusdam <sup>immediati,</sup>  
Germanici principis ab iis commissorum  
cognitionem ita sibi tribuit imperator u),  
vt vnicum casum, si qui alterius princi-  
pis ministri circa officium deliquerint x),  
velit excipi.

(†) Non satis recte se habent verba nostri autoris.  
Nam de causis criminalibus statuum cognoscunt  
imperii tribunalia, condemnatio vero in bannum  
non ab imperii tribunalibus, sed ab imperatore ex  
consensu ordinum imperii fieri debet. De quo  
*Capitulatio nou.* art. 20.

§. XLVIII.

Sic quoque non communi sed mitten- (7) legati,  
tis foro subsunt (7) *legati* principum in

Z 4

im-

s) Id. obf. 75.  
r) *Const. de modo de-  
clarandi statum imperii  
in bannum de An.* 1711.  
Ill. *Com. de WVRM-  
BRAND de foro principum  
imperii.*

u) LONDORF *act. publ.*  
To. I. c. 5. p. 33. BVR-  
GERMEISTER *cod. dipl.* p.  
723, seq. 749.  
x) LEYSER *spec.*  
LXXX. m. 11.

imperii comitiis. In horum vero famulos et famulas iurisdictionem criminalem sibi tribuit mareschallus hereditarius y), ciuitatibus imperialibus quidem consentientibus z), reliquis tamen imperii statibus contradicentibus a).

## §. XLIX.

(8) camerales, (8) Ad iudicium camerae imperialis pertinentes vbi deliquerunt, a magistratu oppidano deprehensi camerae hoc volenti exhiberi debent. Sola enim camera istorum crimina iudicat, et magistratus requisitus demum sententiam dat executioni b).

## §. L.

(9) consiliarii. Denique quod ad forum priuilegiati sunt (9) consiliarii, reliquique ministri principis c), quorum delicta cognoscit et punit

y) Beweis, daß dem Reichs-Marschall's Amt Kraft der Reichs-Nsterbelehnung, auf Reichs-Wahl- und Erönnungs-Tagen über der Reichs-Stände und deren Gesandtschaften Bediente und Domestiquen, in Ciuil- und Criminal-Sachen die Iurisdiction zustehe, FABER Sr. C. Tom. LIV. pag. 630. KRAVSILD de iurisdictione in legatos statuum eorumque comites S. R. I.

Mareschallo et hinc Vice-Mareschallo in comitiis competente. §. 19. sq. 29. seq.

z) LONDORP. act. publ. Tom I. p. 1. c. 50. FABER Sr. C. To. LV. p. 489.

a) CARMON de iurisdictione in legatos eorumque comites §. 50. sq. KRUSAC. d. obl. VI.

b) LVDOLFF obs. for. 35. 128.

c) LEYSER sp. LXXX. m. 4.

nit princeps; cui feruiunt, dummodo non sint titulares, atque in alieno degant territorio. Itaque (a) qui circa officium deliquit, licet in diuisione alterius principis habitet, tamen forum sortitur sub eo principe, cui seruit *d*); (b) duorum pluriumque principum minister communis, ubi deliquit, ad commune forum prouocare potest *e*).

## §. LI.

Illud quoque notandum erit, quod perduellionis et alia cum laesa maiestate coniuncta *f*) crimina, neque in communi (§. XLIV.), neque in priuilegiato quodam foro (XLV. seq.) cognosci queant, sed discutienda sint ab ipso *principe* cuiusque territorii. Caesar, licet hodie nulla iurisdictio competat ei in territoriis principum imperii (§. VI. I.) *g*), tamen quandoque tentauit falsae monetae crimen cognoscere *b*).

Quando ipse principi competat cognitio?

## §. LII.

Caeterum notandum erit (i) quod priuilegiati, quique istorum sequuntur forum, *Concurfus fori communis et priuilegiati,*

Z 5

*d*) Id. c. sp. m. 6.

*e*) Id. c. sp. m. 9.

*f*) LYNCKER *decif.* 795.

LVDOVICI ad C C. p. 45.

nr. 43. seq. PVFENDORF

*de iurisd. germ.* p. 123. seq.

*g*) HERT. d. *de super.*

*terris.* §. 71. Opusc. Vol. I.

To. II. p. 235.

*b*) LONDORP *Act.*

*publ.* To IX. p. 58. XV.

p. 206.

rum, ad commune forum citati, opponere possint exceptionem fori declinatoriam, semper attendendam, si (a) deliquerunt in territorio illius, qui concessit priuilegium<sup>1)</sup>, atque (b) in loco eiusdem territorii specialiter non exempto deprehenduntur.

## §. LIII.

fori delicti  
cum foro do-  
micilii et de-  
prehensionis.

Quando forum delicti collidit cum foro domicilii vel deprehensionis, videndum, num omnia *vnz* an *diuersis* pareant principibus. *Illo* casu forum delicti praefendum reliquis, *hoc* vero, omnium competentia eadem est, et sic datur locus praeuentioni, quae contrahitur citatione reali, non autem verbali, nisi citatus in citantis territorio possideat immobilia, atque ad mulctam tantum sit obligatus.

## TIT. V.

D E

## PROCESSV ACCVSATORIO.

## §. LIV.

**D**uplici modo in causis criminalibus proceditur, vel per *accusationem* vel per *inquisitionem*. *Denuntiatio* enim viam tantum sternit ad inquisitionem.

## §. LV.

---

<sup>1)</sup> KNIPSCHILD *de priuileg. nobil.* III, 23.

## §. LV.

Forma processus accusatorii hæc est: Forma processus accusatorii.  
 I. Si quis neque civiliter neque moraliter impeditorum *libellum accusatorium* iudici competenti (§. XLIV. seq.) obtulit,  
 II. de lite prosequenda, et quandoque de sumptibus litis, damnis et iniuriis *cauit*, III. commissi criminis *iudicia* attulit legitima:  
 IV. iudex iubet accusatum *carcerem* ingredi, et postea *litem contestari*, additis exceptionibus criminis veritatem elidentibus.  
 V. Lite negative contestata, accusator intentionem suam *probare* debet, accusato reprobatione salva. VI. Probatione, et reprobatione finita, de utriusque fide et conclusione *disputant* litigantes, expectaturi VII. sententiam.

## §. LVI.

Ab accusando plane repelluntur, qui Accusator habilis, rem vel plane non vel non satis intelligunt. Illi vero, (a) qui accusato *terrori* esse queunt, vel (b) *pietatem* accusando lædunt, itidem (c) *feminae, milites, clerici* non, nisi iniuriam sibi suisve illatam vindicaturi, *k*), vel læsæ maiestatis aliusve fat atrocioris criminis reum accusaturi *l*), admittuntur.

## §. LVII.

*k*) PASSERINI, *regul. qu. 104. nr. 23. seq. FROELICH p. I. p. 329.*  
*l*) CARPZOV, *pr. crim.*

## §. LVII.

Ex pluribus ad accusandum concurrentibus iudex illum eligit, (1) qui *dignitate* praecellit, aut (2) cuius maxime *interesse* \* videtur *m*), aut (3), quem *aetas, mores vel iusta causa* alia commendant (†) prae reliquis. *n*).

\* Vetustae LL. Goslarienses in vindicanda nece accusatores concurrentes hoc admittunt ordine (a) de neyste swertmag, (b) dat echte Wof, (c) de anzere Mage (d) de hofhere, (e) de Wert, da de tōde inns gewohut. *Script. rer Brunsv. Tom. III. P. 498.*

(†) Quae in hoc paragrapho traduntur, probat L. 16. D. *de accusation.*

## §. LVIII.

qui su-  
bens obtulit

Nemo, ne quidem laesus, alterum accusare olim coactus est *o*)\*. Et adhuc hodie liberae voluntatis (†) est accusatio *p*), quam fieri neque statutum speciale iubet *q*), neque muneris ratio *r*).

\* Qui viri sibi proxime agnati caedem non vindicavit, eum hereditate priuatum aut alia poena vniquam adfectum esse, me legere neque memini,

HERT.

*m*) I. A. C. de BELLOVISV TIVS lib. I. *paroem.* 103.  
*pr. crim.* lib. II. cap. 6. — *p*) art. 214.

*n*) GARYZOV C. I. nr. 47. seq. — *q*) KR E S S ad C. C. c. 2. not. I.

*o*) I. P. S. II, 60. HER- *r*) STAVV *obs. crim.* II, 2.

HERT. de herede occisi vindice sect. 3., neque ab  
HOFFMANNO spec. iurispr. symb. ves. germ. §. 29.  
aliisque probatum video.

(†) ita, ut ne quidem per provocacionem ex lege  
diffamari ad agendum quis compelli queat. BOEH-  
MER ad Carpou quaest. 154. obs. 3. Imo L. 17.  
D. de his quibus ut indignis et L. fin. C. ad SCt.  
Silianum heredem ad accusandum hodie non obli-  
gat, licet ad denuntiacionem mortis violentae te-  
neatur.

### §. LIX.

*Libellus accusatorius* continere debet s) (1) libellum ac-  
nomen accusatoris\*, accusati et iudicis <sup>cusatorium,</sup>  
coram quo fit accusatio; (2) speciem deli-  
cti\*\* ab accusato commissi t), (3) temporis  
\*\*\*, loci u) et alias circumstantias, quae  
scitu necessariae x). Illud praeterea in  
hoc libello singulare est, (4) quod *articu-*  
*latim* possit concipi, atque (5) illius *petitum*  
generatim et alternatiue formari, immo pe-  
nitus omitti.

\* Quo dissimulato vel ficto, accusatio in famosum  
libellum degenerare quibusdam videtur. Sed per-  
peram. Quum enim testum auctoris nomen ho-  
die non amplius sit requisitum libelli famosi (lib. I.  
§. CCCL. \*), nescio rationem, qua possit ex ac-  
cusatorio libello famosum efficere.

\*\* Qua-

s) FRÖELICH p. I. p.  
334. seq.

BERG tr. de crimin. c. 19.  
p. 264.

t) C. G. art. II. §. I.

x) OLDEKOP *obs. cri-*

u) FAVST & STRÖM-

*min. tit. 2. obs. 18.*



\*\* Qualitatem doli cautus accusator non adiiciat.  
 ОДЪЕКОВ *tit. II. obs. crim. 37.*

\*\*\* Dies tunc demum speciatim adici debet, vbi  
 eum exprimi, res iubet ipsa, vel reus petit se de-  
 fensurus. FAUST a STROMBERG C. II. p. 266.

§. LX.

Qui, praeter libellum accusatorium, in-  
 diciorum defecti et delinquentis indicem  
 eo, quem factum requirit, ordine articu-  
 lateque conceptum obtulit, accusatus vt  
 carceri includatur, petere potest y).

§. LXI.

cauere debet. E contrario, qui vel nulla vel non legi-  
 tima attulit indicia criminis, de cuius cor-  
 pore nec aliunde constat z), de sumptibus  
 litis, damnis et iniuriis, prout decet, ca-  
 uere \*, et, si hoc nequeat, vna cum accu-  
 sato *carcerem ingredi* tenetur a). Personae  
 illustres et ecclesiasticae, itidem ciuitates,  
 custodiae mancipare possunt *obsidem*, eum  
 tamen, qui accusato par est dignitate et  
 conditione b). Hic, vbi satis dedit, a car-  
 cere liberatur c).

\* Etiam

y) C. C. art. 11. §. 1.  
 CARPZOV *pr. crim. qu.*  
 106. nr. 19. seq.  
 z) C. C. art. 15.

a) C. C. art. 12. §. 1.  
 14. §. 1. 181. §. 4.  
 b) C. C. art. 14. §. 3.  
 c) C. C. art. 14. §. 4.

\* Etiam de accusatione prosequenda cauere debet accusator I. P. S. II, 9. C. C. art. 15. §. 1. ab inscriptionis vinculo omnino liber. Ipsa vero cautio regulariter per fideiussores praestari debet Const. Car. art. 12. nec tamen pignoratitia excluditur BOEHMER *ad Carpzou.* qu. 106. obs. 2.

## §. LXII.

Accusatus \* iudicium *differt* opponen-<sup>Accusatus excipit et</sup>  
do exceptiones (1) *iudicis* incompetentis (§. LII, 1.), (2) *inhabilis* (§. XXII. seq.) vel (3) *suspecti*. (§. XXIII.); (4) *praeuentionis* (§. LIII.); (5) *accusatoris* *inhabilis* (§. LVI.); (6) *libelli* inepti (§. LIX.); (7) *cautionis* nondum praestitae (§. LXI.); (8) *loci* non tuti *d)* etc.

\* Si quae indicia commissi criminis legitima contra eum pugnant, non vero solum accusatoris periculo includitur carceri C. C. art. 11. §. 2. STRYK *d. de eo quod fit periculo petentis*, atque non habens, unde se alat, ab accusatore voluntario alendus est. COLER *proc. exec.* p. 1. c. 2. nr. 89.

## §. LXIII.

*Responsio* sit pertinens; clara et ad fin-<sup>lititem contestatur.</sup>  
gula accusationis capita tendens. Quam secunda vice, et quidem sub poena confessi et conuicti, iniunctam ubi recusat accusatus, *confessus* et *conuictus* esse fingitur *e)*. Exceptiones peremptoriae possunt, nequiquam tamen sub poena praeclusi debent, L. C. subici- §. LXIV.

*d)* OLDEKOP *tit.* 3. obs. 28.

*e)* CARPZOV *c.* 1. qu. 106. nr. 74.

## §. LXIV.

Accusator  
replicat.

Accusator debet a reo negata probare, oppositas exceptiones elidere, atque toties, quoties opus est, in iudicio comparere. Hinc penes illum non est durante processu alio se conferre. Si vero, quin peregre absit, nequeat, debet (a) designare locum, quo mittenda accusati scripta iudicisque decreta, et (b) facere sumtus in transmissionem necessarios f).

## §. LXV.

Accusationis  
effectus.

Reliquas partes huius processus, quam vel inquisitorio vel civili processui respondeant, tacitus iam praetereo, haec annotans; (1) quod accusando nemo perdat *famam* suam g); (2) quod accusator simul *testis* esse nequeat b); (3) quod liceat accusatori, quem deficit probatio criminis, ad *praesumptiones* regredi, iisque probatis facere, ut accusatus crimen negans torturae subiiciatur i); (4) quod accusatus durante processu neque *recriminare* k), neque ad *dignitates* adspirare possit, sed (5) ab officio, quod adhuc obiit, *suspendatur*; (6) quod *firm-*

f) C. C. art. 17.

g) CARPZOV C. I.  
q. 104. nr. II.

b) DAMHOVDER pr.  
crim. c. 50. n. 22.

h) CARPZOV C. I. q. 106.  
n. 26.

k) WVLCOVII d.  
de *antecategoriis*. III.  
HEIMBURG d. de *antecategoriis*.

simpliciter absolutus accusatorem de iniuriis, damnis, et expensis convenire possit, tam in huius foro ordinario, quam coram criminalis quaestionis iudice l).

## §. LXVI.

Accusatori semper (†), accusato vero <sup>Procurator in causis criminalibus.</sup> demum, ubi (a) causas absentiae suae laudaturus m), aut (b) exceptiones declinatorias vel dilatorias oppositurus, aut (c) merita illius causae, quam pecuniaria tantum poena manet, tractaturus, aut (d) super nullitate processus in summis imperii tribunalibus conquesturus est, per procuratorem comparere licet n).

(†) Ex parte accusatoris procuratorem admitti probat Carolina artic. 12. Ibi: soll der Ankläger oder sein Gemalthaber. Secus, si res habebat iure Rom. L. 13. §. 1. D. de publ. iudic. L. 16. C. ad L. Corn. de falsis. At cessante apud nos inscriptione in crimen et litis dominio, cessat quoque ratio exclusionis procuratoris.

\* Et accusatori et accusato advocatum, einen Fürsprecher, adhibere, neutri vero per procuratorem comparere antiquitus licuit I. P. S. I. 60. Unde cautio de se sistendo solebat exigi. b. BOEHMER de

l) C. C. art. 12. §. 3. art. 13. §. 2.

m) ARWMAEVS lib. 1. decis. 2.

Engau Jus Crimin.

n) CARPZOV pr. crim. qu. 405. b. BOEHMER d. de procur. in causis criminalibus.

A 2

de potestate procuratoris in causis criminalibus §. 27. 30. In iudiciis vero Westphalicis, quibus pleraque in scriptis peragebantur, procuratores sunt admissi. DATT de P. P. IV, §. Westphäl. G. O. ap. HAHN collect. monum. vet. p. 598. seq.

## §. LXVII.

Vfus P. A.  
hodiernus

Accusatio, quia accusatori non vnum et alterum, sed varia fert incommoda o), hodie fere ignoratur. Illud tantum in quibusdam prouinciis fertur vsu, quod iudex publicum accusatorem, qui tot incommodis, quot accusator voluntarius, non adficiatur (§. LXI. seq.), soleat, immo, si reus gaudeat privilegio de inquisitorie contra eum non procedendo, debeat constituere.

## §. LXVIII.

in Saxonia,

I. Sax. debet (1) accusator *guarandam* \* praestare p), et (2) omnis processus *viua voce* institui, von Mund aus in die Feder q). Guaranda praestita non impedit, quo minus accusator noua ac plura adducat indicia, quum sic non mutet libellum r).

\* Quae hodie in foris Elect. Sax. praestanda non est. O. P. S. ad tit. 12.

## §. LXIX.

o) FRÖBLICH *comment. über P. G. O.* p. I. lib. 4. tit. 23. p. 347.  
p.) *Weichbild.* art 114.  
COLER p. I. dec. 109. n.

to. GRELLE. *de iure max.* c. I. § 10.

q) *Const. Ek. I. p. I.*

r) CARPZOV c. I. §. 106. n. 64. seq.

## §. LXIX.

In Ducatu *Wurtembergico* diuiditur in *criminales* *κατ' εζοχην* et processum *super facto*. <sup>Ducat. Wurtembergico, et</sup>  
 Illius norma haec est: vt (1) reus eitetur per campanam criminalem trina vice pulsatam; (2) iudex stricto gladio praesideat, et scabini cincto ense adsideant (3) iudicio criminali, (4) reum audituri atque condemnaturi. Hoc instituto, nulla pulsatur compagna, absunt gladii, et nulla res nulla persona in eo occurrens criminalis audit. Huic locus datur, dum dubium est, an poenae corporali locus esse queat<sup>r</sup> propterea, quod causae adsint dolum et delictum imminuentes.

## §. LXX.

In plerisque locis *Bremensibus* et *Westphalicis* <sup>Bremensi.</sup> processus ex inquisitorio mixtus seruatur vsu. Scilicet iudex, postquam delicti corpus et auctorem inuestigauit, huncque carceri inclusum summariter examinavit, aduocatum fisci constituit accusatorem. Huius est, libelli loco articulos exhibere, atque, ad hos responsione ab accusato negatiue facta, onus probandi suscipere s).

## TIT. VI.

DE  
PROCESSU INQUISITORIO

et speciatim

DE

CORPORE DELICTI INVESTI-  
GANDO.

## §. LXXI.

Processus in-  
quistorii na-  
rales et

**O**lim valebat regula: *Wo kein Kläger, da kein Richter* 1). Processus inquisitorius, quem a clericis receptum vna servari noluerunt Henricus III. IV. 2), aliique 3), contra adhiberi voluit Lotharius, vt ecclesiae eo facilius et celerius recuperarent res furto amissas 4), subsequentibus temporibus est mox probatus mox reprobatus 5), mox in paucis mox in omnibus atrocioribus criminibus admissus 6).

## §. LXXII.

1) Capit. VII, 359.

2) LVNIG *spicil. eccles.*  
H, 272. 278.3) *Apol. Colon. Elect.*  
p. 31.4) THOMASII d. de  
*orig. proc. inq.* §. 54.

5) I. P. S. I, 62.

6) KRESS ad C. C.  
art. 6. §. 5. 6. BÜHN-  
MER *LEa P. V.*, 1, 86.

## §. LXXII.

Ordo solemnis, quem iudex inquisi-<sup>forma.</sup> turus servare debet, hic est: (1) Quamprimum ei innotescit delictum aliquod (lib. I. §. XIV.), (2) in illius \* corpus, et (3) auctorem inquirere, atque (4) *indiciis* legitimis grauatum et suspectum delicti, quod vel capitali, vel corporali, vel etiam, ex quorundam Dd. Saxoniorum sententia, relegationis perpetuae, poena coerceri iubent leges, *carceri* mancipare, et (5) primum *summarie*, (6) dein ad *articulos*, rogare debet. Quod si reus delictum neget, iudicis est (7) conquirere *testes*, eosque (8) cum reo negante *committere*; (9) reum criminis quodammodo convictum *diris quaestionibus* subiicere, ac (10) defensum, prout leges et facti circumstantiae ferunt, vel condemnare vel absolvere.

\* Dummodo non sit (a) *furtum* a coniuge aut herede proximo commissum, vel (b) *adulterium*. In his enim delictis querela laesi expectanda est, C. C. artic. 165, 120.

## §. LXXIII.

Delictum commissum esse, iudici in-<sup>Iudex, cui delictum in-</sup>notescit vario modo. Praesertim illud <sup>notuit</sup> vel *fama* fert *b*), vel *queritur* laesus;

Aa 3

vel

b) BECHMANNI d. de fama.



vel *denuntiat* alius c) \*, vel *praesumptiones* loquuntur.

\* Denuntians neque de expensis cauere, neque rem denuntiatam probare, veritatem tamen denuntiationis suae iureiurando adstruere tenetur. Per scriptum denuntiantis cautio haec est, ut ne petat, sed iudici committat, vindictam criminis.

#### §. LXXIV.

legitime,

Nullum vero nisi illud iudici in notitiam legitime venisse dicitur, cuius corpus inuestigandi simul oblata est occasio.

#### §. LXXV.

illius corpus inuestigare debet,

Inuestigatio corporis delicti, quam fundamentum totius inquisitionis habeo d), fit vel *ad sensum* \* vel *ad intellectum*, prout aliquod aut nullum vestigium delicti commissi superest e).

\* Non magni aestimo distinctionem illam magisterialem, qua delicta vel *facti permanentis* vel *facti transeuntis* dicuntur esse. HEIL iud. ex defenf. in proc. inquis. c. 1. §. 3. HAHN d. de corp. del. §. 62. Eiusdem nominis enim delictum mox ad sensum mox ad intellectum potest inuestigari.

§.

c) WILLENBERG de *denuntiat. crimin.*

d) OLDEKOP tit. 2. obs. crim 8.

e) LUDOVICI Einleitung zum peinlichen Proccels c. 1. §. 12. seq.

## §. LXXVI.

Corporis delicti ad sensum inuestigatio debet (1) quam celerrime *f*), (2) a iudice \* loci, quo res vel persona est delictum commissum significatura *g*), (3) praesente actuario, et (4) sumtibus publicis fieri. Si iudex rem ipse non intelligat, aut intelligere non videatur legibus, (5) *peritos in arte* \*\*, eosque iuratos, atque (6) si, praeter veritatem delicti, et qualitas, hoc capitale reddens, inuestiganda, *scabinos* adsciscere debet.

\* Etiam civili, quoties *delictum* tantum, non *illius qualitas*, criminalem poenam ferens, inuestigatur.

\*\* Quibus inter se dissentientibus, iudex sententiam mitiorem sequitur, si dissensus tolli nequeat.

## §. LXXVII.

De corpore FURTI constat, statim at-furti, que apparet, res eo in loco, quo breui ante tempore fuerunt, citra causam et factum domini non amplius adesse. *Qualitatem furti* significant fracta ostia, adpositae scalae, vulnera furtum passi, *magnitudinem* vero, rerum ablatarum designatio et aestimatio. Vtraque specificè *b*) a iuratis

A a 4

ratis

f) HEIL c. l. §. 5.

b) MYLIUS ad BEYER-

g) LEYSER spec. RVM p. 318. pos. 49.

ratis *i*), et illa quidem ab ipso laeso, haec vero, prout res furto surreptae extant, aut non extant, vel a peritis in arte vel a laeso fieri debet, addita ratione, cur tanti aestimentur. Vnde corpus furti magni dubium est, quando (a) de rei ablatae aestimatione laesus, quod nolit, vel ob mortem aliamue causam nequeat, iurato non deponit, aut ita quidem deponit, sed dubius, dum quod ad pondus, mensuram, numerum et bonitatem rerum ablatarum variat, aut aestimationis suae nullam rationem reddit; itidem (b) quando taxatores de rei ablatae pretio non conveniunt, aut conveniunt quidem, sed sunt iniurati, suspecti, ratione aestimationis destituti etc.

### §. LXXVIII.

delictorum  
carnis, speciatim

CORPUS DELICTORVM CARNIS non nisi ex utriusque partis confessione de immisso semine plerique colligunt Dd. *k*). Non autem est, cur (1) testis viuis et alia argumenta, ipsa confessione saepe fortiora, negligantur, atque (2) delinquens confessus et conuictus dimittatur, vbi alterius confessio vel natura vel factio

ho-

*i*) GARZOV *pr. crim.* qu. 78. nr. 55. 64. BERGER *El. Jurispr. Crim. c.* 2. m. 1. §. 8. p. 45.

*k*) BAYER *de veritate criminis perpetrati, corpus delicti vocari solita, in adulterio.*

hominis haberi nequit *l*). Hinc Icti Ionenſes et Halenſes de corpore delictorum carniſatis conſtare putant, tam ex vnius confeſſione certis et indubitatis indiciis ſtipata, quam ex imprægnatione vxoris, cuius maritus per annum abſens aut ad coeundum ineptus fuit.

## §. LXXIX.

Corpus STUPRI iudex quandoque inueſtigat per peritas ac iuratas obſetrices *m*), quarum eſt videre: fracta ſit *vulua*, nec ne? Corpus *ſtupri violenti* quaſiturus, debet legere ſigna tam violentiæ in ſtupratae, quam reſiſtentiæ in ſtupratoris corpore.

## §. LXXX.

Corpus HOMICIDII *alii* ex tempore, homicidii, per quod adhuc vixit, *alii* ex copia ſanguinis quam profudit, *alii* ex regimine quod ſeruauit, et medicamentis quibus uſus eſt, vulneratus, colligere volunt. Sed perperam agunt, haec ad inſtar regulæ vniuerſalis ponentes *n*). Etenim ſine ſeſſione cadaueris illud: num ex vulnere

A a 5 pe-

*l*) FROBLICH p. II. lib. 3. tit. I. p. 250.  
*m*) MÖELDER ad *Conſ. Sax. IV*, 31. GRANZ *def. inq.* p. II. pag. 69.

*n*) KLEIN d. de *diebus crisiſis* c. 2. 3; HOFFMANN d. de *laeſion. ex-tern.* obſ. 5. 7.

perierit laesus? diiudicari nequit o). Unde Carolus V., qui solemnem sectionem praecepit p), sequuntur omnium fere provinciarum leges. Scilicet index criminalis \* debet, quam primum fieri potest (§. LXXVI.) q); scabinis (§. eod. 6.) \*\* et actuario praesentibus cadaver *leuare* \*\*\*, et leuati membrum \*\*\*\* vulneratum per vnum pluresue chirurgos (§. eod. 5.) † ad hunc actum legitime requisitos †), ac iureiurando †† obstrictos, accurate ††† *secare*. Secantes ad acta. (1) statim referunt (a) *vulnera* quae deprehendunt, (b) adiecta eorum *forma, quantitate et qualitate*; (c) notant punctum an vero caesum, et (d) quibus probabiliter *armis* ea illata fuerint s); (2) post paucos dies exhibent *visum repertum* t), quod Italis dicitur, addita regulariter, quae clavis certisque rationibus munitur u), epicrifi; num ex vulnere mors secuta, nec ne? Si vero de letalitate vulneris inter se dissentiant, vtriusque rationes separatim expositae ad extra-

o) GERICKE *de necessaria vulneris inspectione post homicidium.*

p) C. C. art. 149.

q) FELTMANN II. *de cadav. inspic. c. 3. §. 7. seq.*  
BARTH *bodeg. for. c. V. §. 6.*

r) ALBERTI *Iurispr. Med. c. XVII. §. 15.*

s) ID. c. I. §. II.

t) FELTMANN C. I. c. 3. §. I. et c. 54. HERT. *d. de inspect. ocul. §. 16.*

u) HOFFMANN C. d. *obs. 8. seq.*

extraneos mittuntur medicos (§. LXXVI.  
\*) x).

\* Iudex illius scilicet loci, quo caeser inacet (§. LXXVI, 2.), siue idem de caede cogniturus sit siue alius. Dissentire quodammodo videtur FELTMANN *de cadauer. inspect.* c. 4. ast praxis, immo ratio docet, remissioni nullum locum dari.

\*\* In terris, quibus hi deficiunt, eorum loco vel aliae iudiciales personae *Ord. Prou. Gosb.* p. III. c. 2. §. 11. vel praefectorum subofficiales adhibentur. *Rescr. Brunsv. Luneb.* d. 29. Ian. 1727. apud FVFFENDORFIUM *introd. in proc. crim.* c. VII. §. 11.

\*\*\* Si iam sepultum fuerit, iterum effodiendum est FELTMANN c. l. c. 61.

\*\*\*\* Quoadusque viguit das Noth, Bericht, caeser in iudicium deportandum erat. MEINDERS *de iudic. censur.* c. VI. §. 23. p. 161.

† Hodie primario adhibentur medici academico gradu ornati. HERTII d. *de oculo insp.* §. 28. 30. Sint religionis, vel nationis, cuius velint, FELTMANN c. l. c. 45. dummodo honesti ID. c. l. c. 47. Iudex arcessere nequit empiricos et chymicos ID. c. l. c. 46. aut tonsores, qui vulnera non intelligunt. ID. c. l. c. 48. Denique chirurgi, de quorum constat peritia, secundo tantum adhibentur, nisi nulla medici haberi queat copia. CONRADI d. *de inspectione cadaveris occisi, a solis medicis peracta, vitiosa.*

†† Ia.

---

x) FELTMANN c. l. c. 43. §. 4. seq.

¶ Iurandi formulam vide app. nr. 3. A iure-  
iurando praestando immunes sunt (1) *physici*, tam  
urbici quam prouinciales, qui tempore suscepti  
maneris illud praestiterunt iusiurandum, cuius  
vis ad omnes et singulos actus sese extendit, KRASS  
ad C. C. art. 149. nr. 3. FELTMANN. c. l. c. 50.  
c. LYDOVICI Peitl. Proc. c. l. §. 15. (2) medicorum  
illi, qui *doctores* creati iurarunt de fide et diligen-  
tia in omnibus omnino sectionum actibus adhi-  
benda. STRYK de iur. sens. diff. I. c. 2. nr. 32.  
Conf. Hab. Te. I. lib. I. conf. 9. nr. 8.

¶ Non est stylus immittendus, BOHN. de remun.  
vulner. p. II. VALENTINI n. medicolegal. p. II.  
sect. 1. §. 5. 7. sed pars vulnerata dissecanda,  
WELSCH de ration. vuln. letal. iudic. c. 15.

### §. LXXXI.

Itaque corpus homicidii impugnatur  
dantur (1) *sectiones cadaveris* vel plane non  
\* vel non solemniter (§. pr.) \*\* vel im-  
prudenter (§. pr. †††) factae y), (2) *visi re-*  
*perti* nullam veritatis speciem habentis, (3)  
*diuersi medicorum* de letalitate iudicii, aliae-  
que exceptiones.

\* In casu, quo vulnus statim mors secuta est, in-  
ter alios a nobis dissentit WERNHER d. de cerebr.  
cert. corp. del. §. 35. seq. Equidem sectionis  
actum tunc demum superhaberi posse putarem, si  
quem telo letifero percussus confossumue animam  
efflasse externe constat: cuiuslibet, vti gula laqueo  
fracta cultroue abscissa. PLAZ d. An in homi-  
cidio

y) CONRADI d. de in- solis medicis peracta vi-  
spectione cadaveris occisi a riosa.

cidio, sectio et inspectio cadaveris necessaria sit? §. 42. seq.

\*\* In iudicio militari solemnitas minor est, dum scabini non requiruntur, MYLIVS ad BEYER p. 289, pos. 33. Sic quoque Norimbergae iudice et scabinis absentibus, DANNREUTHER *Nem. Nor.* p. 56. seq. et quibusdam locis alijs solo actuario praesente, GRASS *collat. I. Civ. Rom.* p. 927. legitima a chirurgis fieri potest sectio.

§. LXXXII.

De corpore infanticidii certus est, cui de infanticidii? eo, quod partus vixerit, et sine causa naturali perierit, nullum superest dubium. Ut vero omne dubium cesset, debent medici et chirurgi, quos iudex hic eodem modo, quo in homicidio (§. LXXX.), adhibet, (1) cadaver iusto et maturo tempore (§. LXXVI, 1.) accurate secare, et (a) attendere: num organa sint integra, et funiculus umbilicalis conformatus? atque, quantum sanguinis ex hoc effluerit? quae qualitas secundinarum? adsit in hiatus rhomboideo, temporibus, cranio etc. sigillatio vera cum liuore et sanguine extravasato? etc. (b) interna conspiceret et viscera in thorace, abdomine et capite sita probe considerare 2); (2) quae vitae et mortis legerunt vestigia, iudici significare, atque (3) quam de infanticidio commisit.

2) b. TRICHMEYER, *Instit. medicinae legal.* c. 24.



missio vel non commissio habent sententiam,  
additis rationibus ferre.

§. LXXXIII.

Quae fides  
pulmoni na-  
tanti et sub-  
mergenti ha-  
benda?

Experimentum *pulmonum*, quo quidam corpus infanticidii inuestigaturi vtuntur a), fallax habeo ac illegitimum (†). Quia enim (1) in causa, cur natent pulmones, quandoque est putrefactio, quandoque aer inflatus, et sic non semper aer inspiratus, certum vitae infantis nati signum esse nequit *pulmo natans*; et (2) si certum vitae signum esset, tamen inde non constabit de infanticidio b); potest enim partus capite exclusus pulmones aere complere, et tamen ante exclusionem totius corporis sine vlla matris vel alterius culpa suffocari. Sic quoque (3) *pulmo subfidens* infanticidium commissum non esse vix satis probat. Inter physicos enim et medicos constat, (a) quod non statim a natiuitate quilibet partus respiret, sicque facile contingere possit, vt morti tradatur ante primum anhelitum, quo pulmo ad natandum disponitur c); (b) quod, vbi partus suffocatus est, aut (c) mater in aqua vel

a) SCHOEPPFERI d.  
de pulmone infantis natan-  
te vel submergente c. I. nr.  
3. seq.

b) IDEM. c. d. c. 2. nr.  
37.

c) HEIL iud. et defens.  
c. I. §. 7.

vel palude, quam intrauit parturiens, exclusit partum, pulmo nunquam natet, quum cessante respiratione non sit explicatus *d*). Num haec dubia, adhibitis cautionibus, quas commendat BEYER *e*), et ponderatis rationibus, quas tradit b. TRICHMEYER *f*), ad vnum cessent omnia, disquirant medici.

(†) Experimentum pulmonum natantium non quidem ipsius infanticidii, aut vitae infantis post natiuitatem, indicium efficit legitimum, si constat, quod infans naturali ordine editus, et putrefactio non sit causa natantis pulmonis.

#### §. LXXXIV.

De procurati abortus corpore quo confitet, iudex quaerit medicos: num v. c. medicamentum \*, quod adhibuit grauida, partum immaturum expellere potuerit, et reuera expulerit? Quid iudicis sit, inuestigaturi corpus procurati abortus.

\* Quae medicamenta procurant abortum, varia traduntur medici. V. b. TRICHMEYER c. l. c. X. qu. 3. Quod vero dentur pharmaca simpliciter et absolute abortum procurantia, hodie negauit HOFFMANN c. d. obs. 12.

#### §. LXXXV.

Iudex corpus veneficii cogniturus ex medicamentis veneficii, et di-

*d*) Id. c. delicti 1. nr. 29. seq.

*e*) ad C. C. art. 33. pos. 21. seq.

*f*) c. l. p. 238. seq.

dicis iuratis, per quos inspicit et fecat cadaver (§. LXXX.), quaerit: num homo ex veneno propinato perierit g)? Hi, liuores in corpore, spumam in ore, corporis et unguium colorem etc. b) \* attendentes, ferunt sententiam rationibus firmatam. Medicis in diuersas euntibus sententias, eorum quilibet suam epicrisin sigillatim exhibere tenetur (§. eod. 2.).

\* Signa ventri *ingeniti* tradit FELTMANN *de cadaver inspect.* c. 25. nr. 11. seq. *propinati* VETO KAYSER *pr. crim.* p. m. 137. seq.

### §. LXXXVI.

reliquorum delictorum? Sic quoque iudex reliquorum delictorum v. c. *incendii, magiae, falsi, falsae monetae* etc. vestigia legere debet.

### §. LXXXVII.

Quodsi nulla supersint vestigia, ad indicia et praesumptiones recurrendum est i) (§. LXXV.), quae plerumque cum iudiciis delinquentium coincidunt. Sic corpus stupri violenti inuestigaturus, debet attendere (a) stupratoris et stupratae *vitam* ante actam, *dignitatem, diuitias, robur*, atque (b) *proceritatem*, vbi stando delictum com-

g) CARPZOV *pr. crim.* l. c. 20. qu. 5. 7.

quaest. 21. nr. 3. seq.

i) LEYSER *sp.* 609.

b) b. TRICHMEIER c. m. 3.

- commissum dicitur; (c) ponderare: num remoto an propinquo loco, (d) semel an diuersis temporibus concubuerint? (e) considerare, quae coitum sint *subsecuta* (α) odii an amoris signa, (β) discursus de praemio an de accusatione, (γ) querelae, clamor, eiulatus an taciturnitas sine ratione \* seruata k)? Ii, qui ex subsecuta conceptione, stuprum vi non esse commissum, colligere volunt l), me quidem iudice, saepe fallunt et falluntur.

f. Sin femina honesta in loco remoto ab homine nullius frugi, eoque fugituo, vim passa tacuit, ne se subiiciat sinistro hominum iudicio, aut amittat conditionem nubendi: iudex illius dicta superhabere nequit. KRESS ad art. 119. §. 6. nr. 2. CLASEN ad eund. art. CARPZOV *pr. crim.* qu. 75. nr. 87. LEYSER C. d. nr. 4. f.

### §. LXXXVIII.

*Actuarii* est, prolixè notare (1) *causam* Actuarii officium. *inquisitionis* v. c. denunciationis diem et circumstantias, denuntiantis gestus, verba, nomen \* et personam, (2) *corpus delicti*, speciatim quo modo, loco et tempore, per quem et sub quibus circumstantiis

k) CARPZOV *pr. crim.* qu. 75. nr. 87. LEYSER *concl.* 41. nr. 74. d. de stupro viol. nr. 3.

l) BERLICH p. V.

stantiis illud inuestigatum fuerit. Posteriori annotationi subscriptione sua fidem dant scabini, qui actui interfuerunt (§. XXXII. \*).

\* Quandoque tamen denuntiantis nomen post defensionem demum a reo susceptam exprimitur, ut collusiones et persuasiones fraudulentæ euitentur. MYLIUS ad BERYERVM art. 62. post. 42.

## TIT. VII.

DE

### INVESTIGANDO AVCTORE DELICTI.

#### §. LXXXIX.

Iudex auctorem delicti inuestigaturus 1) rogat testes,

Iudex, cognito delicti corpore (§. LXXVI. seq.), huius auctorem quaerere debet, (1) *examinando testes* speciatim (a) laesum, huiusque consanguineos, (b) eos, quibus praesentibus, aut (c) in quorum vicinia vel domo delictum peractum est, (d) denuntiatores, qui denuntiato silentii vinculo non obstricti, immo (e) eos omnes, qui delicti notitiam habere videntur.

#### §. XC.

sed sine vlla suggestione.

Quos omnes sine vlla suggestione rogare debet. Videlicet (1) an delictum commissum esse \* sciant? (2) vnde illud cognoscant.

cognouerint? \*\* (3) quem delicti habeant auctorem? (4) cur hunc, non alium? \*\*\* (5) quid? quale? quo tempore, loco, modo et quibus aliis circumstantiis commissum? et (6) quid iis amplius de delicto commisso cognitum ac perpe-  
ctum? m).

\* Dantur enim facta, quae modo cum, modo sine scelere, mox ab ipso patiente, mox ab alio perguntur. BRUNNEM. c. l. c. VII. nr. 12. seq.

\*\* Eos quoque, ex quibus testes de delicto commisso se cognouisse dicunt, iudex rogare debet.

\*\*\* Nulla enim fides habenda testi sine ratione aliquid adstruente, et sic multo minus schedulae, qua ab incerto quodam reus significatur iudici. OLDENOP. tit. 2. obf. 19.

### §. XCI.

Sic examinatorum testium dicta, profint vel obsint cui velint, diligenter notare, et, quae sibi iterum praelecta confirmarunt testes, nemini manifestare debet actarius (§. XXXII.).

### §. XCII.

Ad inuestigandum auctorem delicti fa-<sup>2) perscruta-</sup>  
cit (2) *perscrutatio domestica*. Haec vel <sup>tur domus,</sup>  
*generalis* vel *specialis* esse dicitur, prout  
vel omnes et singulae cuiusdam banni,  
B b 2 vel

\*) BRUNNEMANN *proc. inquis.* c. VII. nr. 18. seq.

vel certae tantum aedes perquirantur *n*). Huic non datur locus, nisi satis constet de corpore delicti, et contra eum, cuius aedes perscrutandae, militent indicia infirmitur h. m. Iudex, etiam civilis (§. EXXVI. \*) *o*), aut illius delegatus *p*), ubi vna cum actuario introiuit suspectas domus, iubet, lictorem omnes angulos perscrutari, et, quae suspecta inuenit, producere *q*). (1) Quis, quo modo, loco et tempore aedes perscrutatus sit? (2) *an* et quae res suspectae, nec non quo in loca sint inuentae? (3) quo eas duci iusserit iudex? (4) quid circa personam delinquentis et amplius tempore perscrutationis domesticae contigerit? sunt quaestiones, quarum responsio ex annotatione, quam in continenti fecit actuarius, petenda est.

## §. XCIII.

3) conquirat  
iudicia.

Quis delictum commiserit, iudicem certiores faciunt (3) iudicia, de quibus iam dicendum erit.

TIT.

*n*) LIPOLD de perscrutar, domest. c. 3.

*o*) BERLICH dec. 120.

*p*) LIPOLD c. 1. §. 8.

*q*) IHRINGK de perquisitione domestica. FROMMANN de rei furtivae inquisitione et deprehensione.

TIT. VIII.

DE IUDICIIS.

§. XCIV.

**I**ndicia sunt argumenta ex circumstantiis facti desumpta, quae iudici de crimine perpetrato, vel illius auctore, fidem faciunt (†).

(†) Indicia, quae ab indicando et Germ.: Anzei- gen, Argwohn, Verdacht, dicuntur, sunt circumstantiae, ex quarum existentia argumentari licet ad existentiam delicti vel eius auctoris. Indicant igitur indicia vel existentiam delicti solum, vel eius auctorem.

§. XCV.

Diuiduntur in *remota* et *proxima*, prout inter ea et maleficium commissum huius-  
diuiduntur in remota et proxima, quorum illa  
 tue auctorem certus vel incertus nexus  
 deprehenditur (†).

\* Quouis nexu cessante, cessat vis iudicii. Vnde superhaberi debet exploratio rei, si qua facta est per artes magicas C. C. C. art. 21. §. 1. virgulam mercurialem BEYER ad c. a. pos. 6. STRYK de curios. c. 5. nr. 26. cleidomantiam STRVV disp. crimin. VII. 14. saltum cribri etc.

(†) Definiri quoque possunt indicia proxima, quod sint circumstantiae intuitu certae personae existentes, ex quibus certo argumentari licet ad concursum huius personae circa delicti existentiam. Remota vero dicuntur, quae verisimile quidem est



non certum praebent argumentum concursus ad delicti existentiam.

## §. XCVI.

vel simplicia, *Remota* subdiuido in *simplicia et qualificata*. Illius generis sunt: (1) physionomia *r*), (2) fragilitas sexus *s*), (3) mali parentum ciuiumue mores *t*), (4) mala educatio, (5) abnegatio nominis, patriae vel familiae *u*) etc.

## §. XCVII.

vel qualificata, *Qualificata* sunt (1) *vita* perpetratis delictis eiusdem generis et sub iisdem circumstantiis ante acta *uu*), (2) cum hominibus, quos malos cognouisti, citra casum, necessitatem vel aliam iustam causam contracta *societas x*), (3) mala *fama y*), quae publica est *z*), nec ab inimicis diffamati, aut profligatae leuitatis hominibus, aut iis, quorum interest, ori-

*r*) STRYK d. de physionomia c. 1. 2. KRESS ad C. C. art. 21. §. 3.

*s*) CRVSIVS de iudiciis p. I. c. 38. seq.

*t*) PISTOR cens. IV. paroem. 4.

*u*) CRVSIVS c. 1. c. 37.

*uu*) c. 8. de R. I. in 6to HORN tr. de semel malo semper malo c. 2. §. 14. seq.

*x*) CRVSIVS tr. de iudiciis p. I. c. 8. HERTIVS lib. I. paroem. 3.

*y*) C. Cr. art. 25. §. 3. BECHMANNI d. de fama. MENCKEN d. de fama forensi §. 21.

*z*) HERT. lib. I. p. 112.

ginem trahit *a*); (4) *fuga*, cui quis in loco delicti nuper perpetrati subito et ante inquisitionem se dedit *b*); (5) *suspecta praesentia* in loco delicti *c*); (6) *possessio instrumentorum*, quibus delictum patratum est; (7) *denominatio a socio criminis sponte facta d*), additis circumstantiis, quas veras inuenit iudex inquirens, (8) *dominium rerum in loco delicti patratum adinventarum e*), (9) *minae* ad illud speciatim damnus directae, quod intra breue tempus secutum est, (10) *signorum delicti commissi clandestina remotio*, (11) *transactio* cum laeso vel accusatore celebrata *f*), (12) *habitus conformis* ei, quo delinquens delicti commissi tempore fuit indutus etc.

## §. XCVIII.

Quae vario modo elidi possunt. Videlicet *primum*, exceptione vitae per triennium bene actae, conclusionis a delicto huius ad delictum alterius generis etc. *secundum* exc. *societatis*, quam officium *g*), famulitium aliaue iusta causa suasit, *conditio-*

Quomodo haec elidi possunt?

B b 4

*a*) CAEPZOV *pr. crim.* qu. 119. n. 32. OLDEKOP c.l.obf. 30. TABOR *de iudiciis* p. 134. seq.

*b*) OLDEKOP tit. IV. obf. 8.

*c*) C. C. C. art. 25. §.

4. §.

*d*) C. C. art. 31.

*e*) C. C. art. 29.

*f*) CRVSIVS c.l. c. 12.

*g*) TABOR c.l. pag. 146. seq.

*tionis* simulatae etc. *tertium* exc. *famae* vagae, incertae, leuis, ab inimicis aut post inquisitionem octae *b)* etc. *quartum* exc. *discessus* ante delictum patratum ex iusta causa statuti *i)*, per viam regiam aut ob metum carceris *k)* suscepti, spontanei redditus *l)*, *quintum* exc. necessariae aut fortuitae praesentiae, *sextum* exc. emtionis, permutationis etc. *septimum* exc. denominationis ad suggestionem factae, ex inimicitia prouenientis, postea reuocatae etc. *octauum* rerum ante tempus delicti vel amissarum vel alienatarum *m)* etc. *nonum* exc. hominis, qui neque potest, neque solet minas exequi, minarum generalium, vel ex ioco iactatarum, damni post longum temporis interuallum secuti *n)* etc.

## §. XCIX.

Proximorum  
diuisiones.

*Proxima*, prout distinguunt vel non distinguunt delictorum vnus eiusdemque generis auctores, (1) *in* communia et *propria* diuiduntur.

§. C.

*b)* TABOR c. l. p. 134. seq.

*i)* BERGER p. II. Resp. 179. HBIL c. l. pag. 212.

*k)* CARPZOV e. l. qu. 120. nr. 68.

*l)* TABOR c. l. p. 167. seq.

*m)* GRANZ *defens. inquis.* c. 5. m. 2. sect. 3. art. 2. nr. 65. seq.

*n)* Id. c. l. nr. 86. seq.

## §. C.

Quumque alia delictum illiusue auctorem perfecte significant, alia probabiliter iterum (2) diuiduntur in *necessaria* seu certa et *verisimilia*. Quae indicia proxima sint furtorum, et

## §. CI.

Omniū delictōrum, quae ex cupidine habendi proueniunt, communia (§. XCIX.) eaque *verisimilia* (§. C.) indicia haec sunt; (1) si cuius *res familiaris*, vbi de nulla causa incrementi constat, crescit, aut (2) vbi profusio multo maior est acquaeſtu, non decreſcit. Vtrumque eo magis veritatem innuere videtur, quo plura cum eo concurrunt indicia qualificata, vtiſi illius *res familiaris* praeter spem creuerit, qui vel ex loco furti commiſſi res quasdam ſuſpecto tempore et modo efferre viſus eſt *m*), vel olim furatus eſt, et iam auſugit. etc. *Necceſſarium* vero adeſſe putant (3) ſi quis rem alteri ſurreptam poſſideat, nec poſſeſſionis ſuae honeſtum titulum laudare queat (+).

(+) C. C. art. 38. 43.

## §. CII.

Quae indicia elidit reus, probans (a) quomodo elidantur  
res furtiuas in ſuis quidem aedibus, non

B b 5 ta-

m) C. C. C. art. 38. ſeq. c. 2. nr. 27. ſeq.

tamen in sua possessione *n*), deprehensas esse, (b) res, quas furtivas habet iudex, ad laesum nunquam pertinuisse, (c) incrementum vel plane deficiens vel ex iusta causa oriundum, (d) profusionem alienorum bonorum etc.

## §. CHI.

Indiciis proximis homicidiorum

Delictorum ex odio prouenientium indicia communia (§. XCIX.), eaque verisimilia (§. C.), haec sunt: (1) *inimicitia capitalis*; (2) *comminatio istius caedis*, quae postea secuta est *o*) (§. XCVII, 9.); (3) *gladius cruentus*, quem quis tremebunda manu tenet; (4) *inculpato vulnerati*, quae sua ratione munita est, nec tendit in inculpantis, illiusue amicorum, commodum *p*); (5) *possessio rerum*, quas interemtus tempore, quo morti traditus est, secum habuit *q*) etc. *Sandapila*, seu *cruentatio cadaueris r*), quia nulla vis inest cadaueribus, quae sanguinem potest egerere et egesto

*n*) I. P. S. II, 38. ZAN-GER de quaest. c. 2. III. 177.

*o*) MULLERI d. de verbis minitantibus. GERDES de comminationibus.

*p*) STRYK d. de effasis

*agonizantium* c. 4.

*q*) C. C. C. art. 33.

*r*) FELTMANN de cadau. inspic. c. 59. SCHOTTEL de singul. in G. iuribus c. 3. MULLERI d. de iure feretri *fulc. orientat.*

egesto homicidam denotare s), huc non pertinet (§. XCV. \*).

### §. CIV.

Contra reus excipere potest (a) de *inimicitia* leui, reconciliata vel inter plures diuisa, (b) de *minis* nihil plane probantibus aut ab eo profectis, cui vel voluntas vel potestas eas exsequendi defuit, (§. XCVIII, 9.) (c) de nece sibi damnosa, (d) de *inculpatione* vulnerati omni ratione destituta vel denuntiantis heredibus ferente commodum, (e) de possessione iusto titulo quaesita etc.

### §. CV.

Indicia delictorum carnis haec accipe communia, eaque verisimilia: (1) masculi cum femina, quae denudauit aut leuiter textit mamillas, in locis insolitis amicam conuersationem; (2) tactum membrorum muliebrum, quem masculus quidam frequentauit et femina cum voluptate passa est; (3) ad coitum praeparationem; (4) in et egressum cubiculi, in quo quis alterius sexus accubat; (5) pernoctationem solius cum sola etc. *Necessarium* est tumor ventris

---

s) KIRCHMAIER de *de stillicidio sanguinis in hominis uolenter occisi cadauere conspicui.*  
*cruentatione cadauerum, fallaci illo praesentis homicidae indicio.* BVNDESHAGEN

tris illius feminae, quae nulli marito iuncta est, aut cum eo non concubuit.

### TIT. IX.

DE

## INCARCERATIONE FACINOROSORVM.

### §. CVI.

**V**t ne iudicium reddatur elusum, ille, contra quem legitima facinoris commissi militat suspicio, *praesens* carceri includendus (§. LXXII, 4.), *fugitiuus* literis arrestatoriis persequendus, et *latitans* saluus conducendus est. De *incarceratione* hic, de *literis arrestatoriis* vero et *saluo conductu* infra quaedam proferre licebit.

### §. CVII.

Carceri

*Carcer* vel *publicus* vel *priuatus* \* dicitur esse, prout auctoritate publica vel priuata exstructus est. A loci qualitate haec distinctio vix recte petitur. Carcer enim, si iudici ita videtur, in loco priuato esse potest †).

\* Hic in delictis est. Nihilo tamen minus priuatis licet (1) sibi subiectos, castigandi et a criminibus reuocandi animo, carceri includere, atque (2) fa-

†) LEYSER C. *spec. m.* 9. seq.

(2) facinorosos fugientes comprehendens, et ad illud usque tempus, quo eos iudici exhiberi fas est, custodire. DECIANVS *tr. crimin.* lib. VII. c. 10. LEYSER *sp.* DLXIII. m. 12.

§. CVIII.

Hic notes sequentia :

I. Reus de iudicio eludendo suspectus carceri includendus est.

II. Custodia, non poena, debet esse carcer *u*).

§. CIX.

Ex primo (§. pr. 1.) sequitur (1) vt carceri sine iure mancipetur inculpatus delicti, de cuius corpore plane non constat; (2) vt, quo magis quis de iudicio eludendo suspectus, eo sanctior illius custodia debeat esse; ( ) vt, cessante causa suspicionis, non possit non squalor cessare carceris *x*).

§. CX.

Suspectus autem de iudicio eludendo habetur (1) is, contra quem militant plura indicia *y*) remota simplicia (§. XCVI.), aut vnum et alterum remotorum singulari qualitate munitorum (§. XCVII.), aut vnicum ex proximis, licet communibus, (§. CI. seq.)

*u*) C. C. art. 11, §. 3.

*e* 2. §. 5.

*x*) *BRIL iud. us defens.*

*y*) C. C. art. 6. *et.*



seq.) illius delicti, quod vel capitali vel corporali poena vindicandum esse videtur z); (2) *vagabundus*, etiam leuioris criminis reus a), qui cautionem de iudicio fisci praestare vel non vult vel non potest b); (3) criminis inculpatus, qui ad forum delicti citatus non venit c).

## §. CXI.

Personae ratio haberi debet

Quia, quo magis quis suspectus est de iudicio eludendo, eo sanctior illius custodia debet esse (§. CIX, 2.): intelligere potes causam (1) cur alius in honesto, alius in inhonesto *conclavi* sedere debeat; (2) cur alius cum, alius sine *catenis* aut *custodibus* \* sit, speciatim (3) cur vir alioquin honestus, vbi criminis capitalis incusatur, *militibus*, sin leuioris, idoneis *fi-deiussoribus*, aut suae ipsius amplissimis facultatibus gaudentis *promissioni* committatur d).

\* Quod mallati neque excubias agere, neque sumtus, quibus ad vigiles constituendos opus est, ferre teneantur, nisi pacta aut mores regionis illud velint, tit. XXXIII. docebitur. Hic tantum notes,

z) BRUNNEMANN  
*proc. inquis.* c. VIII. nr. 7.  
CARPZOV *pr. crim.* qu.  
III. nr. 12.

a) LEYSER c. sp. m.  
3. 4.

b) FROELICH *comment.*  
über die P. S. G. O. p.  
I. lib. I. tit. 4 n 3.

c) LEYSER c. sp.  
m. 6.

d) LYNCKER *Resp.* 23.

res; quod perpetui custodes iurent de reo fideliter custodiendo, atque ei nullius rei aut personae copiam faciendo, inscio et inuito iudice.

§. CXII.

Secundum axioma (§. CVIII, 2.) nos docet (1) iis carceribus, iis catenis utendum esse iudici, quibus nullo modo cruciatur reus e). Itaque carcer non sit humidus, teter, obscurus vel subterraneus locus f), nec catenae constringant membra corporis g); (2) iudicis esse (a) incarceratione victum quotidianum praeberere, et (b) graui morbo confectum ad tempus vinculis soluere b).

in determinanda qualitate carceris.

§. CXIII.

Cautiones atque prouisiones iudicis circa reos incarcerandos et incarceratos retinendos fere hae sunt: (1) ut, vbi dubitatur, sitne capturae locus? vel ad regimen vel ad ICTos acta transmittat *clanculum* i); (2) ut ne rei deprehensionem, cuius iusta causa adest (§. CVIII.), moretur k); (3)

Cautiones iudicis.

e) C. C. art. 21. 218.  
 f) BOSS. §. 21. LEY-  
 SER c. sp. coroll. 2.  
 g) FABINA CIVIS pr.  
 crim. qu. 27. nr. 103.  
 BRUNNEMANN c. l. c.  
 VIII. m. l. n. 21.

b) MULLERID. de rela-  
 xat. incarcerat. th. 14.  
 i) BRUNNEMANN  
 Antv. sum. Inquis. Proc.  
 c. 3. §. 12.  
 k) LYDOVICI Peinl.  
 Pr. c. 2. §. 2.

(3) vt ne det mandatum liberibus de reo criminis licet capitali poena laendi *viuo aut mortuo capiendo*, nisi summa hoc iubeat reipublicae salus et vtilitas *l*); (4) vt ne ansam praebet captiuo (a) vitam sibi adimendi *m*), (b) fugam capeffendi, (c) veritatem criminis supprimendi *n*), (d) de nouo delinquendi *o*); (5) vt ne misericordia motus sine causa dimittat reum (§. XXIII.) *p*); (6) vt de carcere illiusque qualitate sit sollicitus etc.

## §. CXIV.

Officium  
actuarii et

*Actuarii* est (1) notare, quid *causam* derit cur reus *captus*, (2) describere *locum carceris*, (3) laudare verba, quibus conceptis *iurarunt* custodes, (4) mentionem facere *victus*, reo praebendi quotidie.

## §. CXV.

carcerarii.

*Carcerarii* alicubi *q*) est, iudici, ne hic cuiusdam incarcerati obliuiscatur, suo tempore suggerere omnium et singulorum incarceratorum *nomina, aetatem, ordinem*,

1) OLDEKOP tit. 3. obl. I.

m) BESOLD *ibef. pract.* v. Messer.

n) C. C. art. II. OLDEKOP tit. 3. obl. II. THOENNIKER *Adu. prud.*

p. 20.

o) *Spec. Sued. c. 120.*

FARINACIUS c. qu. nr. 52.

p) LEYSER c. sp.

m. 17.

q) *Rescr. gen. Carc. Cellens. d. 17. Sept. 1717.*

*dinem, sedem, victum, facinora* etc. addita mentione temporis, per quod carceri sunt inclusi.

## TIT. X.

## DE

MEDIIS, QUIBVS REVS CARCEREM VEL AVERTERE VEL MITIGARE POTEST.

## §. CXVI.

**A** carcere tutus est, (1) quem *asylum* <sup>A carcere liberat</sup> Frisstoll, Frithof, idque vel *profanum* <sup>1) asylum,</sup> \*) vel *religiosum* \*\*, excipit.

\* Quod comperere dicitur statuis Rolandinis, BECHT de securis, et salu. conductu c. 6. curiis dominicis privilegiatis, DVRR de curiis domin. domibus a centena liberis, BESOLD *ib* pr. v. Freyheit, ast quod competat, probari nequit. V. ENGELBRECHT d. de iniusta asylum *invariantis* *satisque ecclesiarum ad crimina dolosa extensione,* c. H. §. 25.

\*\* In Germania olim memoribus, HELMOLD Chron. Slav. e. 83. post ecclesiasteriis, L. Alam. tit. 3. Batavar. I, 7. Capit. V, 93. VII, 174: ius asyli datum est. Quo tamen ne fruerentur homicidae, fures, alique criminosi, voluerunt L. Sax. III, 5. Capit. III, 26. V, 193. Vid. ENGEL-

\*) KAUFMANNI *Domina et Subditus* p. 791. Engau *Ius Crimin.*

MYLER *de asylum iure* c. 8.

C c

CELEBRANT C. L. §. 7. seq. Iuris canonice pontificii dispositio de hac re nunquam placuit maioribus nostris, nec nobis placet hodie, quod ex plerarumque prouinciarum legibus v. c. *Bayer. III. O. tit. 10. Statut. Com. Tirol lib. VIII. c. 58. 60.* patebit cuilibet. Conf. *Ausführung der Osnabrüg. Asylen Sache.* In terris euangelicorum omne ius alyli exulat. *Elem. nr. I. Can. Pont. Eccl. lib. II. §. 567.*

## §. CXVII.

a) defensio,

Defensionum fauor non exiguus. Nam (1) non facile denegantur, sed (2) quo maius periculum reo aut illius cognatis et amicis s) imminet, eo saepius conceduntur; (3) respuunt *contradictorem* et (4) *praescriptionem*. Sic quoque, periculo magni momenti imminente, iudex (5) *defensorem ex officio* constituere \*, ac constituto, vbi reus nihil in bonis habet, ex aerario publico suum stipendium dare tenetur †). Defensoris vel a reo electi vel a iudice constituti est, scriptum offerre breue, nullis precibus intempestiue fufis, nullis dictis scripturae sacrae male adplicatis, nulla allegatorum farragine, sed argumentis solidis refertam, atque rationibus, quas facti suppeditant circumstantiae u).

\* Si-

s) I. P. S. II, 57.

u) FALCKNER, *medit. ad defens. for.* pag. 32, seq.

†) C. C. C. art. 47.

\* Sicut olim vnus ex assessoribus iudicii plerumque eligebatur *ferendarius* sine defensor; J. P. & I, 60. ita hodie vnus ex aduocatis ordinariis, et quidem alicubi praquo iureiurando, solet constitui.

§. CXVIII.

Reus toties, quoties ipsi damnum imminet, huius causam auertere et imminuere, seu, se defendere potest. Itaque danda quoque est *defensio pro auertendo et mitigando carcere*. Illam susceptorus decenter (§. pr.) excipiat (1) de persona iudicis, (2) de defectu corporis delicti, (3) de singulorum indiciorum, contra reum militantium, futilitate, (4) de fuga rei non metuenda x). Quandoque fatius est, vt simul reus de se sistendo ac iudicatum soluendo *caueat* y), aut ad poenam pecuniariam vel iusiurandum purgatorium se offerat. Contra, petitionem fatui conductus cum hac defensione cumulare, absolum est.

§. CXIX.

*Hanc* meditans, cuius preces iudex repudiavit, principem, cum quo *queritur* de carcere tetro, subterraneo etc. submissa voce rogare debet, velit cuidam

Cc 2

com.

x) HEIL iud. et def. p. 59. seq.

y) GVAZZINI def. V. c. 2. nr. 7.

committere inspectionem et mitigationem carceris atque catenarum 2).

## §. CXX.

An detur appellationi locus?

In causa criminis corporali poena luen-  
di a), licet corporalis poena in pecunia-  
riam iam mutata sit b), suprema imperii  
dicasteria appellari quidem nequeunt, at-  
tamen in illis super iniquitate iudicis  
conqueri c), et pro compulsoribus ad  
edendum acta supplicare licet. Quo fa-  
cto, atque editis et perlustratis actis, vel  
mandatum de rite administranda iusti-  
tia d), speciatim de saluo conductu con-  
cedendo, de actis, addita rei defensione,  
ad Ictos extraneos transmittendis e) etc.  
decernitur f), vel iudex, qui superhabito  
iudicario ordine processit, citatur ad vi-  
dendum deduci nullitates g). Ipsa ta-  
men

2) RVLAND de commiffar. p. II. lib. 4. c. 1. extraiud. c. 6. §. 22. p. 528.  
GAIL obseru. I. 26. et 78.

a) R. I. 1530. §. 95. 322.

Ord. Cam. p. II. tit. 28.

§. 5. et tit. 31. §. 14.

DOLF obs. for. p. I. obs.

108. pag. 296.

SCHWANNEMANN differ. I. Ciu.

et Cam. d. 18.

b) MYNSINGER cent.

IV. obs. 41.

DECKHERE monum. lect. camer. p. 218.

c) LYNCKER de grau. extraiud. c. 6. §. 22. p. 528.

d) MEVIUS p. II. dec.

322.

e) RVLAND de commiff. p. I. lib. II. c. 3.

LVDOLFF obs. p. III.

fasc. I. nr. 39.

f) LVDOLFF obs. 108.

not. 17.

g) Ord. Cam. c. 1.

LYNCKER lib. I. R. 55.

nr. 40.

men causa criminalis ad hoc vel illud iudicium imperiale non deuoluitur. De eo autem: Num a iudicibus criminalibus ad principem vel summum iudicium cuiusque territorii appellare liceat? disceptasunt CARPZOVIVS b), OLDEKOP f), et alii. Si dicendum quod res est, (1) appellatio, sicut olim fuit \*, ita et hodie est, prohibita, si terras Austriacas k), Ducatum Franconensem l), et paucas alias provincias m), quibus vel lege vel consuetudine suo modo data est appellandi facultas, exceperis; (2) in Sax. electorali appellatio in processu accusatorio, et, qui illius species est, bannitorio interponi potest, dummodo illius schedula non ad curiam quandam prouincialem aut supremum appellationum iudicium, sed ad ipsum Electorem dirigatur; in inquisitorio autem interposita hoc tantum efficit, ut res ad superiorem referatur n). Vnde colligere potes, quid de appellatione, C c. 3 quam.

---

b) pr. crim. qu. 139.      erod. in proc. crim. Luneb.  
 i) tr. de appellat. in c. 22.  
 caus. criminal.      m) MARTINI ad O.  
 P. S. tit. 10. nr. 344. seq.  
 k) B. Josephs. Peint.  
 Subscr. Ord. art. 21.  
 §. 1. seq.      n) LEYSER d. de ap-  
 pellatione in causis crimin.  
 l) PVFENDORF in c. 6. §. 3. seq.



quam interponit facinorosus tempore, quo carceri includitur, statuendum fit (†).

\* Olim leuiorum criminum rei appellare poterant, homicidae vero, adulteri et malefici conuicti non audebantur. *Capit. VII, 129.* Sententiam blasphemare poterant criminosi neque temporibus, quibus specula sunt condita, *I. P. S. II, 2. Suet. c. 114. ed. GOLDAST.* neque aetate, qua floribant iudicia Westphalica. *MEINDERS de iudicis centinar. p. 82.*

(†) Iure Rom. in causis criminalibus appellatio era permitta *L. 6. D. de appellat. L. 2. C. eodem.* Apud nos in processu inquisitorio appellatio effectum deuolutiuum non producit, quia loco remediorum suspensiuorum est defensio, uberiorem adhuc producens utilitatem. In accusatorio appellatio quidem ad dominum territorialem admittitur, minime vero ad tribunalia imperii. De nullitate vero et denegata iustitia conqueri licet in supremis imperii tribunalibus. De *GRAMER Wejlarische Neben-Stunden P. XXII. p. 64. sqq.*

## TIT. XI.

DE

### REORVM EXAMINIBVS

speciatim

DE

### SVMMARIO EXAMINE.

#### §. CXXI.

Reum qui  
rogat

**D**e delicto et illius circumstantiis rogatur reus, primum *summarie*, dein *ad articulos* (§. LXXII, §. 6.). Quod quandoque *ad certa pupela* \* rogetur, illud recentioris nec ubique probati moris est.

\* Ad

\* Ad haec rogat iudex, vt respondentis famam et existimationem seruet illibatam. BERGER *Elect. Jur. Crim.* p. 210.

## §. CXXII.

Reus fit rogandus, quo velit modo, iudicis est, (1) vbi cum scabinis et actuario <sup>index, fit iustus,</sup> *confedit* (§. XXXI, 4. XXXX, 3.), (2) illum *de dicenda veritate* et (3) mente *categoriae* explicanda monere; (4) dicentem audire, eumque (5) de vero *significatu* verborum, si quibus dubiis aliqua dixerit, nec non (6) de causa, cur illius dicta cum fama pugnent et testimoniis? interrogare *k*); (7) ex responso rei quandoque quaestiones *confestim* formare, et ad eas responsonem exigere; (8) examini toties, quoties post illud peractum noua indicia emergunt, aliud *addere etc.*

## §. CXXIII.

Quia iudex bonus, honestus et sincerus <sup>bonus et</sup> esse debet (§. XXII. seq.): summa cum iniuria (1) criminis confessionem elicit *spem impunitatis* faciens, (2) praetermittit *causas ignoscendi*, (3) vtitur praestigiis, fallaciis et dolosis captionibus etc. *l*).

Cc 4

## §. CXXIV.

*k*) BRUNNEMANN *l*) BEYER ad art. 49. *proc. inquis. c. VIII. m. 1.* seq. pos. 105. STRYK *de salute publ. c. 2. nr. 122.*  
nr. 84.

## §. CXXIV.

cautus, praesertim ubi res ei est.

Cautiones iudicis reum **examinantis** hae sunt: (1) vt ne reo vllum locum det *subterfugia* quaerendi, aut de nouo *delictum* aliquod committendi *m*); (2) vt examen rei, *veritatem fateri* incipientis, nullo abrumpat modo *n*); (3) vt quandoque simulet, examen interrumpat aut illius ordinem quodammodo immutet, aliumue *dolum bonum* adhibeat *o*), vbi reus verus est, et ad omnia neganda paratus *p*).

## §. CXXV.

cum furioso,

Praesertim caueat iudex, (4) vt *furiosum* statim eum habeat, qui furenter agit et loquitur. Diquirat potius: fit furor *simulatus* an *verus*? et, vbi de hoc constat, sit *appropinquans* an *praesens*? *absolutus* an *respectiue talis*? Ad quod intelligendum, quaerat (a) ex *medicis*: num, in quantum et ex qua causa furore agitatum vel mentem captum reum habeant *q*)? et (b)

*m*) Kayser. *pr. crim.* p. m. 270.

*n*) BRUNNEMANN C. I.

n. 81. de REBUS (1)

*o*) CARPZON *proc. crim.* qu. 113. n. 38.

*p*) BRUNNEMANN C. I. nr. 66. 70.

*q*) THOMASII d. de *presumpt. furor. atque demens.* §. 16. seq.

et (b) *ex his, qui circa reum adhuc fuerunt; num, quoties, quo tempore et in quibus rebus furiosum viderint r)?*

## §. CXXVI.

Iudex (5) cum *muto* rem agens, iubeat eum oculos in res, quibus tempore delicti commissi usus est, dirigere, et de delicto illiusque circumstantiis veritatem per signa prodere. Vt vero constet iudici, quid quodlibet signum loquatur, *interpretes duos* pluresue, eosque reo vel consuetudine vel sanguine iunctos, adhibere debet r).

muto,

## §. CXXVII.

Sin (6) *furdus* examinandus est, tradunt nonnulli Dd. iudicis esse, quaestiones suas fundere, vel super cerebrum, vel per os apertum, rei r).

furdo,

## §. CXXVII.

Quod si vero (7) iudex rei et reus iudicis *linguam* non intelligat, ad minimum duo \* interpretes sunt accersendi, qui iurando ad id obstringuntur, ut iudicis

homine peregrini idiotis aut

C c 5

cis

r) Idem c. d. §. 41. seq.  
s) KRESS vom X, Der Taub und Stummigen Bohrn. c. I. §. 5. c. 3. §. 4.

GASSERI d, de inquis. contra surdum et mutum natura §. II. 15. seq.  
r) GASSER c. d. §. 15.

cis verba reo, et rei verba iudici, fideliter interpretentur, atque in iudicio, iis praesentibus, acta prodant nemini.

\* Vnicum sufficere putat STRYK d. de negotiis per interpretem gestis c. 2. §. 76. seq. aut praxis examen in causis capitalibus institutum, vnted interprete interueniente, iubet repeti MYLLI progr. d. inaug. HOLDERRIEDER praemissum.

### §. CXXIX.

contumace.

Qui vel plane non, vel non categorice refert, aut respondet, reus *leuioris* criminis, pignoribus, multa, aut carcere coercetur u), vel a confessionario suo excitatur; si reus *gravioris* criminis, relatio vel responsio inringitur ei, sub poena confessi et conuicti, sub comminatione tormentorum etc. y).

### §. CXXX.

Actuarii officium.

*Actuarii* est (1) annotare (§. XXXII.), quando, vbi, a quo, quibus praesentibus, qua admonitione praemissa, et quo modo reus rogatus, (2) consignare verba, quibus reus delictum referens vsus est, (3) consignata finito actu *praelegere*, (4) describere *statum animi* et *gestus* rei hoc vel illud dicentis z).

### §. CXXXI.

u) BRUNNEMANN c. 1. nr. 78.

y) Kayser c. 1. p. m. 179. CARZOV c. 90. nr.

56. BRUNNEMANN c. 1. nr. 81.

z) HEIL iulic. et defenf. p. 81.

## §VI CXXXI.

*Examen rei summarium* (§. CXXXI. Examen rei summarium LXXII, 5.) est brevis et concatenata delicti illiusque circumstantiarum relatio, iudice iubente ab ipso reo facta.

## §. CXXXII.

Iudicis est (1) hoc examen quomodo in-  
maturare, (2) praesentibus scabinis et stituendum?  
actuário monere reum dicendae veritatis  
(§. CXXXII.), (3) mouere dubia, si quae  
dicta rei pugnent cum iis, quae vera co-  
gnouit ex fama vel dictis testium etc. (§.  
eod. n. 6.); (4) non tamen facile sermonem  
rei interrompere.

## TIT. XII.

DE

ARTICVLIS INQUISITIO-  
NALIBVS

ET

## REI AD ILLOS RESPONSIONE.

## §. CXXXIII.

**A**rticuli inquisitionales sunt quaestiones Ad articulos inquisitionales,  
a), quibus iudex reum rogat tam de  
sua persona quam de delicti, cuius inculpa-  
tur, circumstantiis.

## §. CXXXIV.

a) *Kayser c. l. p. 239. BRUNNEMANN C. I. nr. 34.*

## §. CXXXIV.

*nam genera-  
les* Unde in *generales et speciales* diuiduntur, quorum illi faciunt, ut iudex nomen, parentes, patriam, aetatem, educationis locum rationemque, electum vitae genus, fortunam etc. rei queat cognoscere.

## §. CXXXV.

*quam specia-  
les,* In *speciales*, qui dicuntur, *articulos* illae digeruntur circumstantiae, (1) quas ex denunciatore, testibus, reo summarie respondente, vel aliunde cognouit, (2) quasque ad veritatem criminis detegendam, et sic (3) ad reum vel condemnandum vel absolendum facere iudex probabili ratione ductus iudicat.

## §. CXXXVI.

*legitime con-  
ceptos*

Ad unum omnes articuli inquisitionales debent esse (1) breues, (2) perspicui, (3) singulares *b)*, (4) pertinentes (§. pr.) *c)*, (5) responsionem non suggerentes *d)*, (6) tam ad inculpationem quam ad defensionem directi (§. XXIII, 1.), nec (7) vagi et incerti, aut (8) fallaces et captiosi (§. CXXXIII, 3.) *e)*.

## §. CXXXVII.

*b)* Kayser c. l. p. 237.

Kayser c. l. p. 241

*c)* C. C. art. 20. CARP-

*e)* CARPZOV c. l. nr.

ZOV qu. 113. nr. 35.

33.

*d)* Cl. C. art. 96. §. 2.

33. 2. 9. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

§. CXXXVII.

Vbi constat de corpore illius delicti, quod, si dolo peractum est, manet poena vel capitalis vel corporis afflictiva <sup>indiciis sufficienter grauatius</sup> f), leuioris conditionis homo grauatius <sup>indiciis</sup> f) di-  
cuis remotis qualificatis (§. XCVII.), aut honestior grauatius <sup>indiciis</sup> g) proximis (§. CI. seq.), ad inquisitionales articulos rogatur g).

§. CXXXVIII.

Iudex cum scabinis et actuario confidens (§. CXXII. i.) b), reum de veritate dicenda, et categorice respondendo admonitum (§. eod. 2. 3.) rogat primum ad generales (§. CXXXIV.), post ad speciales (§. CXXXV.), articulos. Sit autem in rogando (1) accuratus, ut nullam circumstantiam tacitus praetereat, omnem dubitationem, quae ex responsione rei nasci potest, tollat tempestiue (§. CXXXII. 4. seq.), (2) bonus, ut ne dolo malo irretiat loquentem (§. CXXXIII.) i), (3) cautus, ut ne articulos cum reo ante examen communicet, ut ne vel ad instantiam rei differat, vel reo delictum confidente diuidat examen, ut vnum idem-  
que

f) C. C. art. 10.

b) C. C. art. 46. 71.

g) HEIL C. 1. §. 3. §. 4. seq. KRESS ad art. 6. §. 8. seq.

i) BRUNNEMANN C. 1. nr. 85.

§. 8. seq.



que interrogatorium aliis quandoque verbis repetat (§. CXXIV, 3.) *k*), alioque dolo utatur bono. Speciatim ei cautionibus utendum est, ubi agit cum furioso (§. CXXV.) muto (§. CXXVI.) furdo (§. CXXVII.) homine peregrini idiomatis (§. CXXVIII.) aut contumace (§. CXXIX.).

### §. CXXXIX.

respondere  
debet.

Reus ad articulos rogatus respondere debet (1) oretenus (2) categorice (3) sigillatim. Ad summarium examen se referre, aut protestans de non recedendo a prima relatione respondere nequit 1).

### §. CXL.

Officium  
actuarii.

Actuarius praeter illa, quae in examini- bus rei ab eo notanda diximus (§. CXXX.) *m*), debet chartam in duas partes distribuere, et vnum articulum post alterum ita conscribere, ut e regione compareat, quae et sub quibus gestibus, ad vnumquemque a reo data sit responsio. Illa ipsa verba, quibus reus usus est, sunt conscribenda, nec *aequipollentia* substituenda

*k*) САРЗОВ С. Q.  
nr. 36.

*l*) BRUNNEMANN  
C. L. nr. 89 seq.

*m*) IDEM C. L. nr. 78.

enda n). Conscripta, vbi reo sunt *praesentata*, subscriptione firment scabini.

§. CXLI.

Reus, statim atque ad articulos inquisitionales respondere incipit, (1) audit *inquisitus*, (2) suspenditur ab *officio*, si quod gerit publicum, (3) excluditur a *collegio opificum*, cui adscriptus est, immo (4) ab omni *consortio honestorum* virorum etc. ad illum vsque diem, quo, innocentia purgata, absoluitur. Quae quum ita sint, non est, cur miretis, quod responsionem ad inquisitionales articulos variis mediis (§. CXVIII.)<sup>o</sup>, de quibus seq. tit. dicendum erit, declinare liceat.

Effectus responsionis ad articulos.

TIT. XIII.

DE

MEDIIS, QVIBVS REVS RESPONSIONEM AD ARTICVLOS INQUISITIONALES DECLINARE POTEST.

§. CXLII.

**P**raecipuum medium, quo auerti potest <sup>1) Defensio pro auertenda,</sup> responsio ad articulos inquisitionales, est

n) Kayser e. l. p. m. for p. m. 921.  
256. BRUNNEMANN c. l. o) BEYER ad C. C. nr. 93. seq. BARTH *hodeg.* art. 6.

est *defensio*, siue demonstratio deficientis causae iustae, cur ad articulos inquisitionales rogetur reus.

## §. CXLIII.

si. que concessa est,

Itaque haec defensio non cuius datur petenti *p*), sed illi demum, qui in eo est, ut demonstrat vel nullam vel illegitimam causam inquisitionis specialis adesse (§ pr.). Allegatio causae poenam mitigantis non attenditur *q*).

## §. CXLIV.

non omnide-  
stituitur  
fauore.

Concessa vix omni destituitur fauore. Nam (1) ex iustis causis post terminum peremptorium admittitur *r*), (2) respuit fiscalem, et illius interrogatoria ad articulos defensionales concepta (§. CXXIV, 3.).

## §. CXLV.

Media defen-  
sionis quae-  
rat

Sic quoque (3) ut defensor quid efficere possit, datur ei locus cum reo colloquendi *s*), et contra hunc quae militat, indicia cognoscendi *t*) (†).

(†) Fa-

*p*) BERGER suppl. p. II. p. 43. HOMBORG Resp. 191.

*q*) CARPZOV qu. III. nr. 125.

*r*) BERGER suppl. p. I. abs. 50. LEYSER sp. 592. m. 17.

*s*) CRAVETTA *conf.* §§ HEIL *iud. et defens.* p. III. seq. THOENNIKER *aduoc. prud. in foro crim.* c. 6.

*t*) BARTH *boldig. for.* p. m. 890. KRESS *ad e. act.* 6. §. 16.

†) Facultas acta perlustrandi regulariter defensori non permittitur, nisi forsan a principe seu collegiis superioribus eam impetret.

§. CXLVI.

Est autem defensoris, si fieri potest, (1) <sup>defensor prudens,</sup> fundamentum inquisitionis destruere u); (2) iudicem inhabilem, incompetentem, praeventum, suspectum esse, docere; (3) servatum procedendi ordinem impugnare; (4) corpus delicti incertum dubiumque reddere; (5) leuitatem delicti x) et (6) futilitatem indiciorum y) contra reum militantium demonstrare, nec non (7) testimoniis probare, quod vitam antea ita egerit reus, ut vix praesumi queat, eum auctorem esse inculpati delicti. Exceptiones litis finitae et peremptorias liquidas z) opponere sat, eas vero, quibus poena mitigatur, (†) laudare frustraneum est (§. CXLIII.) a).

(†) nisi sint in continenti liquidae, et ex iis satis constet, poenam ita mitigari, ut speciali inquisitione pro ratione delicti non indigeat

§. CXLVII.

u) ID. c. l. §. 11. seq.  
x) LUDOVICI Peinl.  
Proc. c. VI. §. 6.

y) CARPZOV qu. 108.  
hl. 50.

z) MEIER d. de defens.  
Engau Ius Crimin.

pro auertenda inquis. §. 13.  
seq.

a) PFENDORF introd.  
in proc. crimin. Laneb. c.  
13. §. 5.

D d

## §. CXLVII.

adhibeat-  
que caurus.

Praeterea caueat (1) vt se ad defendendum offerat, durante adhuc summario testimonio examine, aut iam ad articulos data responsione *b*); (2) vt in schedula oblationis multis deducat momenta, quae habet, defensionis *c*); (3) vt rei causam reddat deteriorem *d*); (4) vt admittat fiscalis *e*) monita, aut (5) notas marginales iudicis.

## §. CXLVIII.

2) Oblatio  
ad poenam  
pecuniariam  
vel iusi. pur-  
gat.

Quandosque defensor non sine fructu sub finem defensionis refert *f*), reum ad soluendam 2) poenam pecuniariam, vel ad praestandum iusiurandum, purgatorium, promptum et paratum esse, non quod delicti sibi sit conscius, sed pertaesus litis et illius expensarum.

## §. CXLIX.

3) Prouoca-  
tio ex L. dif-  
famari,  
4) Appella-  
tio.

3) Prouocationem ex L. diffamari vix sistere inquisitionem ad vnum fere fatentur omnes Icti *g*). Circa (4) appellationem hic

*b*) KRESS ad c. a. §. 5.

*c*) Salig *El. iur. sb.*  
pr. p. 785.

*d*) LEYSER *spec.*  
DLXII. m. 14.

*e*) LVDOVICI c. l. §. 8.  
BERGER c. l. p. II. p. 481.

*f*) THOENNIKER *ad-*  
*uoc. pr. c. 9. p. m. 34.*

*g*) LYNCKER *decif.*  
1185. *resol. 63. Diss. OL-*  
*DEKOP de appell. in caus.*  
*crim. q. 3. p. 60. seq.*

hic idem iuris est, ac supra (§. CXX.) docuimus.

§. CL.

Quidam de defensione, quam pro auer-<sup>5) Contumacia rei.</sup>tenda responsione ad articulos inquisitionales conscripserunt, desperantes, se ad articulos rogari patiuntur, ast non respondent. Sic famae consulere volunt *b)*, sed, ex sententia plurium doctorum, perperam *i)*.

§. CLI.

Iudex caueat, (1) vt defensorem solum <sup>Cautiones iudicis.</sup>cum incarcerato *colloqui* patiatur *k)*; (2) vt cuilibet petenti hanc *concedat* defensionem; (3) vt defensori *integra acta* ad perlustrandum exhibeat *l)*; (4) vt consentiat in oblationem a reo factam, et exigat poenam pecuniariam vel iusiurandum purgatorium (§. CXLVIII.) prius, quam probe confideravit inculpati personam ac indiciorum qualitatem.

Dd 2

TIT.

*b)* BEYER ad C. C. art. 6. pos. 7. BARTH de *comminat. sub poena conf.* c. 2. §. 6.

*i)* BOEHMER d. de *consum. non respond.*

*k)* THOENNIKER C. I. c. VI.

*l)* Diff. REINMANN d. de *edendis a iudice actis ad formandam defensionem pro auerrenda inquis.*

DE

## REO CONFESSO.

## §. CLII.

Confessio

**C**onfessio est actus, quo quis sciens et intelligens adfirmat, se hoc vel illud egisse.

## §. CLIII.

1) in iudiciali  
lem et extra-  
iudiciali,

Diuiditur confessio (1) in *iudiciali* et *extraiudiciali*, prout ea in iure fit vel extra illud. Ad *extraiudiciali* referre solent *sacramentali m)*, atque coram iudice *incompetente n)*, aut *competente quidem, sed non in loco iudicii factam o)*.

## §. CLIV.

2) in veram et  
fictam,

Quandoquidem mox verbis fit, mox ex certo facto a iudice elicitur, aut a lege praesumitur: (2) in *veram* et *fictam* dispescitur. Fingitur autem confessio (a) vbi reus cum laeso *transegit p)*, aut (b) sub *poena confessi et conuicti* respondere iussus non respondit, aut (c) nunquam in

eo

m) KRESS ad art. 31.  
§. 3.

n) MATTHAEVS de cri-  
min. ad lib. D. 48. tit. 16.  
c. 1. nr. §.

o) ОЛДЕКОТ. *obf.*  
*crimin.* IV, 45.

p) CARPZOV *pr. crim.*  
qu. 121. nr. §6.

eo fuit, ut iudicia contra se pugnancia elideret q).

## §. CLV.

Denique (3) vel *pura* vel *qualificata* <sup>3) in puram et qualificatam diuiditur.</sup> dicitur esse, prout reus crimen simpliciter confessus est, aut confessioni suae qualitatem quandam addit r).

## §. CLVI.

Confessio, ut fidem facere possit iudici, <sup>Confessio debet esse</sup> (1) *clara ac evidens*, (2) *animo deliberato suscepta*, atque (3) *probabiliter vera* debet esse.

## §. CLVII.

Quia igitur confessio clara ac evidens <sup>1) clara ac evidens,</sup> debet esse (§. pr. 1.): intelligis causam, (1) cur eo maior aut minor fides habenda confessioni, quo minus aut maius dubium circa eam superest; (2) cur confessio *vaga, generalis, ambiguus verbis facta* nullam plane; (3) *illatiua vero, nutu* r) aut ab iis facta, quos *surdos et mutos* simul natura fecit (§. CXXVI, seq.) t), quosue iudex per *interpretem* rogauit

D d 3

(§.

q) MATTHEAEVS c. l. tit. 9.

r) SCHOEFF de confessione qualificata.

s) WILLENBERG

d. de inefficaci criminis confess. §. 6.

t) STRUV obseru. crim. VIII, §. p. 41.



(§. CXXVIII.) *u*), aliqualem tantum fidem mereatur.

### §. CLVIII.

*a*) animo deliberato facta et

Quia confessio animo deliberato debet esse facta (§. CLVI, 2.): sequitur, ut nihil efficiat confessio, quam is fecit, qui vel *rationis usu* vel *voluntatis libertate destituitur*. Itaque iudici fidem facere nequit confessio (*a*) ira (*b*) ioco aut (*c*) vino commota, (*d*) vi metu dolosive persuasionibus *x*), speciatim (*e*) spe impunitatis *y*) elicita, nisi illius causa cessante rata fuerit habita *z*). *Erronea* nullam fidem facit *a*), et quovis tempore reuocari potest *b*).

### §. CLIX.

*3*) probabiliter vera.

Sit denique (*3*) probabiliter vera (§. CLVI, 3.). Haec adesse videtur, vbi (*a*) causa adest praeeexistens vel apparet *corpus delicti* (§. LXXVII. seq.) *c*), (*b*) confidentem delicti auctorem monstrant *indicia* valida

*u*) MYLII PR. HOL-  
DERRIEDERI d. prae-  
miss. p. 7. ZIEGLERI  
d. de poenis §. 67.

*x*) COCCII d. de si-  
mulat. § 54. 55.

*y*) CRVSIVS. de indi-  
ciis p. I. c. 107.

*z*) a. C. C. art. 56.

*a*) a. C. C. art. 57.

*b*) OLDEKOP *observa.*  
*crim.* IV, 21. CARPZOV  
*pr. crim.* qu. 115. nr. 33.

*c*) WILLENBERG  
c. d. §. 10.

valida et *in iure probata* (§. XCVI. seq.) *d*),  
 atque (c) confessio eas continet *circum-*  
*stantias*, quas iudex *veras* apprehendit,  
 aut, quod magis est, quas innocens non  
 facile scire potuit *e*). Contra probabiliter  
 vera non habetur confessio facti illius,  
 quod naturae repugnat aperte *f*), aut de  
 quo neque ad sensum neque ad intelle-  
 ctum constat *g*).

## §. CLX.

*Confessio iudicialis* (§. CLIII.), quae sim- <sup>Quid efficiat</sup>  
 plex est (§. CLV.) et legitima (§. CLVI. <sup>confessio iur-</sup>  
 seq.), plene probat, sicque facit, vt con- <sup>dicialis,</sup>  
 demnetur confitens, non vero tertius.  
 Hic tamen, aliis concurrentibus indiciis  
 (§. XCVII.), inquisitioni speciali subiici  
 potest (§. XXXVII.) *b*).

## §. CLXI.

*Confessio extrajudicialis* (§. CLIII.), si <sup>extrajudicia-</sup>  
 qua pura (§. CLV.) est et legitima (§. CLVI. <sup>lis,</sup>  
 seq.), vim semiplenae probationis habet,  
 immo, si saepe repetita fuerit, ad infligen-  
 dam

D d 4

d) C. C. art. 6.

e) ibid. art. 60.

f) DAMHOVDER *pr.*  
*crim. c. 54. nr. 33.*

g) Id. c. 1. nr. 34.

b) C. C. art. 31. HER-  
 TIVS R. 89. LYNCKE-  
 RI d. *de nomin. focii cri-*  
*minis c. 6. 7.*

dam poenam leuiorem sufficit *i*). Eiusmodi confessionem factam esse, si reus eam neget, plene probari debet *k*).

## §. CLXII.

qualificata et  
ficta?

Confessio, cui ea qualitas addita est, quae praesumptioni iuris contrariatur, nec probari potest, simplici equiparatur. *ficta* denique probationis, mox semiple-nae, mox semiple-na maioris, vim habere dicitur.

## §. CLXIII.

Cautiones  
iudicis.

Iudicis est (1) cauere, vt legitimam habeat confessionem, quam (a) per *suggestionem* extorsit *l*), aut (b) *elicuit* cum reo vel ipse vel per alios amicum colloquium instituens tempore, quo post parietem notarium et testes posuit, eosque quaeuis verba rei, haec omnia nescientis, annotare iussit *m*); (2) confessione secuta (a) perpendere, constat de *corpore delicti* nec ne? militent contra confidentem *indicia legitima*, an non? (b) inuestigare *veritatem confessionis*, praesertim circumstantiarum, quas reus confessus

*i*) LEYSER d. de  
extraiud. crimin. confess.  
m. 9. 10.

*k*) C. C. art. 32.

*l*) STRYK de iure  
suggestionis c. 4. nr. 37.

*m*) OLDEKOP *obf.*  
crim. IV, 45.

fus retulit *n*). Hinc iudex debet *testes* et *socios* nominatos rogare, nec non nuntios eo mittere *o*), ubi vestigia delicti commissi superesse, aut instrumenta, quibus illud perpetratum est, latere significavit reus; (3) si aliud inuestigando deprehenderit, ac reus dixit, hunc iterum, et quidem de *falso* dicto illiusque causa rogare *p*).

## TIT. XV.

DE

## PROBATIONE CRIMINIS

## §. CLXIV.

Vbi reus vel omnia vel quaedam, de quibus suspectus et ad articulos inquisitionales rogatus est, negavit, omnem curam defigit iudex in eo convincendo (§. LXXII, 7.) *q*), reus autem in se defendendo, vel *testibus* vel *instrumentis* vel *indiciis* \*. Neuter ad apices civilis processus adstrictus est. Neutri peremptorius terminus positus est, *examinis* instituendi et deducendae innocentiae intuitu *r*).

D d 5

tu r).

*n*) HEINECCIUS *de relig. iudicant. circ. reor. confess.*

*o*) C. C. art. 54. *Kap*

*ser pr. crim. p. 293.*

*p*) C. C. art. 55.

*q*) C. C. art. 62.

tu r).<sup>19</sup> Illud fingulare duco, quod (1) eo fortior debeat esse probatio criminis, quo maior poena inde metuenda s), atque (2) probatio criminis clarior requiratur ac probatio innocentiae. De singulis convincendi et innocentiam deducendi modis agamus figillatim.

\* Olim etiam varii modi erant, quibus reus convinci, illiusve innocentia probari poterat. Ad illos iudicium divinum, iudicium humanum et purificationem adhibitis septem testibus factam refert z. F. 27. §. 3. his vero annumerat reformatio iudicii Limburgensis den wahren Schub, den gichtigen Mund et denique Lehmutz.

## MEMBRUM I.

DE

TESTIBVS ET PROBATIONE  
QVAE PER EOS INSTI-  
TVITVR.

§. CLXV.

Testis

**T**estis hic nobis est persona fidem iudici iurato faciens de crimine, quod reus negavit.

§. CLXVI.

r) BRUNNEMANN  
c. l. c. VIII. m. 2. nr. 84.  
LUDOVICI Petri. Pr.

c. VI. §. 17.

s) Auctor *cons. cri-*  
*min. dub.* 37.

§. CLXVI.

Vnde fluunt axiomata :

I. Testes oportet esse fide dignos et

II. iuratos.

III. Testes deponere debent de ipsa  
criminis substantia.

§. CLXVII.

Testes oportet esse fide dignos (§. pr. I.), <sup>debet esse fide dignus,</sup>  
seu eos, qui volunt et possunt tempore, <sup>fide dignus,</sup>  
quo rogantur, verum dicere. Vnde in  
atrocioribus \* et leuioribus, manifestis et  
occultis criminibus (1) REPELLUNTUR  
(a) qui rem, de qua sermo est, plane *non*  
*intelligunt*, utpote furiosi, mente capti, in-  
fantes \*\*, (b) qui *de falso dicendo* sunt su-  
specti, v. c. inimici capitales, criminosi t),  
infamia u) iuris laborantes aut illius fa-  
cti, quod adhuc non emendarunt, ut te-  
stimonium vel dicerent vel non dicerent  
pecunia corrupti x) \*\*\*, falsarii y); (2)  
FIDES VACILLARE videtur eorum (a)  
qui testimonium ferendo laedunt *reueren-*  
*tiam* z); (b) qui testes frangunt *sigillum*  
con-

r) LEYSER sp.  
CCLXXXIII. m. 31. seq.

u) C. C. art. 66.

x) C. C. art. 64.

y) *ibid.* art. 68.

z) BLUMBLACHER ad  
art. 23. BERGER *suppl.*  
*ad El.* p. II. obf. 175. p.  
459.

*confessionis a*). Confessionarii tamen de iis, quae sibi in confessione non sunt reuelata, aut ante confessionem in notitiam venerunt, testimonium ferentis fides vacillat minime; (c) qui sensu animi satis exprimere nequeunt, vt surdi, muti etc. (d) qui iudici sunt ignoti, nisi producens eos probos fideque dignos probauerit b).

\*. Quod in crimine laesae maiestatis testes inhabiles reum conuincant plene, statuunt Dd. BEYER ad art. 62. seq. *pos.* 27. sed sine ratione (§. CLXIV, 1.).

\*\* Nec maiores facti de iis, quae in infantia videntur aut audierunt, testimonium ferre possunt. Quod ad *pueros* autem, cum LEYSERO sp. CCLXXXIII. m. 4. eandem profiteor sententiam, scilicet de testimonio puerorum pro diuersitate circumstantiarum diuersimode iudicandam esse, quoniam, quantum eorum fidei imbecillitas iudicii et facilitas detrahit, tantum addit innocentiae et illibatus animi candor.

\*\*\* De fide testis contra corruptorem deponentis agunt MYNSINGER *cent.* 6 *obs.* 67. VOLCKMAR *de testibus* cent. 5. *conclus.* 44.

### §. CLXVIII.

Num talis sit  
denuntiator

An *denuntiator*, qua testis habilis, sit admittendus? quaeritur. Eum admittendum esse putarem, cuius fidei, praeter denuntiationem, neque deficiens intellectus neque

a) LEYSER sp. *de sigill. conf.* c. 3. §. 58.  
CCLXXXIV. m. 2. BEYER b) C. C. art. 63.

que suspicio falsi neque aliud quid obstat (†).

(†) Probant hanc sententiam SCHILTER exercit. ad D. Exercit. 49. addit. §. CARPZOV qu. 108. n. §. BOEHMER ad Carpzou. qu. 114. obs. 4.

§. CLXIX.

*Socius criminis*, qui ab inimicitia, rancore et proteruita alienus, sponte, licet extra tormenta c), contra illum, qui iam suspectus criminis, tulit testimonium, illis circumstantiis additis, quas veras apprehendit iudex inquirens d), vix potest reici ei e).

§. CLXX.

Multo minus reiciendus erit *laesus* (†), praesertim *moribundus*, qui certas dicti sui causas prodidit, proditasque vel iuramento vel morte confirmavit f).

(†) Equidem laesus testis in propria causa ideoque admittendus haud censetur. Ast omnino admittitur laesus, quia causa non est priuata, sed publica, et in iudicio criminali non ad priuatam, sed rei publicae satisfactionem, id est, ad poenam publicam, agitur.

§. CLXXI.

c) HOFFMANN an nōminatio socii criminis sub tortura fieri debeat.

d) C. C. art. 31. DIEBOLD de iudic. c. 2. §. 3.

e) HORN. Cl. XV. Resp.

101. ZANGER de quaest. c. 2. nr. §6. seq. MEYNDERS de iudic. censur. p. 100.

f) KLEIN de in- et ex-culpatione moribundi. STRYK de effasis agonizantium.



## §. CLXXI

Ad articulos  
probato-  
riales

Iudex, crimen per testes probaturus, debet (1) ea capita, quae reus negavit, hic vel ille testis autem summarie deponens adfirmavit, in *articulos probatorias* digere (†). Hi per modum interrogationis, clare, rotunde ac ita sunt concipiendi, ut singuli singulas circumstantias contineant; (2) articulis crimen ipsum, quod reus negavit, concernentibus *generales* alios praemittere, quibus exploret cuiusque testis nomen, aetatem, electum vitae genus etc. g).

(†) In processu accusatorio probatio fieri debet articulatum cum denominatione testium Constit. Carol. artic. 70. interrogatoria quoque delinquentis admitti debent BOEHMER *ad Carpzon*, quaest. 114. obs. 3. In processu inquisitorio articulata probatio non quidem necessitatis, est consilii est.

## §. CLXXII.

iudex rogat  
testes

Ad hos articulos ipse \* debet testes *examinare* b), ideoque (3) eos convocare, prout opus est, vel compulsorialibus vel requisitorialibus literis i), nec non (4) ut compareant carcerem aut vim metuentes, saluos ducere k); (5) omnibus *vectorum* et *victus mercedem* suppeditare l).

\* Nota-

g) BRUNNEMANN *pro-  
cess. inquis. VIII, 2. § 3.*  
seq. *Wannov. Crim. In-  
strukt. c. 8. §. 7.*

b) C. C. C. art. 71.

f) *Ibid.* art. 72.

k) *Ibid.* art. 76.

l) *Ib.* art. 75. BEYER *ad  
art. 62. seq. pos. 19. seq. et  
MYLIYS ad Eund. pos. 57.*

\* Notario rem committere periculofum est, MYLIVS ad BRVBR p. 128. pof. 50. Iudici vero domicili, qui testem fistere non vult, transmittendi sunt articuli, iuncto petito, velit ad hos nominatum rogare, ac rogati responsa in rotulum fide dignum redigere. Bayser pr. crimin. p. I. p. m. 333.

§. CLXXIII.

Testes qui comparuerunt, sint clerici an solemniter et laici; iudex praesentibus scabinis et actuario m) (§. CXXII, 1.) (r) ad verum dicendum iureiurando adstringere n) (CLXVI, 2.), et (6) postea vnumquemque seorsim o) ad articulos probatorias rogare, atque (7) a rogatorum quolibet categoricam responsionem exigere p), (8) sibi subiectos in respondendo contumaces, multa, carcere, et in causis grauioribus, tortura \* q) cogere \*\*; (9) respondentium frontem et dicta probe attendere r), nec (10) scriptae depositioni fidem habere tenetur.

\* Toties scilicet, quoties (1) delicti atrocioris (2) veritas aliter haberi nequit, et (3) testis villioris conditionis est, (4) de cuius dolo ex actis constat aperte. V. TENZEL d. de tortura testium. c. 3.

\*\* Si

m) C. C. art. 71.

n) Caput. V, 207.

o) CLASEN ad C. C. art. 65.

p) BRVNNEMANN c. 1,

nr. 66. seq.

q) MYLIVS c. l. pof. 51.

r) C. C. art. 71. BRVSS ad art. 72. §. 2.

\*\* Si veritas aliter haberi nequeat, cogit et illos, qui alias a testimonio ferendo sunt immunes, LEYSER sp. 283. m. 22. nunquam tamen eam, qui testimonium dicere nequit sine prodicione propriae turpitudinis. BEYER ad C. C. p. 126. pos. 43. aut sine violatione fidei, quam vel iubente vel permittente lege dedit WILLENERG *de compulsione testium ad dicendum testimonium* §. 24.

### §. CLXXIV.

ante.

Caueat iudex (1) vt *iusiurandum* remittat s) huic vel illi testi variis priuilegiis munito, aut (2) longe post depositionem exigat; (3) vt testes *examinet* per solum notarium t), aut (4) cateruatim; (5) admittat *responsa* testium *dubia* etc.

### §. CLXXV.

Actuarii  
officium.

Actuarii est, notare (1) qui *testes*, a quo et quomodo fuerint *citati*; (2) quando *comparuerint*; (3) ad quos *articulos* rogati responderint; (4) quae *verba* quisque respondentium protulerit (§. XXXII.), et sub quibus *gestibus*.

### §. CLXXVI.

Differentiae  
proc. accusat. et

Quibus processus accusatorius et in-  
quilitorius circa probationem per testes  
fusci-

s) BRUNNEMANN I.E. III, 4. 13.

t) LEYSER sp. 283.

m. 36. MARTINI ad O. P.S. tit. 20. §. 3.

scipiendam inter se differunt, haec sunt: <sup>inquis. circa examen te-</sup>  
 1) in illo accusator, in hoc iudex <sup>stium.</sup> *conci-*  
*lit* articulos probatoriales, (2) qui accu-  
 ato ubique, inquisito autem quibusdam  
 tantum in locis *u*), communicantur ad  
 landum *interrogatoria*; (3) in accusato-  
 rio ubique, in inquisitorio autem pro-  
 cessu paucis in locis *x*), testes *praesente*  
*re*o iureiurando adstringuntur, atque (4) in  
 illo, neutiquam vero in hoc, testium di-  
 cta in solemnem *rotulum* rediguntur, pu-  
 blicantur, et *disputationi* partium subiici-  
 untur *y*), nisi in locis, quibus *fiscalis* so-  
 let constitui *z*).

§. CLXXVII.

*Extraordinarium testium examen non* <sup>An examini</sup>  
 admititur, nisi (a) ad instruendam inqui- <sup>extraordina-</sup>  
 sitionem generalem, vel (b) ad reum de- <sup>rio detur lo-</sup>  
 fendendum *a*). <sup>cus?</sup>

§. CLXXVIII.

Quando (1) duo minimum \* testes (§. <sup>Probatio per</sup>  
 CLXV.), (2) iique classici (§. CLXVII.), <sup>testes plena,</sup>  
 (3) ad rogationem iudicis legitimam  
 (§.

u) KRESS ad C. C. art.  
 70. §. 2. \* 2. BRUNNE-  
 MANN *de inquisitionis pro-*  
*cessu* c. 2. m. 2. §. 52.  
 x) *Hannov. Crim. In-*  
*str.* c. 8. §. 9. OLDEKOP,  
*Engau lus Crimin.*

dec. quaest. 4.  
 y) C. C. art. 73. 151. sq.  
 z) KRESS ad C. C.  
 art. 73. §. 6.  
 a) b. BOEHMER I. E.  
 P. II, 6, 10.  
 E e

(§. CLXXIII.), (4) certi delicti auctorem (5) ex sufficiente ratione scientiæ nominarunt: *plena probatio* adesse dicitur *b*).

\* Olim ad reum convincendum septem testes requirebantur (§. CLXIV. \*). Vnde natus est mos des besiebnens EBELING *de prouocat ad iudic. Del* p. II. qui saepe in causa fuit, vt impunita manerent scelera.

### §. CLXXIX.

*semiplena,*

Contra *semiplena* tantum adest probatio, vbi præuia rogatione iudicis ex sufficiente ratione (1) vnicus tantum testis, omni exceptione maior, rem criminalem (§. CLXVI, 3.) adfirmavit *c*), aut (2) duo testes habiles vel (3) quatuor inhabiles *d*) proximum (§. CI. seq.) probarunt indicium *e*). Vbi testes indicia probaturi *singulares* sunt, videndum est: num eorum verbis *singularitas obstatiua*, vt communis schola loquitur, an *adimiculatiua* \* infit? quoniam *illa*, non *haec*, tollit vim semiplenae probationis.

\* De *singularitate subalterna* seu *diuersificatiua* quae notanda sint, tradunt FARINACIUS *pr. crim.* q. 64. CLASEN ad C. C. art. 66. p. m. 229.

### §. CLXXX.

*b*) C. C. art. 67.

*c*) C. C. art. 23.

*d*) REYSER *d. de ex-*

*traiud. crim. confess.* pag.

13.

*e*) C. C. art. 30.

§. CLXXX.

Denique aliis adminiculis deficientibus, <sup>nulla</sup> nulla plane fides habenda est testi, qui (1) de credulitate f), (2) ex sensu alius g), (3) generaliter et vage, aut (4) sine vlla ratione deposuit. Dictum, non quidem sine omni, attamen sine sufficienti, ratione prolatum, tunc demum attenditur, vbi ad alia indicia, quae iam probata sunt, tanquam adminicula annitur.

§. CLXXXI.

Quia probatio criminis clarior requiritur, atque probatio innocentiae (<sup>Singularia probationis innocentiae,</sup> §. CLXIV, 2.): constabit de causa (1) cur vnicus testis classicus plenam b), et (2) testes de credulitate, de auditu, alique, quorum fides vacillare videtur, aliqualem i) fidem faciant, si pro reo deposuerint, atque (3) cur contra reum iure non admittantur testes suspecti in criminibus, quorum veritas aliter haberi nequit k).

E e 2

MEM-

f) CARPZOV *pr. crim.* qu. 114. nr. 59.

g) STRYK *de iur. sens.* diss. 3. c. 3. nr. 38.

b) FARINACIUS q. 63. nr. 42. seq. GLASEN ad

art. 66. p. m. 226.

i) Id. q. 68. nr. 79. seq. GRANTZ *de defens.* c. 2. m. 4. sect. 2. nr. 201. seq.

k) BEYER ad C. C. art. 62. seq. pos. 10.

## MEMBRUM II.

DE

PROBATIONE CRIMINUM  
PER INSTRUMENTA.

## §. CLXXXII.

Litterae, per  
quas deli-  
ctum com-  
missum est,  
et

**D**elicta, quae per scripturam sunt com-  
missa, hac plene probantur 1). Sic  
(a) litterae, quibus quis hostem patriae  
confilio iuvit, prodicionem et prodito-  
rem, (b) litterae ad priuatum missae, qui-  
bus quis scientiam perduellionis ab alio  
committendae profiteretur, societatem cri-  
minis, et (c) litterae, quas quis falsas fecit  
in praeiudicium tertii, falsum (satis inu-  
unt etc.

## §. CLXXXIII.

quae crimen  
peragen-  
dum, aut

Litterae crimen aliquod adhuc *peragen-*  
*dum loquentes*, attentatum plene, consum-  
matum semiplene probant. Huc perti-  
nent litterae, quibus quis alteri mandauit,  
consuluit etc. homicidium aut aliud cri-  
men committendum.

## §. CLXXXIV.

peractum  
loquuntur,

Litterae, quibus quis *gloriatu*s est, se hoc  
vel illud crimen patrasse, idem operan-  
tur, quod confessio extraiudicialis.

§.

1) LUDOVICI pr. crim.  
c. VI. §. 5 REINHARTH  
d. de eo, quod circa probat.

delicti per documenta iustam  
est.

§. CLXXXV.

Nullae autem probant literae, nisi quas ab inquisito conditas cognouit iudex. Cognoscit autem plene ex *recognitione*, quam reus fecit, et semiplene, vel ex *recognitione a testibus facta*, vel ex *comparatione literarum m)* caute instituta n).

recognos-  
dae aut

§. CLXXXVI.

Nimirum iudex debet (1) ad comparandum eligere scripturam, quam a reo provenisse certum est, (2) accersere duos in arte scribendi *peritos*, eosque (3) *iurejurando* adstringere ad singulos ductus literarum authenticarum et dubiarum fideliter inter se *comparandos*, et, quid sibi videatur, ad acta referendum.

cum aliis  
comparan-  
dae simt.

MEMBRUM III.

D E

PROBATIONE CRIMINUM  
PER INDICIA.

§. CLXXXVII.

Pro varia indiciorum qualitate variat probatio criminis per ea instituta. Nam indicia *violenta* ac indubitata plene,

Indicia pro-  
bant, ubi

Ee 3

pro-

m) BERGER *El. Iur.*  
Gr. suppl. p. H. obf. 92:  
p. 262.

n) ZYBRODII d. de com-  
paratione literarum.



*proximorum* vero singula (§. CI. seq.), ubi sunt qualificata, semiplene probant. Horum numerus non est exiguus. Equidem praeter ea, quae suppeditat nemesita Carolina (†), pauca tantum dabo. Omnia enim recensere, nec lubet, nec licet.

(†) artic. 33. - 44.

§. CLXXXVIII.

per duos testes sunt probata. Illud primum sentias velim, quod iudicia, violenta aequae ac proxima, suam probationem (§. pr.) non efficiant, nisi firmata sint, vel *documentis* recognitis, vel *confessione* rei coram iudice facta, vel per *duos testes* omni exceptione maiores (§. CLXXIX, 2.) o).

§. CLXXXIX.

Quatenam iudicia semiplene probent furtum et rapinam, Semiplena *rapinae* vel *furti* probatio militare dicitur (1) contra eum, qui res alteri raptas, vel furto surreptas *possidet* aut possidere desiit, nec bonam fidem iustumque *titulum* laudare potest p.) (§. CI. 3.). Haec probatio *eliditur* ab eo, qui (a) rem in foro, aut quum ostiatim per urbem circumferretur, entam, vel (b) in domo quidem sua, non autem possessione, deprehensam (§. CII. a.) q) probat; *imminuitur* vero ab illo, qui (a) se hominem

o) C. C. art. 23. §. 1.

p) C. C. art. 38. 43. §. 1.

q) I. P. S. II, 35. OLSEN ad art. 58. p. m. 196.

nem bonae frugis et bonae famae r), aut (b) indicium non satis probatum (§. pr.) esse demonstrat.

§. CXC.

Eadem fere probatio s) pugnat (2) contra militiae desertores t) et zygenos u), qui ex sylvis vel aliis locis minus tutis, quo frequentius discursitant (§. XCVII, 5.), redeuntes in cauponis publicis laute viuunt, nec, vnde sumtus ferant, docere possunt (§. CI, 2.).

§. CXCI.

Violenti furti probatio semiplena contra eum militat, quem circa aedes, ex quibus effractis res sunt furto surreptae, aliqui viderunt instructum ab instrumentis istius generis, quibus effractio facta videtur x), praesertim, si iam antea vitam male egerit y).

violentum  
furtum,

§. CXCII.

Reus homicidii semiplene conuictus videtur, (1) quem eo tempore z) et loco a),

homicidium  
occultumret

E e 4

co a),

r) MYLIUS ad BEYERUM p. 84. pos. 22.

rum origine, vita et moribus.

s) C. C. art. 39.

x) C. C. art. 43. §. 2.

z) R. 1. 1577 art. 26. FRITSCH de validis medicant. c. 8. 12.

y) C. C. c. 1. ibique MANZIUS.

u) Id. ff. de Zygeno-

z) BLANCVS de indicis nr. §3. seq. nr. 297.

co a), quo homo necatus est, indutum vestibus et armis sanguine conspersis b), duo testes deprehenderunt (§. (CLXXXVIII.). Quam tamen probationem eneruat reus, docens (a) gladium sibi ab alio ereptum et post redditum, (b) aliunde quam ex hominis occisione maculatum esse; (c) sanguinem sibi e naribus in vestes profluxisse, (d) se, dum conaretur auxilium vulnerato ferre, sanguine pollutum esse c).

## §. CXCIII.

Idem dicendum est (2) de eo, qui res, quas occisus, dum impeteretur, secum habuit, possidet aut possidere desinit (§. CIII. 5.), nec iustum titulum, quo acquisiverit eas, laudare potest d). Huius probationis vires debilitat reus, docens (a) rem, de qua iam quaestio est, ab occiso in sua *domo* relictam fuisse, seque (b) eam ab hoc vel illo *emisse*.

## §. CXCIV.

in rixa commissum,

Qui in turba *praesens* ea arma letifera *strinxit*, et sanguine conspersa retulit, quae letali respondent vulnere: illum homicidii

a) KRESS ad art. 33. §. 2. nr. 2.

b) C. C. art. 33.

c) CLASSEN ad c. a. p. m. 144.

d) C. C. art. 33.

cidij in turba commissi reum esse semiple-  
na loquitur probatio e). Quam tamen  
quodammodo elidit, probans (a) plures  
eiusdem generis arma strinxisse; (b) se  
gladium cum alio commutasse; (c) tantum  
abesse, vt occiso inimicus fuerit, vt potius  
eum nunquam nouerit.

§. CXC.V.

Femina, cuius (1) *uterus* solido maior<sup>infantici-</sup>  
subito decreuit, (2) *facies* pallida secuta<sup>dium,</sup>  
est vires corporis debilitatas, (3) *mammæ*  
lac iustae crassitie et albedinis continent  
f), ac (4) *vulua* ob certa signa partum  
enixa videtur duabus g) obstetricibus \*,  
hanc videntibus et tangentibus b), pepe-  
risset, et partum, qui non extat, occidisset  
se creditur adeo, vt semiplena probatio  
contra eam militet i). Cui neruum su-  
um subtrahere potest, docens (a) ex alia  
causa creuisse et decreuisse *uterum*, (b)  
*aquam subdulcem*, non lac, et (c) si hoc,  
tamen ex sola *mensium* suppressione, in  
mammis fuisse; (d) *inspectionem* vel a cae-  
cis vel ab iniuratis obstetricibus factam,  
aut (e) sine certis *signis* partus editi rela-  
tam

E e 5

e) C. C. art. 34

f) Ib. art. 36.

g) BLUMBLACHER ad  
c. art. p. m. II 1:

b) MULLER d. de mul.  
praegn. c. 10. §. 9.

i) C. C. art. 35.

tam esse; (f) se *molam* tantum vel *grammam* sanguinis edidisse k).

\* Quanta fides obstetricum relationi habenda sit, disquirat STRYK de *I. sens.* diss. I. c. I. nr. 45. seq. et c. 2. nr. 35. seq.

### §. CXCVI.

Matri, partum necatum suum esse agnoscenti, sed eum sine vita natum, aut propterea, quod ex utero in terram citra spem et opinionem ceciderit, interemtum esse, excipienti, ubi studio celavit uterum, clam peperit et natum occultavit l), nulla fides habetur, si vel maxime adserat, (a) sibi nullum lac in mammis ante partum fuisse m), (b) se cecidisse, (c) magno *onere* suppressam, vel (d) *ligno*, lapide etc. contusam esse n).

### §. CXCVII.

veneficium,

Si quis ex veneno propinato mortuus, huius delicti reum semiplene convictum nemesis habet illum, qui sine iusta et probabili causa emit aut praeparavit speciem materiae venenosae, quam medici deprehenderunt in necati cadauere. Idque

k) LYNCKER *decis.* 1388.

l) C. C. art. 131.

m) LYNCKER *resol.*

§ 24.

n) IDEM *resol.* 181.

que eo magis statuit, si suspectus iam olim nequam, aut negato ad caput vsque inimicus fuerit, aut ex illius discessu magnum potuerit sperare commodum o). Vnde ad intelligendum est facile, modo dictae probationis vim quodammodo imminui excipiendo, suspectum (a) venenum emisse, vel praeparasse ad tollenda nociua animalcula, (b) negato amicum fuisse, (c) ingens pecuniae damnum ex hac nece sentire p).

§. CXCVIII.

(1) Improbus homo, qui (2) igneas fa-incendium, ces, vel alia, quae in aedes immitti, immissa vero incendium efficere possunt, emit aut praeparauit, (3) iisque instructus clam comparauit (4) in loco, quo paulo post incendium ortum est: semiplene conuictus habetur incendiarius q), idque eo magis, si (5) inimicus fuit ei, cui damnum incendio datum est, aut (6) verbis, literis diffidatoris, vel alio modo minas incendii paulo ante sparsit. r). Has praesumptiones elidit, qui se hominem frugi ignem ad usum licitum excitasse docet.

§. CXCIX.

o) C. C. art. 37.

p) KRESS ad C. art. 6.  
I. nr. 1.

q) C. C. art. 41.

r) ZANGER de quaest.  
tion. c. 2. nr. 69. LVBLER  
de incend. c. 3. nr. 17. 23

## §. CXCIX.

proditionem, Qui (1) amicitiam cum hoste contractam, quam dissimulant, suspecto loco modo et tempore colunt: itidem (2) qui, cum hoste commercium literarium habentes, ignotis utuntur characteribus: habentur *proditores* s). Sola vero literarum hostis acceptatio commercium, et ex hoc diiudicandam proditionem, vix significat t).

## §. CC.

magiam, Carolus *magiae*, quam existere credit, reum habet u) illum, (1) qui artes magicas didicisse gloriatur, aut (2) docet alios; (3) qui fascinationes paulo post ortas minatus (§. XCVII, 9.), aut (4) libris magicis, carminibus vel gestibus insolitis vius est x). Fuerunt quoque, qui ex defectu *lacrymarum* y), furore tactum subsecuto z), decalvatione in partibus pudendis etc. magiam collegerunt. Ast haec aliaque indicia, quae sistunt CARPZOV a), CRYSIVS b) aliique; nulla fide digna sunt

s) C. C. art. 42.

t) COCCII de fallac. crimin. indic. §. 21.

u) C. C. art. 44.

x) MEIER de iudiciis in crimine magiae quod ad ter-

suram reprobatis et approbatis.

y) HERT. lib. I. par. 113.

z) KRASS ad c. a. §. 13.

a) pr. crimin. qu. 49.

b) de iudiciis p. l. c. 32.

sunt *a*). Sic quoque per *aquam frigidam* sagas explorari non posse, certum est *a*).

§. CCI.

Falsi circa monetam commisi semiplene <sup>falsam mon-</sup> conuictus dicitur, qui, vna cum falsis <sup>netam es</sup> numis; instrumenta ad eos cadendos idonea possedit; praesertim si eum malleis nocturno tempore vtentem cognoverint testes fide digni.

§. CCII.

Sic quoque modo, huius modo illius <sup>alia crimina.</sup> commisi criminis auctorem semiplene probant plura indicia remota qualificata (§. XCVII.). Vnde Carolus V. statuit pugnare semiplenam probationem commisi criminis contra illum (1) qui suspecto modo visus est in loco delicti, ibique res suas dereliquit *e* \*; (2) quem praeter nominationem a socio criminis conuicto sponte, intrepide et sine villo rancore factam \*\*, nec reuocatam (§. CLXIX.), alia grauant indicia *f*).

\* Hu-

---

c) THOMASIVS d. *fallucibus indicis magiae.*  
de crim. mag. §. 50. seq. d) BERGER E. I. C.  
WERNHER d. de cerebr. suppl. p. II. obs. 138.  
certitud. corp. del. §. 21. e) C. C. art. 29.  
seq. BODINI d. de. f) C. C. art. 31.



\* Huius probationis vis corrumpitur, si inculpatus probet (a) se rem in loco delicti inuentam vel nunquam vel una cum aliis possedisse, aut (b) eam, quam solus possedit, longe ante delictum commissum vendidisse, violenter amisisse, etc. (§. XCVIII.), (c) se tempore delicti commissi, vitam alibi degisse.

\*\* Vt sit facta sub tormentis aut doloribus partus, non requirit nemesis (§. CLXIX.).

## TIT. XVI.

DE

## CONFRONTATIONE

## §. CCIII.

Confrontationem, quae

**C**onfrontatio est duorum, qui de facto aut huius circumstantiis discrepant, commissio \*.

\* Quia fons mali conscientiam mentem saepe prodit: confrontatio non potest non (a) facere ad indagandam veritatem criminis pariter ac innocentiae, (b) respicere committendorum procuratores.

## §. CCIV.

(triplex est,

Triplex esse dicitur. Committi enim queunt (1) *testes inter se g*), (2) *inquisiti inter se*, (3) *testes cum inquisito* \*.

\* Actus, quo iudex reum subiicit oculis testium, qui illum delicti commissi tempore quod ad personam, non vero quod ad nomen cognoverant, caute susci-

g) DAMHOVDER *pr. rer. crim.* c. 47. nr. 3.

suscipiendus est *BRUNNEMANN* *pr. inq. c. VIII. m. 2. n. 99.* *OLDEKOP obs crim. tit. 4. obs. 4.* et audit *recognitio*, non *confronsatio*. Illa tamen cum hac coniungitur vtilissime.

## §. CCV.

Quævis confrontatio vtilis est. \* Facit <sup>vtilis ha-</sup> enim ad indagandam veritatem (§. CCIII.), <sup>deo.</sup> atque fieri potest (1) vt, dum testes inter se committuntur, si non omnis, tamen obstaculosa, eorum cesserit *singularitas*; (2) vt reus, quocum correus aut testes committuntur, vel crimen confiteatur, vel vario sermone, gestibus etc. se de eo *suspectum* reddat magis magisque.

\* Sunt, qui dissentiant et confrontationem plane reprobendam censent Dd. Eorum tamen *alii* paralogismis vtuntur, *alii* illud tantum probant, quod vir honestus, legitimis iudiciis commissi criminis nondum gratos, neutra onerari debeat. *TABOR disp. I. §. 32. p. m. 23. et disp. IV. §. 27 seq. p. m. 98.*

## §. CCVI.

De secunda et tertia confrontationis specie (§. CCIV, 2. 3.) haec notanda accipe: (1) neutri locum esse, *semiplena probatione* deficiente *b*), aut iam elisa *i*); (2) vtraque illius, cum quo, qua reo, committun-

*b*) *MEVIVS* p. III. dec. 73.

*i*) *TABOR de confront.* d. I. §. 19.

mittuntur alii, fugillari famam et sic (3) pro ea auertenda dari defensionem (§. CXVII, 2.) 1).

### §. CCVII.

**Iudicis et** Index reum, contra quem ea pugnans, quae semiplenam efficiunt probationem (§. pr. 1.), debet (1) grauissime monere de veritate dicenda, et (2) in negando persistentem cum vno teste post alterum m) ita committere, vt (a) vnumquemque testium \*, cui dicta sua praelegit, et vim iurisiurandi praesiti, suggestit, roget: num vera dixerit n) ? et (b) haec adfirmantem iubeat eadem in faciem rei dicere o); porro (c) reum respondentem, testem replicantem ac reum duplicantem audiat, nec non (d) ex vtriusque vultu, loquela etc. animum loquentis et veritatem dictorum iudicet p) ; (e) testem variantem tormentis subiiciat q) etc.

\* Testes, qui reo debent reverentiam, inuiti cum hoc nequeunt committi. TABOR de confrontat. disp. I. §. 33.

- 
- l) LVDOVICI *proc.* p. m. 364.  
*crim. c. VII. §. 3.* o) TABOR *c. l. disp.*  
 m) GRANTZ *de def. II. §. 6.*  
 n) *reor. p. l. p. 574. MI. p) LVDOVICI c. l.*  
 CHARLIS *tr. de inquis. §. 8.*  
*crim. c. 19.* q) TABOR *c. l. disp.*  
 r) *Kayser pr. crim. IV. c. §. p. 127.*

## §. CCVIII.

Actuarii est (1) iudicis *interrogationes*, <sup>actuarii officium.</sup> (2) rei et cuiusque testis commissi *gestus*, ac (3) vtriusque partis *dicta*, vti prolata sunt, notare.

## §. CCIX.

Actu confrontationis ad finem perdu- <sup>Confrontationis effectus.</sup>cto, videndum: sit crimen confessus, an in eo negando persistit reus? Illo casu condemnatur, quum hæc confessio plus valeat, quam spontanea; hoc autem, vbi dicta testium et indicia contra se militantia elidere nequit, se de crimine purgare debet.

## TIT. XVII.

DE

DEFENSIONE QVA REVS  
PROBATIONEM CRIMI-  
NIS DESTRVERE

ET

CONFRONTATIONEM AVER-  
TERE CONTENDIT.

## §. CCX.

Reus, cui ex probatione criminis (Tit. Defensio-  
num XV.) et confrontatione (§. CCVI.) non exiguum imminet periculum, ab utraque se defendere potest (§. CXVII.), do-

*Engau lus Crimin.* F f

docens, deficere causam legitimam, cur probationi habeatur fides, aut detur locus confrontationi.

## §. CCXI.

favor.

Defensio, qua nervus probationis frangitur, et innocentia rei demonstratur, admodum privilegiata est. Iudex enim debet (1) eam cuiuslibet delicti reo concedere, immo, (2) superhabita tam criminis confessione, r), quam defensionis renuntiatione, si quam reus fecerit s), ex officio defensorem, quandoque tamen iuratum t), constituere u), (3) huiusque laborem ex aerario compensare publico, ubi reo est magna pecuniae penuria, (§. CXVII, 5.) x); (4) constituto defensori dare locum cum reo colloquendi et acta perlustrandi (§ CXLV.); (5) conceptam defensionis formulam actis inferre, licet terminus, quem statuit peremptorium, praeterlapsus fuerit (§. CXVII, 4. CXLIV, 1.); (6) testibus delictum negantibus eandem, immo maiorem fidem habere quam adfirmantibus, nisi illi negatiam loco aut tempore coarctauerint; (7) te-

r) C. C. art. 57. BRUN-  
NEMANN *de proc. inquis.*  
c. 8. m. 3. nr. 9.

s) THOENNIKER  
*advoc. prud. in foro cri-*  
*min. c. 4. nr. 19. seq.*

Diff. LEYSER *d. de odio*  
*defens.*

t) C. C. art. 88.

u) KRASS. ad art. 47.

§ 3

x) lb. art. 47.

(7) testes secundum quid inhabiles tanquam defensionales admittere etc. 7).

§. CCXII.

Defensor non eodem semper modo procedere potest. Aliter enim ei de *nullitate processus* conquerendum, aliter *delictum*, aliter *crimen* negandum est 2). Quid defensori agendum sit,

§. CCXIII.

De *nullitate processus* conquerens, debet, si fieri potest, (1) fundamentum inquisitionis (§. LXXIII.) destruere, (2) excipere de delicto vix speciali inquisitione digno, de incompetencia iudicis (§. XLIV.), de defectu qualitatum actuarii (§. XXXIII.), de absentia scabino- rum tempore, quo causa cognita est (§. XXXI, 4.), de illegitimo rei (§. CXXII. seq.) vel testium (§. CLXXIII.) examine, de callidis et spinosis quaestionibus, quibus testes turbati, de effatis testium non fideliter consignatis (§. CLXXV, 4.) a), de falso circa acta commisso etc. vbi conqueritur de nullitate processus,

§. CCXIV.

Defensor delictum negaturus (1) excipiat de *corpore delicti* deficiente, dubio et vbi delictum, aut

F f 2

incer-

7) THOENNIKER  
s. l. c. XIII. nr. 10.

a) IDEM c. l. c. X. n. 8.  
GRANZ *defens. inquis.*

2) IDEM c. l. n. 8. seq.

c. s. m. 2. sect. 3. art. 4.

incerto, non rite inuestigato (§. LXXVI. seq.) etc. de deficiente hoc vel illo, quod leges ad essentiam delicti requirunt *b*), contra (2) ubi de corpore delicti satis constat, in eo sit, ut vires probationis (§. CLXIV. CLXXVIII. seq.) contra reum susceptae destruat (a) *testes* demonstrans inhabiles, inimicos, vel plane non vel non legitime iuratos *c*), ex aliorum sensibus locutos, ex testimonio ferentes commodum *d*) etc. (b) *eorum dicta* ex iure, actis inquisitionalibus aut instrumentis docens *e*) dubia, falsa, sine ratione prolata, reuocata etc. (c) *instrumenta* ostendens falsa, ab alio condita, sibi contraria, nihil certi inferentia *f*) etc. (d) vnum *iudicium* post alterum negans esse proximum, legitimum, probatum etc. aut, ubi hoc negare nequit, indicia fortiora opponens iis. Denique (3) ex eo, quod reus (a) semper occasione et viribus, quibus ad delictum, cuius accusatur, committendum opus est, destitutus fuerit, (b) tempore delicti commisi alibi degerit etc. illius probet innocentiam.

## §. CCXV.

*b*) GRANZ C. I. c. 6. m.  
2. sect. 2. art. 11.  
*c*) THOENNIKER C. I.  
c. XIII nr 16.  
*d*) GRANZ C. I. c. 5. m.  
2. sect. 3. art. 5.

*e*) ROVRICIVS *capituo*  
*f. encbir. defens.* c. 8. p.  
171. seq.  
*f*) HEIL *iud. et defens.*  
c. 4. §. 41.

§. CCXV.

Defensor delictum confessurus, crimen <sup>crimen ne-</sup> <sup>gaturus est.</sup> vero negaturus, (1) praemissa *facti specie*, quam claram et ingenuam sistere debet, (2) utatur illa regula iuris, qua omnis *praesumptio doli* exclusiua dicitur; porro (3) demonstrat defectum doli (a) probans, reum (a) vitam antea bene egisse *q*), nec (β) occupari affectu qui ad committendum facilius, cuius postulatur, impellere solet *b*), (γ) nihil lucri, plus tamen damni, ex commisso delicto sperare potuisse, atque (δ) post illud patratum, dormiisse securae, nec (ε) fugam arripere voluisse, sed in iudicio sponte comparuisse etc. (b) praetendens rei lubricam aetatem, furorem, summam ebrietatem *i*), summam iram, iustum dolorem *k*), altum somnum, coactam voluntatem *l*), ignorantiam normae diiudicandi (lib. I. §. XXXV. seq.), poenitentiam cum retractatione facti illiciti coniunctam *m*) etc.

§. CCXVI.

Praeterea quilibet defensor caueat, (1) <sup>Cautiones</sup> <sup>defensoris.</sup> ut defensionem praecipitet; (2) ut cauilletur,

FF 3

g) IDEM d. de usu attestator. in defens. inquis.

h) GRANZ c. l. c. 7. m. 4. sect. 1. nr. 136, seq. 148. seq.

i) IDEM c. l. c. 6. m. 2. sect. 2. art. 6.

k) ID. c. l. art. 4.

l) ID. c. l. art. 7. 8.

m) ID. c. l. art. 11.



tur, et negotium in dies differat; (3) vt a reo concessa neget; (4) vt, quae probare nequit, adferat; (5) vt concipiat articulos defensionales, qui huc non pertinent; (6) vt producat testes, vel facti et innocentiae plane ignaros, vel reo aduersantes. Quodsi vero ipsum denuntiantem *n*), aut, qui ab huiusstant partibus, testes producere fatius esse putet, omnes de nouo iureiurando legitimo ad verum dicendum adstringi petat.

## §. CCXVII.

Defensio  
pro auerten-  
da contron-  
tatione.

A confrontatione se defensurus probet deficere causam legitimam, cur ea instituat (§. CCX.). Id quod probat, docens (a) delictum leue, nec speciali inquisitione dignum esse; (b) contra putatum reum nullam plane, vel aliter ac per testes susceptam, probationem criminis commissi militare; (c) *testes* esse inhabiles, non iuratos etc. hinc aliquid, neque probasse, neque committendo probare posse. Sic quoque (d) nobilis, quo minus cum vilioris conditionis homine committatur, impedire potest *o*).

*TIT.*

*n*) THOENNIKER C. I.  
c. X. nr. 6.

*o*) TABOR *de confross.*  
d. V. c. I. §. 4. seq.

TIT. XVIII.

DE

PURGATIONIBVS

Speciatim.

DE

MODO PURGANDI PER  
ORDALIA.

§. CCXVIII.

**R**eus a crimine, cuius commissi iudicium <sup>Reus olim</sup> legitimis, quae elidere nequit, gratia <sup>se purgabat</sup> tus est, se purgare debet p). Id quod faciebat olim, iubeundo *ordalia*; hodie vero illud facere debet, vel sustinendo *tormenta*, vel praestando *iusiurandum*, prout scilicet *semiplena*, aut *semiplena maior criminis probatio* (Tit. XV. seq.) non elisa (Tit. XVII.) contra eum militat.

§. CCXIX.

*Ordalia* dicebantur iudicia Dei, quia <sup>per ordalia,</sup> existimabant veteres, deum ipsum quasi ferre sententiam q). Hinc eum, cui purgatio non cedebat bene, ac si crimen confessus aut de eo convictus esset, condemnabant. <sup>speciatim</sup>

F f 4

§. CCXX.

p) L. Alam. XLIV. q) L. Burgand. XLIV. LXXXIV. C. C. art. 6. Angl. XV.

## §. CCXX.

per duellum, Inter ordalia omnium maxime notum est *r)* duellum (Lib. I. §. CCCXVIII), quod a Gothis, Vandalis aliisque borealibus gentibus receperunt Longobardi *s)*, Franci, Alamanni *t)*, Saxones; probarunt reges et sacerdotes *u)*; decreuerunt iudices *x)*. Duellantes *\**, ubi stato die pedites gladio et clypeo, equites vero *παισπλία* equestri ornati comparuerant, et wadium dederant, eos de innocentia iuratos ante meridiem iudex mittebat in arenam sanctione poenali munitam *y)*, ut ibi pugnarent, dum alter succumberet. Succumbens accusator habebatur calumniator, accusatus vero criminis confessus et conuictus (§. pr.) *z)*.

\* Etiam *feminae*, ad duellum admittebantur. GERHARD *de iudicio duellico*. Per campionem comparere *infirmi*, *milites*, *monachi*, *canonici*, *clerici* etc. semper, reliqui vero tunc demum, si delictum, cuius redarguebantur, neque capitalis, neque corporalis poena manebat, poterant. EBELING c. I. §. 8. Huic, ubi de iustitia causae principalis sui iurauerat, non nisi tonso duellum suscipere licebat. IDEM c. I. §. 9. seq.

## §. CCXXI.

*r)* EBELING *de prouoc. ad iudic. Dei* c. 3. §. 1. HEINECCIUS *Elem. lur. Germ.* lib III. §. 239.  
*s)* *L. Longob.* l. 9, 23. Et *l. f.* 2.

*t)* c. leg.

*u)* *Capit.* I. A. 707. c.

20.

*x)* EBELING c. I. §. 4.

*y)* *I. P. S.* I, 63.

*z)* *I. P. S.* II, 12.

## §. CCXXI.

Qui per valetudinem ipsi non poterant, et per campionem nolebant, duellum suscipere, liberi igne, rustici vero aqua se purgabant a). Purgatio per ignem vario fiebat modo. Mox ferreas laminas, easque ignitas ferebant, mox igni b), aut chirothecae ferreae candenti immittebant dextram c), mox nudis pedibus super vomeres ignitos d) ibant, mox prunas sinu vel vestimenti lacinia e) excipiebant, mox per ro- gum accensum ibant f), accusati criminis. Ri- tus huius iudicii, quos varii varie persequun- tur g), tacitus iam praetereo. Illud autem quin adducam nequeo, quod maiores nostri nocentem habuerint hoc iudicio laesum, inno- centem vero, qui illaesus abierat b).

F f 5

## §. CCXXII.

a) HINC MARVS RÈM.  
Tom. II. opusc. pag. 543.  
DV FRESNE *Gloss.* v. *fer-*  
*rum candens* To. II. p. m.  
385.

b) *L. Ripuar.* XXX, 1.  
XXXI, 5. *Cap. ad L. Sal.*  
c. 5. *L. Longob.* I, 10, 20.

c) SAKO GRAMM. *hist.*  
*Dan.* lib X.

d) DV FRESNE *Glas-*  
*far.* h. v. To. IV. p. m.  
1366.

e) GREGOR. TV-  
RON. *hisor. Franc.* II, 1.  
SCHOTTEL *de singul. in G.*  
*iurib.* c. 28. §. 21.

f) DELRIO *disquis.*  
*mag.* IV, 4. sect. 4.

g) SVENO ad *L. Scan.*  
VII, 15.

b) GERICKEN ad  
SCHOTTELIVM C. C.  
§. 7.

## §. CCXXII.

aquam fer-  
mentem vel

Iudicium *aquae feruentis* \* seu purgatio per aquam calidam erat, quo de flagitio suspectus nudum brachium in feruentem aquam immittere cogebatur, nocensque habebatur, si illud integrum et illaesum non extraheret i). Solemnia circa hoc iudicium adhiberi solita eadem fere fuerunt, quae Germani circa ferrum candens, et Iudaei circa aquam illam amaram adhibuerunt k).

\* Dicitur etiam iudicium AENEVM L. Sal. LV. §. LXXVI, 2. et CALDARIAE L. Wisig. VI, 1, 3. L. Longob. I, 33, 1. DV FRESNE Gloss. To L. p. 281. seq. quum aqua feruens aheni contineretur.

## §. CCXXIII.

frigidam,

Iudicium *aquae frigidae* consistebat in eo, quod homo vinculis constrictus, aut vestibus imprecationum formula praeparatis indutus l) et in aquam proiectus, si mergeretur, innocens haberetur m). Hoc iudicium in explorandis sagis diutissime mansit n), sed summa cum

i) Longob. I, 19. 29. 35. Capit. IV, 13. L. Frif. III, 6. XIV, 3. I. P. S. I, 39.  
k) EBELING c. l. c. V. §. 4. seq.  
l) HOFFMANN obs.

Jur. Germ. II, 1, p. 162.

m) DV FRESNE h. v. To. I. p. 278.

n) SCHROETER de le-  
uiis c. VIII, §. 8. CRU-  
SIVS de indic. p. H. c. 32.  
nr. 78. seq.

cum iniuria o). Quis modus huius iudicii fuerit, docent SCHROETER p), EBELINGIVS q) aliique.

## §. CCXXIV.

Iudicium *crucis*, quod apud Francos imprimis *crucem*, frequentabatur r), postea vero reprobabatur s), in quo constiterit? disceptant Dd. Nonnulli statuunt, duas tesseras, alteram puram, alteram *cruce*-signatam interuenisse; alii sortes manu cruci imposita iactas, alii duellum armis, quibus forma crucis fuisse, susceptum, alii crucis lignum in ignem coniectum, alii ramusculos *cruce* insignitos altari impositos esse putant t). Ego quidem crederem, maiores innocentem habuisse eum, qui expansis in crucis formam brachiis immobilis steterat, dum presbyter euangelium vel orationem dominicam recitauerat u).

## §. CCXXV.

o) EBELING c. l. c. VI.  
§. 8.

p) c. tr. p. 160.

q) c. l. §. 3.

r) HEINECCIUS  
El. I. G. lib. III. §.  
233. †

s) Capit. I, 102.

t) DV FRESNE *Gloss.*  
Tom. I. p. 1274. GERI-  
CKEN ad SCHOTTEL. C.  
V. §. 3.

u) EBELING c. l. c.  
VII. §. 3. p. 91.

§. CCXXV.

eucharisti-  
am,

( Iudicio *eucharistiae*, quod Sec. IX. adinven-  
tum dicitur *x* ), utebantur soli fere sacerdotes,  
quibus iurare nefas videbatur *y* ).

§. CCXXVI.

coarsned, vel

Olim alicubi usu receptum erat iudicium  
*offae*, vel panis adiurati, quod Angli dixerunt  
*coarsned*. Offam certis verbis et precibus ad-  
iurabant *z* ), credentes, ea suffocatum iri no-  
centem reumque criminis, cuius ante execra-  
tionem esset incusatus *a* ).

§. CCXXVII.

fortes.

Olim quidam germaniae populi, qui in eo  
erant, ut explorarent auctorem commissi cri-  
minis, ducebant *fortes*, vel in iudicio vel ad al-  
tare *b* ).

§. CCXXVIII.

Vfus hodie-  
nus.

Hodie ordalia, quippe quae superstitio-  
nem et abusum nominis diuini redolent,  
praestigias diabolicas promouent, et inno-  
centes saepe declarant nocentes *c* ), vix  
adhibentur.

TIT.

x) GERICKEN C. I.  
c. VI.

y) DV FRESNE *Gloss.*  
To. II. p. 285.

z) GERICKEN C. I.  
c. VII. §. 5. BECH-  
MANNI *de iud. Dei* c.  
V. ECKART To. II.

de reb. Franc. *Oriens.*  
p. 930.

a) IDEM C. I. To. I. p.  
1334. EBELING C. I.  
c. IX.

b) L. *Frisort.* XIV, 1. 2.

c) CAMBRAR. *bor.*  
*succif.* p. I. c. 18. p. 74.

FIT. XIX.

DE TORMENTIS

ET

PURGATIONE QVAE PER EA  
INSTITVITVR.

§. CCXXIX.

**V**bi de corpore delicti liquido constat (§. LXXVI. seq.) *d*), is, qui *semiple-  
na maiorem* criminis commissi probatio-  
nem contra se pugnans (§. CLXXIX.  
CLXXXIII. CLXXXVII.) elidere non  
potuit (§. CCXIV. seq.), sub tormentis  
de veritate rogatur.

MEMBRVM I.

DE

VARIIS TORMENTORVM  
GENERIBVS

§. CCXXX.

**T**ormenta, seu instrumenta, quibus cru-  
ciantur rei, sunt varii generis, quae <sup>Tormento-  
rum alia</sup> doctrinae causa diuidere licebit in ea, quae  
a germanis *nunquam recepta*, ea, quae a  
quibusdam recepta, mox vero *reprobata*  
sunt, et ea, quae adhuc *probantur hodie*.

§.

---

*d*) TABOR de tortura c. 4.



## §. CCXXXI.

sunt peregrina,

Ad *ista* pertinent: (1) feminae a *mammis*, et masculi a *pubendis* suspensio, (2) aquae foetidae vel aceti in *os naresue* infusio *e*), (3) denegatio rerum ad *gustum* pertinentium *f*), (4) taurus aeneus *lento igne* calefscens, (5) monile *cuspidibus ferreis*, iisque *compennibus* munitum, (6) *vigiliae* cum continua corporis quassatione coniunctae *g*), (7) tormentum, quo *plantas pedum* vel lentus ignis excruciat, vel nimio sale delinitas capra lingit *b*), (8) tormentum, quo *mures* sub vitro, cui ignis superimponitur, rodunt *acromphalium etc. i*).

## §. CCXXXII.

alia reprobata,

Ad *illa* pertinet (1) *scamnum* seu *eculeus*, in quo reus manibus pedibusque ligatus modo extendebatur, modo suspendebatur *k*)\*, (2) Pommerische Müze oder Cranz, (3) der Lüneburgische Stuhl *l*), (4) der Hals-Kragen *m*).

\* Ad

e) STRYK *de iure sens.*  
diss. VI. c. 4. nr. 8.

f) Id. c. 1. n. 5. ZACHARIAS *quaest. med. legal.*  
lib. VI. tit. 1. qu. I. nr. 22.

g) BRUNNEMANN  
a. l. c. WILK. m. 5. nr. 46. OLDEKOP *observ.*  
*crim.* IV, 40.

b) DAMHOEDER *pr.*  
*crim.* c. 37. nr. 8.

i) DÖEFLER *Schona*  
*platz der L. und Lebens-*  
*Strafen* p. I. pag. 261.  
seq.

k) GALLONIUS *de*  
*S. Martyrum cruciasibus*  
p. 41. ECCARD *ad L.*  
*Sal* XLIII. I.

l) HEIL *iud. et defens.*  
p. 261.

m) Id. c. 1. p. 262.

\* Ad illustrationem Fig. XII. notes: *A.* significare Fig. XII. reum in scamno extensum, *B.* reum in scamno suspensum, *C.* eculeum, *D.* fascem virgas continentem, *E.* catastram, cui impositus est eculeus.

§. CCXXXIII.

Ad haec denique referri debent (1) instrumentum, quo pollices comprimuntur, alia probata adhuc hodie.  
*der Daumen = Stock* n). Consistit illud Fig. I.  
 ex duabus laminis, quarum inferior plerumque aculeata est; (2) *fidiculae* ex le- Fig. II. a. b.  
 ta equina constructae, die *Leine*, *Schnü-*  
*ren*, (3) *compedes Spanische Stiefeln*, Fig. III. a. b.  
 quibus surae comprimuntur. Hoc instrumentum consistit (a) ex lamina ferrea, quae alibi crenata, alibi plana est, et (b) ex disco ligneo, (4) *scala*, die *Leiter*, Fig. V.  
 in quam reus sursum trahitur; (5) *der ge-* Fig. VI. g.  
*spicte Hase*, quod instrumentum, in media, *scala* existens, tergum rei inforat, ubi reciprocatur; (6) *der Kolben*, quo Fig. V. t.  
 membra rei expanduntur \*; (7) *das* Fig. VIII.  
*Mecklenburgische Instrument*, siue *der* a. b.  
*Spanische Bock*, quo pollices et primi pedum digiti comprimuntur o); (8) *das* Fig. X. XI.  
*Bambergische Instrument*, cui reus insidet pedibus manibusque alligatus, atque nudatus et incuruus flagro caeditur (†). Sex prio-

n) CRELL *de iure maritimum et poenis* §. 75. *leitung zum Peinl. Proc.* p. 189. seq.  
 o) LUDOVICI *Lina*

priora vbiq̄ue fere regionum Germaniae solent adplicari, duo autem posteriora in illis tantum locis, vbi speciali principis consensu sunt probata.

\* Dum reus est expansus, quandoque in illius corpus nudatum iniiciuntur *sulphurata*, quibus ignis admotus est; quandoque *pinei cancoli sub illius unguis missi accenduntur*, vt sic cutis aduratur.

(†) De torturae Bambergensis modo applicandi lege MECKBACH in den Anmerkungen über Kayser Carl's des V. P. Halsger D. p. 429. sqq. De tortura generatim et instrumentorum tortural. applicatione varia vtilia obseruat GRYPEN *de applicatione tormentorum* insbesondere im Schüren Aufang und in vollen Schüren.

### §. CCXXXIV.

Horum gradus numerantur varii,

Tormentorum adplicationis *gradus* alii 9, alii 7, alii 5, alii 3. numerant *p*). Ob quam disputationem hodie Icti ipsa tormenta adplicanda, non vero gradus eorum, nominant, nec omnes vtuntur phrasibus: *gelinder oder menschlicher Weise, ziemlicher massen, mit der Schärfe* &c. *q*) quae omnino dubii significatus sunt.

MEM-

*p*) HBIL *iud. et defens.*  
c. V. §. 7.  
*q*) BARTH *bodeg. for.*

p. m. 949. seq. GRANZ  
*def. inquis.* p. 588. nr.  
541.

MEMBRUM II.  
DE TORTURA.

## §. CCXXXV.

**T**ortura est iudicium, quo, qui graui-Tortura  
rati criminis, cuius accusatur, et vi  
indiciorum, quibus grauatus est, respon-  
dentia tormenta sustinuit, se purgasse \*  
dicitur.

\* Hoc a Romanis didicisse videntur Wisigothi VI,  
1, 2. Ostrogothi *Edict. Theod.* §. 100. et Franci  
L. Sal XLIII, 1, 2. quorum hi et illi non te-  
mere alios quam seruos, isti vero quandoque etiam  
honestiores torquebant. Purgationibus superstitio-  
sis post in exilium missis, nec ingenui a tortura  
sacrum immunes. Id quod artibus et consiliis  
cleri adscribit THOMASIVS ad ff. tit. de quaest. et  
d. de Const. crim. §. 21.

## §. CCXXXVI.

Vnde haec deriuo axiomata:

I. Tortura est medium \* veritatis  
eruendae, idque

II. subsidiarium.

III. iure is tantum torquetur, quem  
probatio semiplena maior prodi-  
reum criminis, quod vel capita-  
lis vel corporis adfectiua poena  
regulariter manet r).

IV. Ea

---

r) HEIL C. L. §. 5.

*Engau lus Crimin.*

G g

IV. Ea; tormenta adplicanda sunt, quae respondent atrocitati criminis et suspicionibus contra reum pugnantis legitimis.

V. Qui legitima tormenta sustinuit, crimen et indicia, quorum intuitu tortus est, purgasse dicitur.

\* *Idoneum* sit, nec ne? inter Dd. non convenit. Qui illud negant, statuunt (1) torturam poenam esse, et (2) varia operari pro vario patientis robore, (3) barbaram esse, non consuetam ad confitendum cogere, et coacte confessum veluti convictum necare etc. Contra, qui affirmativam tenent sententiam, dicunt, (1) usum ab abusu discernendum esse, (2) torturam probari nemese Carolina et omnium fere provinciarum legibus, nec (3) poenam esse, nisi poenam contumaciae dixeris; (4) aliud medium non suppetere etc. GRIBNER d. *de repetit. torment. confesso inficiantse*. §. 1. seq.

### §. CCXXXVII.

ad eruendam  
veritatem

Ex primo (§. pr. i.), intelligere potes (i) tormentis vix saeviendum esse in eos, (a) qui *facta*, de quibus sermo est, *non intelligunt*, aut (b) eorum *memoriam exuerunt*, aut (c) ad rogata *nihil distincti vel perspicui respondere possunt*. Itaque furiosi s), melancholici t), senes gryllo obli-  
uio-

s) BOCCIA de quaest. et tortur. recor. c. IV. n. 9. seq. s) BRUNNEMANN G. I. c. VIII. m. §. n. 53. (

niosiores u) plane non, atque muti et surdi natura tales tunc demum, si adsint interpretes, eorum signa probe intelligentes x), torqueri possunt.

§. CCXXXVIII.

Ex eodem constat (2) cur non sit nocendum iis, quos decet confiteri. Hinc (a) formentis vix possunt subiici, quorum animo vel corpori periculi quid inde imminet, v. c. obesi y), qui firmi non sunt corporis, senes decrepiti z), laborantes morbo comitiali a), feminae praegnantibus b) \* vel fluxu mensium adfectae c) ; (b) cessante periculo damni, cessat immunitas. Itaque v. c. febris quartana laborans potest, cessante paroxysmo, torturae subiici d).

ita, ut nulli-  
us animo vel  
corpori no-  
ceatur,

g g 2 ) ius p. m. 10 Dolo

u) Bayce. Malef. O. p. III. art. 9.  
x) BOCER c. l. n. 13. p. 321. KRESS vom R. der Taub und Stumm gebornen c. 3. §. f.

quod iustum est circa tortur. valtrud. de morbis, ob quos res ad torturam sunt inhabiles.

y) ALBERTI tr. de torturae subiectis apertis et ineptis p. 44. seq.  
z) BLUMBLAGHER ad C. C. art. 45.  
a) CARPAGOV. proc. crim. qu. 118. nr. 46.

b) MULLERI d. de iure praegnant. c. IV. §. 9. ALBERTI c. l. p. 31.  
c) ALBERTI c. l. §. II. p. 47.  
d) GVAZZINI defens. 30. m. 16.

\* Dolo malo in citra eum, a marito an ab alio, longe an nouissime, conceperit, perinde est. *STRVV obs. crim. c. 33. obi. 9. p. 163. BOGZZ c. 1. nr. 26.*

§. CCXXXIX.

Ex eodem (§. CCXXXVI, 1.) denique pronò fuit alueo, (3) eum, qui tormenta determinaturus est, attendere debere de crimine suspecti *aetatem, robur et valetudinem*, vt ne iubeat (a) adplicari chiragrigo, den Daumenstock (§. CCXXXIII. 1.), et podagrigo, den Spanischen Stiefel (§. eod. 3.), (b) expandi in dorso, femoribus etc. sauciatum, aut (c) herniosum grauter torqueri e).

§. CCXL.

in subsidium adhibetur,

Reum, qui (1) per testes aut instrumenta criminis *plene conuictus* (+), vel de eo sufficienter et legitime *confessus* est, vel etiam (2) facile conuindi et ad confessionem adigi potest, torturae vix subiiciendum esse f), nos docet secundum axiomam (§. CCXXXVI, 2.).

(+) Si

e) LVDOVICI c. 1. g. §. 47. AEBERT c. 1. pag. 67.

f) C. C. art. 221, 69.

KRESS ad art. 186. nr. 1. §. III. 702. BERNHARDI d. de tortura ex foris cbr. profer. §. V.

(†) Si iudex legitime convictum ex ardua opi-  
nione, qua confessionem ad condemnandum ne-  
cessariam credit, torturae subiecit, poena miti-  
gatur CARPZOV qu. 125. n. 18.

### §. CCXLI.

Ex tertio (§. CCXXXVI, 3.) discimus, <sup>vbi de corpore</sup>  
(1) non dari locum torturae prius quam <sup>pore atrocis</sup>  
satis constet de *delicti corpore g.* (†); (2) <sup>delicti con-</sup>  
ad torturam vix sufficere *indicia levia*,  
dubia etc., sed requiri *concludentia*, ea-  
que plene probata, nec elisa *h.*); (3) *uni-*  
*cum testem*, etiamsi omni exceptione ma-  
ior tulerit testimonium suum de ipsa cri-  
minis substantia, solum non facere, vt  
reus tormentis subiiciatur *i.*); (4) de fur-  
to legitime, et de homicidio leuiter sus-  
pectum, non nisi de furto torqueri pos-  
se; (5) summa cum iniuria torqueri  
eum, qui de illo crimine suspectus est,  
quod poena pecuniaria, carceris aut nu-  
mellarum manet.

(†) modo de corpore delicti aliunde, quam ex con-  
fessione rei constare possit, et non ipsius rei dolo  
de corpore delicti constare nequeat. Si enim de do-  
lo rei constat, tortura locum habet, etiamsi cor-  
pus delicti quodammodo incertum existat. Sic  
in crimine infanticidii tortura locum habere pot-  
est, si infans dolo infanticidae non existit, sicque  
de occisione non satis constat. *Const. Car. art. 131.*

Gg 3

\* In-

g) C. C. art. 20,  
b) HZIL c. l. p. 200.

i) BERNHARDI c. d.  
§. 6. seq.



\* Injustissima est ratio: hinc er das gethan, so hat er wohl mehr gethan, vel: an einem sol- chen Fuchs bricht man keine Wildbahn. DON- DORFF d. de Revoe. conf. §. 64.

§. CCXLII.

ad sunt indi-  
cia legitima.

Ex quarto (§. CCXXXVI, 4.) sequitur, (1) ut, quod gravius crimen est, ut ratio magis probatio semiplema maior, ad plenam accedit; eo plura et graviora tormenta adhiberi debeant. Unde (2) nec eadem semper tormenta, nec (b) qualia postula- vit fiscalis, applicari queunt; (2) ut duo- rum plurimum criminum reus, huius ergo omnia, illius vero quaedam tantum tormen- ta sustinere debeat \*); (3) ut confessio, quam tormenta iusto graviora extorserunt (†), reo non praeiudicet †).

(†) Imo iudex ob excessum in tortura commissum puniatur. De qua poena v. ILTIG de iudicum cir- ca torturam excedentium emenda.

§. CCXLIII.

Officium iu-  
dicis circa  
praeludia  
torturae.

Vt actus torturae rite susceptus queat dici, iudicis est (1) sententiam de tortu- ra susceptam reo publicare; ita tamen, ut neque diem, quo actus suscipiendus est, neque gradum torturae prodar m); (2) reum a tortura se defensurum audire, eum- que (3) priore sententia confirmata, de- veri-

-\*) REILC. l. §. 13. LV. 24.  
 DUVICI c. l. c. IX §. 37. 1) C. C. art. 20. ibi-  
 Bericht von dem ermor- que KRESS.  
 deten Hof-Rürschner p. m) LUDOVICI c. l. §. 9. seq.

veritate dicenda et vitandis torturae cruciatibus serio *n*), et pro re nata adstante ministro ecclesiae *b*), *montv.* (81) *et*

## §. CCXLIV.

Quo facto, si reus in negando persistat, <sup>ipsam tortu-</sup> iudex (4) una cum scabinis et actuario <sup>ram et</sup> (§. XXXI, 4. XXXII.) adit torturae locum, (5) eoque iubet reum duci, ac (6) torqueri modo, quem sententia, carnisici ad perlegendum danda, exprimit *p*). Speciatim CAVEAT iudex (7) ut tormenta, quorum vi repugnat status rei (§. CCXXXVIII. seq.), iubeat applicari, ut potius descriptionem status naturalis et moralis rei a medicis factam inferat actis, et denuo ICTOS consulat *q*); (8) ut reum sanum statim a prandio vel coena *r*), aut (9) aegrotum tempore, quo vis morborum crescere solet *s*), torturae subiici iubeat; (10) ut reus *furorem, epilepsiam* aliumve morbum simulando auertat *t*), aut (11) corpus magicis artibus firmando *u*) dormiendoue \* illudat

G g 4

tor-

*n*) C. C. art. 46.

*o*) LUDOVICI C. I. §. 16. Diff. WILDOGEE d. de arbit. iud. circa tort. c. 3. §. 2. seq.

*p*) HEIL C. I. C. V. §. 42.

*q*) WILDOGEE d. de arbit. iud. circa tortur. c. 3. §. 6.

*r*) CARPZOV *proc. crimin.* qu. 124. nr. 7. 8.

*s*) BOEHMER C. d. §. 9.

*t*) ALBERTI C. tr. p. 105. 17. FRITSCHELG. Hand. p. II. nr. 7. GLAS-NOFF tr. 3. obs. 21.

*u*) LEYSER *de officio iudicis circa tort.* B. 20.

tormenta; (12) vt diuidat tormenta *x*); nisi hoc lex provincialis permittat iubeatue *y*); (13) vt *caruifex* de reo hauriendam potionem illam, quae dicitur de *Herens* *Tranf* *z*); (14) vt actus torturae, nisi ex iusta causa, ultra *horae* duret spatium *y*); (15) ne, ubi plures sunt torquendi, ab illo fiat primordium, qui veritatem magis scire, aut facilius significare praesumitur. Hinc ubi vicini torquendi sunt, a proximior et maioribus indiciis grauato, si masculus et femina, ab hac *b*), si pater et filius, ab hoc *c*) initium faciendum est; (16) ne oculos semper ad reum, qui sub tormentis est, adiciat; (17) vt reus, dum torquetur, moestissimis quaestibus late loca impleat. Hinc illius ori instrumentum, quod dicitur *Die Birn*, inferri et intrudi iubet.

Fig. VIII.

Fig. VII.

\* Quo casu in scala dormientis caput sursum trahitur.

## §. CCXLV.

examen rei. Porro iudicis est (18) interrogare (†) reum

x) LYNCKER *decif.*265. CONCIOI. *resol.* a.

y) Böhm. P. G. O.

art. 16. §. 10.

z) BRASOLD. *th. pr. v.*

Herens

a) BRÄUER E. I. G.

suppl. p. 12. obs. 175. p.

419. SCHNVRBEN de

tortura th. § 3.

b) CRYSIVS de *tortura*et *indic. delict.* p. I. c. 39.

DE. IO. seq. CASON de

tormentis c. XIII. nr §.

c) BOGER c. l. e. V. n.

6. seq. ZANGER de *quaest.*et *tort.* c. 4. n. 26.

reum de illo tantum crimine \*, de quo sententia loquitur d), et (19) de sociis non nisi generaliter; (20) sistere tormentorum applicationem, ubi reus in eo est, ut confiteatur e), neuiquam (21) ubi appellavit f); (22) actu torturae finito torti corporis curam habere g).

(†) in ipso actu torturae reus tantum generaliter, num confiteri velit, minime vero specialiter super interrogatoriis sententia praescriptis interrogatur. HOMMEL, de reo sub tormentis specialiter non interrogando, nec responsio, quam sub tormentis fecit reus, actis consignari debet. *Constit. Carol. artic. § 8.*

\* Hodie interrogatoria solent sententiae de tortura conceptae inferi. Nihilo tamen minus prudentiae iudicis datum est, noua illis addere.

### §. CCXLVI.

Actuarii est, accurate et fideliter notare b) (1) diem et modum, quo publicata est sententia, (2) contenta admonitionis de veritate dicenda, quam iudex fecit, (3) locum et tempus, quo actus torturae susceptus est, (4) nomina iudicis et scabinorum, qui

Actuarii officium.

G g 5

d) C. C. art. 20.  
e) C. C. art. § 8. KAESTNERI PR. de tortura remittenda, si delinquens confiteri velit.

f) LEYSER de officio

iudicis circa torturam nr. 13. seq.

g) BODINI d. ad 8. C. de quaest. th. § 6.

b) C. C. art. 15. 185. 187.

qui istis interfuerunt, immo (5) ea omnia, quae iudicialiter gesta sunt, speciatim (6) *interrogatoria* iudicis, et (7) quid ad unumquodque, quibusque sub *gestibus* responderit reus. Denique (8) debet *confignata* respondentem verba sub finem: *actus reo praelegere*. Praelecta subscriptione sua corroborant *scabini* (§. XXXII. \*).

## §. CCXLVII.

Quae dignitas a tortura liberet?

Ob dignitatem olim *a* a tortura plane immunes erant, hodie vero ex gravissima causa *i*), et consensu domini territorialis impetrato *k*), torqueri possunt, (1) episcopi, presbyteri reliquique clerici, (2) nobiles *l*), (3) professores, doctores, licentii, studiosi *m*), (4) milites *n*).

\* Ex quo vero purgationes vulgares in desuetudinem abiierunt, etiam ingenii tormentis sunt subiecti, idque praesertim arte et consilio cleri. Tabor *MASIVS ad ff. lit. de quaest. et d. de occas. carcept ac intent. const. crim. §. 21. g.*

MEM-

*i*) Bayer *Males. O. tit. 3. art. 9. ZIEGLER d. de torturis. c. 3. §. 6.*

*k*) CARPZOV *c. l. qu. 118. IV. 95.*

*l*) ZANGER *de quaest.*

*es tort. c. 4. nr. 73. seq. m) BRUNNEMANN pr. inquis. c. VIII. III. V. nr. 21.*

*n*) TABOR *de tortura p. 82.*

MEMBRUM III.  
DE  
TERRITIONE ET TORTURA  
OB CONTUMACIAM.

§. CCXLVIII.

**T**erritio est actus, quo reum, in cuius conspectum tormenta posita sunt, verbis et gestibus seuerioribus, ad torquendum vilitatis terret, vix autem apprehendit <sup>o)</sup> carnifex.

§. CCXLIX.

Ea plerumque diuiditur in *realem* et *ver-* quae in ver-  
*balem* <sup>p)</sup>. Sed frustra <sup>(+)</sup>. Realis enim balem et rea-  
species torturae est. lem diui-  
ditur,

(+) Non frustranea, sed vsu fori probata est, haec diuisio. In eius vero explicatione non vna est lectio-  
rum sententia, dum plures *realem* territionem ita  
definunt, vt illa ad species torturae referri que-  
at. Si vero rem recte desinis, realis territio non  
est torturae species. Realis enim territio est, qua  
carnifex quaedam instrumenta torturalia applicare  
incipit, ita tamen, vt cruciatum non inferat. In  
verballi vero territione carnifex verbis et gestibus  
applicationem tantum tormentorum minatur.

§. CCL.

Illos terret carnifex (1) quos *leuioris con-* quos ma-  
*ditio* neat? et

o) BOEGER c. l. n. 26.  
ZANGER II. 17. seq.

p) HEIL c. l. c. V. nr.  
8. p. 204.

ditionis homines aut de pariurio suspectos semiplena grauat probatio; (2) quos aetas tortura immunes reddit, non vero (3) quos a tortura defendit dignitas vel otterus<sup>g)</sup>.

§. CCLI.

quid circa  
eam notan-  
dum?

Sententia caute publicata, iudex vna cum scabinis et actuario adit torturae locum, eoque iubet reum duci, quem de veritate dicenda serio admonitum (§. CCXLII, 3.), sed in negando persistentem, terret (§. CCXLVIII.) carnifex. Quo eodem tempore illum iudex rogat ad articulos. Omnia quae aguntur, praesertim interrogatoria iudicis, et respondentis rei verba gestusque, prout decet, annotat actuarius (§. CCXLVI, 6. seq.).

§. CCLII.

Tortura contumacis inrespondendo.

Qui tormentis subiicitur ob contumaciam in respondendo, non rogatur: velit confiteri? sed: velit respondere? Haec tortura debet esse moderata, et regulariter primum tantum tormentum solet applicari, nisi atrocitas delicti et grauitas indiciorum suadeant aliud s).

MEM-

g) Perner d. territorie  
p. 13.  
r) C. C. art. 187.

s) LUDOVICI Cml.  
sum. p. Proc. c. V. §. 13.

MEMBRUM IV.

DE

IIS, QUAE TORTURAM ET  
TERRITIONEM SVB  
SEQVVTVR.

§. CCLIII.

**Q**ui legitima tormenta aut legitimam territionem perpeffus est, crimen et indicia, quorum intuitu tortus vel territus est, purgaffe dicitur (§. CCXXXVI, §. t). Tantum itaque abest, vt vlla *poena* adficiendus, aut ex collegio opificum vel mercatorum excludendus fit, vt potius *definitive* absolui debeat \*, et absolutus eos, qui sibi torturam in opprobrium obiiciunt, iniuriarum conuenire possit *n*).

Qui tormenta sustinuit, habetur innocens.

\* Famosi tamen nebulones, quique reip. incendium aliaue mala minari sunt, vbi tormenta sustinuerunt, vel ad carceres vel ad opus publicum condemnantur, vt ne ciuitati damnum, quod minati sunt, aliudue ferant in posterum. *HEIL* c. l. c. V. §. 48.

§. CCLIV.

Confessio, quam reus superatis tormentis fecit criminis, quod a se commissum

nisi crimen fateatur postea.

1) C. C. art. 61.

2) WILLENB. DR. III

d. de innoc. per tort. purgata c. 3. §. 13. seq.



sum esse sub tormentis negavit; prout spontanea est, aut minis, quas reo intendit iudex vel carnifex, extorta, *vel* statim, *vel* subsequuta demum ratificatione, *ad* demnat x).

## §. CCLV.

Confessus dicta vel confirmat,

Reo, qui crimen sub tormentis confessus est, iudex (1) post biduum vel triduum y), (2) extra locum torturae z) et (3) absente carnifice (4) praesentibus scabinis et actuario (5) confessionem per tormenta aut territionem elicitam verbotenus, clare et distincte a) praelegi iubet, illius vel confirmationem \* vel revocationem expectaturus.

\* Hac, quam alias RATIFICATIONEM dicunt, opus est, ut exceptio: *quod metus causa*, cesset. C. C. art. 56. et ad eund. KRESS §. V. HAMM d. de ratificat. confess. in tormentis factae §. 11. Est ea necessaria, si vel maxime confessio tormentis vel eorum metu extorta aliis adminiculis suffulta, aut extrajudicalem confessionem secuta sit. DONDORFF d. de confessione tormentis extorta c. IV. §. 11. Diss. FARINACIUS pr. rerum crim. qu. 126. nr. 36. nr. 78. Contra praetermitti-

x) RIVINUS d. de effectu confessionis superatis tormentis factae §. 23. seq.

y) MOMMEL d. de ratificatione confessionis per

tormenta extortae §. 12. seq.

z) HAMM c. d. §. 23. seq.

a) C. C. art. 26.

mittitur, ubi contumax in respondendo tortus est (§. CCLII.), nec tortura in medium eruendi veritatem degeneravit b. BOEHMERI d. de consumac. non respondentis c. 2.

§. CCLVI.

Reuocationi locus est, quoties (1) tortura nulliter suscepta, vti (a) iudex incompetens, aut (b) competens quidem, sed temere et absque iudiciis legitimis b), tortorem accersuerit, aut (c) ratione temporis, loci vel gradus in tortura excessum commiserit; (2) examen non rite peractum est, vti iudex reum (a) fallacibus et captiosis interrogationibus deceperit, aut (b) dolosis peruationibus, promissione impunitatis vel alio modo illicito ad confitendum adduxerit c).

vel ex iusta causa reuocat.

§. CCLVII.

Tormentis iterum subiiciuntur (1) qui iustam reuocationis causam (§. pr.) laudare d), aut (2) laudatam probare nequeunt, (3) falsa confessi e), (4) qui tempore ratificationis dubie, obscure vel plane non respon-

Qui secus facit, iterum tormentis subiicitur.

b) HAMM c. d. 4.  
c) BRVNNE MANN c. l. c. VIII. m. r. n. 944  
seq. DONDORFF d. de reuocat. confess. per tormenta

extorae §. 44. seq.  
d) DONDORFF d. de confess. tormentis extorta c. 4. §. 12.  
e) Co. C. aff. ff. de iur. iur.

sponderunt *f*); (*r*) quem criminis reum loquuntur indicia, quae post torturam superuenerunt, dummodo sint specie a prioribus diuersa, et per se sufficiant ad torturam *g*).

### §. CCLVIII.

Reo confessionem intuitu huius delicti confirmante, intuitu alterius reuocante, videndum est: quodnam delictum grauius? Sin illud quod commisisse iam negat, iterum \* torquendus est *b*). Sic ex RIVINI *i*) sententia, repetitioni torturae datur locus, quoties circumstantia negata in illis est, quae ad poenam huiusmodi qualitatem exasperandam faciunt.

\* Non tamen *ultra tertiam vicem* torturam repeti posse, ad vnum fere omnes Dd. statuunt. Qui tertiam confessionem reuocauit, extra ordinem puniatur. GRIBNER C. d. §. 15. seq.

### §. CCLIX.

Continuatio  
torturae,

A repetitione torturae differt illius *continuat*io, cui toties datur locus, quoties sen-

*f*) DONDORFF C. d. §. 66. C. C. art. 57.

*g*) GRIBNERI d. de repetit. tormentorum confessio inficiente §. 9. KRBS ad art. 57. §. 5. ZANGER C. l. c. V. nr. 11. seq. 80. seq.

*b*) DONDORFF C. d. §. 64.

*i*) d. An et quatenus mortis reus tormentis demerito subiiciendus sit? §. 16.

sententiae nondum plene satisfactum est k).

§. CCLX.

Quo die et loco, quibus verbis et gestibus, ratificatio confessionis a reo facta sit, accurate annotare debet actuarius. (§. XXXII.) l). Officium actuarii,

TIT. XX.

DE

PURGATIONE PER IUS-  
IVRANDVM.

§. CCLXI.

Quoties (1) *gravitas delicti* deficit m), aut (2) homo, qui honestioris conditionis est, semiplene tantum, aut (3) magis quidem convictus, sed a *tortura* et *territione*, ob dignitatem miseramue corporis debilitatem, *immunis* est n): toties datur locus purgationi per iusiurandum. Purgationem per iusiurandum

§. CCLXII.

k) GRIBNER C. d. §. 8.

m) CARPZOV C. I. qu.

116. nr. 62.

l) DOEPLER *Schausplaz der L. und R. Str.*

p. I. p. 433. *Kayser pr. crim.* p. I. p. m. 69f.

n) HEIL C. I. c. IV. §. 8. seq.

*Engau lus Crimin.*

Hh

## §. CCLXII.

habent leges  
moresque

Haec purgatio moribus et legibus probata o), quouis tempore fuit *solemnis* p). Media aetate (1) adhibebantur *compurgatores* q), eiusdem plerumque cum reo ordinis, status r), sexus s), atque pro re nata, modo plures, modo pauciores t), et (2) iusiurandum super *reliquis sanctorum* praestabatur u).

## §. CCLXIII.

Vnde has deriuo regulas:

I. Purgatio per iusiurandum est medium veritatem eruendi subsidium.

II. Fit solemniter.

## §. CCLXIV.

mediam  
eruendi veri-  
tatem,

Ex prima (§. pr. i.) intelligere potes causam, (1) cur iusiurandum purgatorium,

o) I. P. S. I, 15. 18. II, 4. 69. III, 32. 39 R. I. de A. 1512. tit. von Gotteslästerern.

p) HOFFMANN *spec. coniect. LL. Germ.* p. 138. GERICKEN ad SCHOTTEL. c. IX. §. 3.

q) SIMON de sacramentalibus.

r) *Capit. Aquisgran.* de A. 803.

s) L. Baiuw. VII, 15.

t) I. P. S. I, 15. 18. BALZIVS *Capit. To. I.* p. 117. 122. et alibi EBELING *de prou. ad iud. Dei* c. 2. §. 5. seq.

u) L. *Frisson.* III, 2. EC-CARD ad L. *Sal.* p. 94. EBELING c. 1 §. 17. seq. b BOEHMER I. E. P. V, 34, II.

rium, ante *responſionem ad articulos x*), et (2) sine legitimis *iudiciis y*), dictari nequeat; (3) cur *infames, periuri z*), de *periurio ſuſpecti a*), et alii huius farinae homines ad purgationem noſtram non admittantur; (4) cur, qui illud praestitit, famam et honorem conſeruaſſe *b*), atque ſe iudici de crimine *purgaffe*, dicatur; (5) cur, qui illud praestare detrectauit, in criminibus leuio-ribus *confessus* habeatur, in grauioribus au-tem, *tormentis ſubiiciatur c*).

§. CCLXV.

Ad ſecundam regulam (§. CCLXIII, 2.) <sup>vbi ſolemniter facta eſt.</sup> notes: ſaepe (1) aliquot *candelas* accendi, (2) praeter *imaginem Chriſti cruci adfixi*, (3) *caput emortuum* apponi, (4) mensae *nigro panno* tectae (5) *horologium*, et (6) *gladium euaginatam*, vna cum *chirotheca ferrea*, imponi, atque, (7) dum iſtat tem-pus iurandi, *fenestras ianuamque* aperiri *d*). Quae ſolemnitates pro re nata vel adauge-ri\* vel imminui queunt.

H h 2

\* Ali.

x) SCHILTER *exerc.* XLIX, 75.

y) BEYER ad C. C. art. 28. *poſ. I. ſeq. WERNER p. IX. obſ. 140.*

z) SETSER *de iuram.* III, 11, 23.

a) HORN *de ſemel malo ſemper malo c. 3. §. 32.*

b) BERGER *E. I. C. ſuppl. p. II. obſ. 75.*

c) HEIL *c. I. c. IV. §. 28.*

d) LVDOVICI *d. de ſolemnibus iurament.*

- \* Alicubi *biblia* proponuntur, et reus *flexis genibus* iurat. Quas solemnitates quod iudaeus iuraturus servare debeat, docui in *El. I. G. IV, 98*. Vid. quoque *BRIL. iud. et defens. c. IV. §. 16. seq.*

## §. CCLXVI.

Officium iudicis,

Iudex, publicata sententia, qua dictatur purgatorium, quod reus a se defendere nequit, debet (1) *formulam iurisiurandi*, iurantis religioni attemperatam, et factum, de quo fides facienda iudici, claris verbis referentem, concipere e), (2) dato breui deliberandi spacio, *tempus iurandi* commodum constituere f), (3) in termino *considerare*, et (4) reum, de vitando periurio gravissimo peccato, *monere* \*, eoque facto, (5) *solemnitates*, tam communes omnium iurisiurandi specierum (*El. I. G. IV, 125. seq.*), quam huius proprias (§. pr.) adhibere, et denique (6) iurisiurandi formulam *praelegi*, atque a reo prout decet, clare et distincte repeti, iubere.

- \* Quodsi iuraturi levitas tanta, ut vix sufficere videatur admonitio iudicis, huic socius datur verbi divini minister. *MYLLII d. Admonitio de vitando periurio, quae fit per clericum.*

## §. CCLXVII.

actuarii et

Actuarius notare debet (1) *formulam iurisiurandi*, (2) *tempus iurisiurandi praestiti*,

e) *BRIL. c. l. §. 13.*

f) *Id. c. l. §. 19.*

fiti, immo (3) omnem actum iuratorium. Hinc (4) tenorem *admonitionis* a iudice (§. pr. 4.) et clerico (§. pr. \*) factae, atque (5) *linguam, frontem, constantiam et gestus* alios, quibus iuravit reus, non potest non notare.

§. CCLXVIII.

Defensoris est, (1) *perpendere*: num <sup>defensoris.</sup> iurisiurandi formula rite sit concepta? (2) impedire, quo minus iudex in termino iuratorio eam mutet, aut (3) horrendis execrationibus exornet, aut (4) in admonendo excedat, miserum et consternatum per aliquot horas callidis quaestionibus vexans, aut (5) ita alloquens: *Ich sehe dirs an, du kannst nicht schwören, ich lasse dich nicht schwören g).*

TIT. XXI.

D E.

DEFENSIONE PRO AVERTENDA PURGATIONE.

§. CCLXIX.

**D**efensio pro avertenda purgatione tri- <sup>Defensiones</sup>plex est. <sup>pro averten-</sup>Defendimus enim reum <sup>da purgatio-</sup>vel a *tortura*, vel a *territione*, vel a *iure-* <sup>ne sunt</sup>

Hh 3

*iurā-*

g) ТЮРННИКЪ advoc. prud. c. XI. n. 8. 9.



*iurando purgatorio.* Quae defensiones, omnes et singulae, neruum probationis frangere debent. Hinc eodem fauore gaudent (§. CCXI.), eodemque concipiuntur modo (§. CCXIII. seq.), quem supra delineauimus.

## §. CCLXX.

defensio  
pro auerten-  
da vel

Pro *auertenda tortura* reum defensusus, debet (1) probationem criminis destruere (§. pr.), ita, vt vel nulla, vel saltem non semiplena maior supersit. Quo enim facto, non est, cur tormenta adhibeantur (§. CCXLI.). Praeterea laudare debet (2) defectum *spei* veritatem per tormenta eruendi (§. CCXXXVII.); (3) rei *dignitatem*, a tortura liberantem (§. CCXLVII.) *b*); (4) damnum vel corpori vel animo rei ex tormentorum applicatione imminens (§. CCXXXVIII.) etc. *?*).

## §. CCLXXI.

mitiganda  
tortura,

Qui harum causarum (§. pr.) nullam adducere, et sic torturam plane auertere nequit, de hac mitiganda cogitare potest. Obtinebit autem finem suum, demonstrando (1) gradum torturae longe superare

*b*) HEIL *iud. et defens.* — *i*) THOENNIKER C. I. c. V. §. 52. seq. — c. XII. n. 7, seq.

rare qualitatem criminis et indiciorum (§. CCXLII.), (2) valetudinem rei repugnare vi tormentorum, quae applicari iubeat sententia (§. CCXXXIX.).

§. CCLXXII.

In defensione *pro auertenda territione* <sup>pro auertenda territione,</sup> haec praesertim deducenda erunt: (1) deficere probationem criminis semiplenam; (2) reum esse hominem, quem dignitas (§. CCXLVII.) vel vterus a tortura, et sic etiam a territione, liberet (§. CCL, 3.).

§. CCLXXIII.

*Purgatorium* declinaturus, probationem <sup>pro auertendo purgatorio.</sup> criminis ita destruere debet, vt docere queat, vix vlla superesse indicia legitima (§. CCLXIV, 2.) k).

TIT. XXII.

DE SENTENTIA, EIVSQUE  
CONCEPTIONE.

§. CCLXXIV.

Sententiam laturus debet (1) bonus, et <sup>Sententia criminalis debet</sup> ab omni corruptione alienus esse <sup>et</sup> (§. XXXIII.); (2) facti, quod acta \* <sup>et</sup> <sup>actis et</sup> probata exhibent, qualitatem perpendere

H h 4

re

---

k) IDEM c. l. c. XI. nr. 3. seq.

re 1), et, (3) si quid dubii superesse videtur, ea adornare, quibus illud solui posse putat.

\* Pronuntiando vix attendere potest ad factum, quod sibi aliunde, quam ex actis cognitum.

### §. CCLXXV.

legibus respondere,

Porro disquirere debet, num factum illud, quod ex actis didicit, comprehendatur sub legibus illius praesertim loci, quo peractum est (lib. I. §. LXXXVI.). Vnde formula: darauf solchen Acten gemäß und in Rechten gegründet.

### §. CCLXXVI.

sive interlocutoria sit

Vnde intelligere potes (1) cur *interlocutoriae* tantum sententiae locus sit, quoties (a) ordo procedendi neglectus aut interruptus est; (b) aliquid dubii superest circa delictum commissum, illius qualitatem vel auctorem. Illo casu defectus supplendus et futurus procedendi ordo dirigendus est; hoc vero praescribenda sunt ea omnia, quae ad dubium solvendum et veritatem eruendam facere videntur.

### §. CCLXXVII.

f. definitiva.

Sic quoque intelliges (2) cur causa non nisi plene discussa et satis cognita *decidatur*, queat,

---

1) KRESS *de ration. decid.* c. V. §. 6. 7.

queat, ideoque (3) pronuntians debeat ad omnes causas, quae vel exasperant, vel mitigant poenam ordinariam, attendere, atque (4) nonnisi eum *condemnare*, quem vel legitima probatio *m*), vel qualificata confessio prodit dolosum auctorem delicti, de cuius corpore factis constat ex actis (§. CCLXXIV.\*); (5) cur alius *plene*, alius *ab instantia* tantum fit *absol- uendus*; (6) cur sententia contra acta, aut ius in thesi lata, fit nulla *n*); (7) cur non debeat semper respondere accusatoris petito.

### §. CCLXXVIII.

Sit porro sententia *certa*. Quae enim <sup>a) esse certa.</sup> incerta est, declaratione adhuc indiget, vti ex ea non constet, quousque tendat absolutio, aut quo poenae genere reus adficiendus sit *o*).

### §. CCLXXIX.

Sententiam ipsi iudices concipere que- <sup>Eam ferunt vel ipsi iudices</sup> unt, vbi (a) in *supremis* consistunt *dicastereis*, aut (b) illud tantum quaeritur: *num locus sit incarcerationi et responsioni ad articulos inquisitionales*.

Hh 5

§. CCLXXX.

m) C. C. art. 69.

337.

n) Л Ю Н С К И Я *decis*

o) C. C. art. 192.

## §. CCLXXX.

vel extranei  
ICti,

Contra, neque praefecti, directores iudiciorum ad nobiles spectantium, et magistratus oppidanus, vllam de purgatione p), vel poena criminali q), neque superiores iudices illam, quae defensionem rei sequitur r), ferre queunt sententiam. His enim in casibus acta mittenda sunt ad ICtos s), et quidem, quod praxis vult ferre vniuersalis, ad Scabinatus \* aliaque ICtorum collegia (†), non ad singulares Dd. t) (††).

\* Olim iudex consulebat *scabinos* cuiusque iudicii (§. XXVI.) MEINDERS *de iudic. cent.* c. 4. §. 17. p. 62. et p. 172. et *mallatos*, qui iudicium circumstant. IDEM cit. tr. pag. 53. 84. seq. 132. Ex illo autem tempore, quo ad ignorantiae asylum recurrere coeperunt scabini, factum est, vt scabini in aliis ciuitatibus collegium formantes consulerentur. Inter scabinatus olim celeberrimi erant Magdeburgensis, Halensis KRESS *de ration. decid.* c. 1. §. 10. Dohnensis etc. hodie vero Halensis, Ienenensis, Lipsiensis et Wittebergensis, quo regulariter mittuntur causae criminales, si quae decidendae. THOENNIK, c. 1. c. XIV. nr. 12. *Kayser prax. crim.*

p) KRESS ad C. C. art. 57. §. 3. BERGER *El. Iur. Cr. suppl.* p. II, obl. 27. §. 8.  
q) C. C. a. 91. 146. 148. 178. OLDEKOP *obs. crim.* I, 7. s) C. C. art. 219. §. 3.  
r) CARPZOV *pr. crim.* qu. 116. nr. 22. WERNHER *enunc.* 85.

*crim.* p. m. 584. seq. Disputationem propterea inter Scabinatum et Facultatem Iuridicam Lipsiensem habitam, atque illius fata, enarrat WABST Nachricht von des Churf. Sachsen icaziger Verfassung der hohen und niedern Justiz sect. 2 c. 15. §. 3. seq.

(†) In casibus dubiis transmissio actorum necessitatis est. Inde, si iudicium patrimoniale criminale assessoribus satis peritis est instructum, quibus causa non videtur dubia, actorum transmissio necessaria haud est. PUFENDORFF T. II. obs. 69.

(††) ad collegia iuridica, minime vero ad singulares doctores ad ferendam sententiam acta esse transmittenda, iudicavit camera imperialis apud de CRAMER Weylarische Neben: Stunden P. XXII. p. 97. seq.

## §. CCLXXXI.

Scabinatus, Facultates et quaevis collegia, quibus facultas de iure respondendi data est, suo sigillo \*, et sua cera utuntur, gaudent *communi arca*, et, quae necessaria habent, condunt *statuta*.

\* Sigillum *Halensum* scabinorum olim exhibebat in cera flava effigiem saluatoris nostri ad extremum iudicium venientis, hodie vero in cera rubra sceptrum Brandenburgicum. OCKEL *de palat. reg. th.* 149. *Lipsienses* olim utebantur quinque turribus flavae cerae impressis, post Augusti vero Elect. tempora effigiem Themidos, dextra gladium sinistra libram tenentis, impresserunt cerae miniatæ. BRUMMER *de Scabinis* c. IX. §. 8.

§.

## §. CCLXXXII.

ii praesertim,  
quos consuli  
iubent leges  
moresue.

Ea praesertim collegia, quae (1) adhuc consuluit, die Oberhöse *u*), aut (2) consuli iubent vel leges vel mores provinciales (§. CCLXXX.\*), \* et (3) quae a partium studio videntur esse aliena (§. CCLXXIV.), consulat iudex criminalis. Itaque (a) acta ad eos Ictos, qui vel fiscali, vel reo a consiliis fuerunt *x*), eosue, qui eandem criminalem sententiam tulerunt, a qua reus se defendere est annisus etc. vix iure transmittuntur *y*); (b) contra aliquot Ictorum collegia excipiendi reo danda est *z*).

\* In praefecturis El. Bauariae, AEp. Salisburgensis et Ep. Herbipolensis hoc usu receptum est, ut ad immediate superiorem toties referre debeat iudex, quoties aliquid notatu dignum in iudicio criminali peregit. *Bay. M. O. tit. 3. §. 5. BLUMBLACHER ada. 7. BECK de censura c. 7. obs. 4.*

## §. CCLXXXIII.

Hi, vbi acta  
integra

*Acta integra* vna cum registraturis et defensione rei transmittenda sunt. Nudi *extractus* actorum inquisitionalium attendi nequeunt.

## §. CCLXXXIV.

cum literis

*Litterae informatoriae*, quas concipit iudex

*u*) C. C. C. art. 219. §. 1.

*x*) BRUNNEMANN *proc. inquisit.* c. VIII. m. 4. n. 10.

*y*) GRANZ *defens. in-*

*quisit.* p. I. p. 578.

*z*) BRUNNEMANN *Anleit. zur vorf. Anstell. des Inquis. Pr. c. IX. §. 1.*

dex acta ad extraneos ICTos transmissurus, nihil noui contineant. Sunt tamen, qui, in illis naturalem rei statum quin describant, nulli dubitant, ast, me iudice, fatius est, hoc ipsum fieri in registratura actis inserta a).

informato-  
ris recepe-  
runt,

### §. CCLXXXV.

Scabini \* vel ICTi vbi (1) suo loco et tempore, conuenerunt, (2) eorum quilibet ex actis, quae ad perlustrandum accepit, alibi ore, alibi scriptis ita refert, vt (3) significato ordine, quem iudex procedendo seruauit, sistat facti speciem, et illud praesertim notet caput, quod sententia iam dirimendum est. De hoc (4) quid ex actis constet, quidque sibi videatur, postquam collegis suis satis explicuit, (5) secundum maiora \*\* vota (6) totius collegii nomine concipit sententiam (7) breuem, actis (§. CCLXXIV.) legibus (§. CCLXXV.) et stylo \*\*\* collegii conformem, atque suffultam rationibus \*\*\*\* suis. Hanc, (8) reuisione praeuia, (9) in formam epistolae describit, (10) descriptae tam menses, quibus acta collegio tradita et ab eo remissa sunt; quam (11) honorarii pro concepta sententia soluendi quantitatem adscribit, ac denique (12) sententiam et acta sigillo collegii munit actuario.

concupere  
debet legi-  
time, ac

\* Horum

a) BOEHMER *Elem. Iur. Crim.* sect. 1. §. 280.



\* Horum numerus pro varietate collegiorum variat. In Magdeburgensi collegio fuerunt olim XI. scabini et scultetus moderator. Hoc ad exemplum Christi et discipulorum factum esse fabulatur gl. *Weicbb.* art. 16. nr. 3.

\*\* Iam olim scabini non poterant, nisi cum reliquis, sententiam ferre *Weicbb.* artic. 100. et, si inter eos dissensus esset, cautum erat, ut maior pars concluderet. *BRUMMER de scabinis c. VIII. §. 7. OCKEL de palat. reg. th. 84.*

\*\*\* Hic admodum variat, et alibi perpetuus, alibi temporarius est. Scabini et Icti *Saxonioi* sub initium sententiae partes processus repetunt. *Helmstadienses* hanc repetitionem negligunt, in causa inquisitionis per modum responsi sententiam ferentes. Solemnia verba, quibus unumquodque collegium solet uti, ut ab alio distinguatur, iam adducere non iuvat. Quasdam formulas dabo in appendice. Illud tamen quin adducam nequeo, quod (a) leuiores delicta, quae relegationis aut minore poena adiciuntur, dicantur *Begünstigen*; (b) ea, quae vindicat poena corporis afflictiva, mox specificè exprimantur, mox *Verbrechen* audiant, (c) capitalis delicti specificum nomen semper addatur, et (d) si de aliqua causa mitigandi in legibus vix nominata constet ex actis, soleat addi: *es wolte dann die hohe Landes-Herrschaft in Ansehung ic.*

\*\*\*\* Sententiis reum ad torturam vel poenam criminalem condemnantibus inferi solent rationes decidendi ex iure et facto desumptae *R. I. 1654. §. 61.* Quod fieri saepe praestat, ut scilicet (a) defensionis media reo non adimantur, nec (b) antea praebetur disputandi de vero significato verborum sententiae v. c. quid sibi velint verba: *zu verweisen, menschlich zu torquieren.* *KRESS d. de ration decid. in variis iuribus et resp. c. V. §. 10. seq.*

§. CCLXXXVI.

Sententiam concepturus caueat, (1) vt fidei habeat literis informatiis (§. CCLXXIV. \*) b), aut (2) per alios acta legat; (3) vt verbis utatur dubiis; (4) vt pronuntiet alternatiue, aut (5) vbi alternatiue sententiae locus est, confundat vsum verborum adhiberi solitorum; oder et ex fonte und wolte denn ic.

§. CCLXXXVII.

Iudex caute agens (1) neque reo, neque illius defensori significat Ictorum collegium, ad quod acta transmissurus est, et, (2) vbi hoc cognouit reus, alii iubet acta tradi (§. CCLXXXII, 2.) c); (3) dum, post responsionem rei ad articulos, conquisiuit indicia, audiuit testes, et alia suscepit, quae ad reum conuincendum faciunt, prius non transmittit acta, quam defensionem conscripsit, vel etiam ad fiscalis monita respondit reus d); (4) toties, quoties dubitat, num hoc vel illud sit agendum? Ictos consulit e).

§. CCLXXXVIII.

Defensor cautus, qui (1) acta integra f) defensoris. ac

b) GRANZ II. c. 5. m. 2. sect. 3. a. 4. n. 497.

d) Kayser pr. crim. c. VII. §. 1. p. III. 370.

c) Diss. THOENNIKER c. I. c. XIV. nr. 18. seq.

e) C. C. art. 219. §. I. f) OLDEKOP. obs. crimin. I, 8.

ac (2) literas informatorias, quas inspicere alicubi licet ei g), generaliter conceptas cognouit, curat, vt (3) ea, si reus innocens est, aut sumtus ferre tenetur, *sine mora* (4) ad ICtos in loco non adeo remoto commorantes transmittantur. Illa cautio, qua actis inuolutis et iudicii sigillo munitis defensor sigillum addit suum, paucis in locis adhiberi potest b), atque adhibita frustranea est i),

## TIT. XXIII.

DE

## SENTENTIAE PVBLCATIONE,

ET

## PVBLICATAE EFFECTIBVS.

## §. CCLXXXIX.

Intimatur  
sententia cri-  
minalis

Statim, atque acta a ICtis extraneis remissa sunt, iudex sententiam eamque integram \* vel *publicat* \*\*, vel *intimat*. Inter publicationem et intimationem vero hae intercedunt differentiae: (1) quod illa solemniter in iudicio \*\*\*, haec citra solemnitates extra iudicium, (2) illa a iudice, haec ab iis, quos delegauit \*\*\*\* iudex, fieri soleat.

\* Ratio.

g) *Ord. Crim. Boruff. c. 7. n. 3.*  
 8. §. 11. *Hannover Crim. Instr. c. X. §. 1.*  
 b) *Diss. OLDEKOP de*

*appellat. in caus. crim. qu.*  
 7. nr. 3.  
 i) *THORNIKER C. L. c. XIV.*

\* Rationes tamen sententiae, ante responsionem ad articulos latae, additas publicare sat non est. **НОММЪЛ** de causa publicatione sententiae criminalis §. 12. Sic quoque integras publicare vix licet sententias, quibus vel tortura vel territio iniungitur (§. CCXLIII, 1.), itidem eas, quibus, quid iureiurando vel praestito vel non praestito fieri debeat, determinatur. **1D. c. d. §. 7. seq.**

\*\* Publicatio tamen differtur, quoties (1) ad mortem condemnata grauida est, **НОММЪЛ** c. d. §. 17. (2) sententia actis et probatis contrariatur, aut, (3) quod mores quarundam prouinciarum volunt, a principe nondum confirmata est: **Записокъ. Cr. Instr. c. XII. §. 6. Ord. Crim. Борусс. c. X. §. 8.** itidem (4) post transmissionem actorum noui quid contigit, quod eam mutandam suadet. Ex nulla alia causa iudex sententiae publicationem differre, multo minus ipsam sententiam ab actis remouere aut suppressere et aliam quaerere potest, quia hoc scopo transmissionis actorum contrariatur. **C. C. art. 150. et f.** Quodsi tamen illud fecerit, et mitiorem sententiam remouerit, haec valet, atque iudex tam *reip.* quam *reo* satisfacere debet. *Illi*, dum multam soluit, aut se iurisdictione priuari vel ab officio remoueri patitur; *huic*, dum damnum datum resarcit, et, si quid in contumeliam fecerit, hoc deprecatur. **ТРОМАСИИ** d. de iudice sententiam in causis criminalibus latam ab actis remouense.

\*\*\* Vt reus citetur ad recognoscendum sigillum collegii Ictorum, mores non vbique requirunt, quicquid dicat **ТРОЕННИКЪ** c. l. c. XV. nr 4.

\*\*\* Modo clericum, modo actuarium, modo bidellum, modo carnificem delegari tradit **SIMON** de iurimat. sent. cap. c. 2. th. 6.

§. CCXC.

Engau lus Crimin.

Ii

## §. CCXC.

ut reus se parare queat ad poenam

Fit autem sententiae criminalis intimatio eum in finem, ut reus se parare possit ad poenam vel declinandam vel subeundam. Hinc genus poenae praesertim capitalis \* ei significandum est k).

\* Saepe tamen, ubi princeps veniam dare iam decrevit, mors subeunda generatim indicitur.

## §. CCXCI.

vel declinandam defensione, aut

Ad poenam autem declinandam se parat (I) meditans defensionem, qua (a) ulterius deducit ea, quae supra (§. CCXIII. seq.) stitimus, (b) statuit adesse causas, quae mitigent poenam criminis a se commissi. Quae vero illae sint, iam adducere non iuvat, quum supra dictum sit de causis mitigantibus poenam abigeatus (lib. I. §. CXXIV.), abortus procurati (lib. I. §. CCCXCVII.), adulterii (lib. I. §. CC seq.), assassinii (ib. §. CCCLXXV.), bigamiae (ib. CCXV.), blasphemiae (ib. §. CCXCIX.), dardanariatus (ib. §. DXXXIX), desertionis (ib. §. DLXII.), expositionis infantum (ib. §. CCCXCII), falsae monetae (ib. §. DXXXI), libelli famosi (ib. §. CCCVII.), furti (ib. §. CXVIII. seq.), furti ferarum (ib. §. CLIX.), homicidii (ib. §. CCCXLIX.), in-

k) C. C. art. 94 §. 2. execut. capital. G. I. RIMON d. de intimat. th. 7.

incendii (ib. §. CCCCXXX.), incestus (ib. §. CCLX.), iniuriarum (ib. §. CCXCI.), latrocinii (ib. §. CCCLXIV.), lenocinii (ibid. §. CCLXIX.), magiae (ibid. §. CCCCXXXVIII.), laesae maiestatis (ibid. §. CCCCLXXXII.), fractae pacis publicae (ib. §. DVI.), parricidii (ib. §. CCCLXXXV.), perduellionis (ib. §. CCCCXC.), periurii (ib. §. CCCCLVI.), plagii (ib. §. CLIII.), rapinae (ib. §. CXLVII.), raptus (ibid. §. CCXLI.), sacrilegii (ib. §. CXXXIV.), sodomiae (ib. §. CCL.), stupri (ib. §. CLXXV.), stupri violenti (ib. §. CCXXIX.), veneficii (ib. §. CCCCX.) etc.

## §. CCXCII.

Quem legitima defensionis momenta <sup>supplici vo-</sup> destituunt, ille potest (2) principem <sup>sup-</sup>plici voce rogare 1) \*, velit, quod potest (lib. I. §. LXXX.), veniam dare et poenam commertam remittere, vel saltem mitigare et in aliam commutare.

\* Vnde persuasoria defumi queant, tradit *HEIL iud. et defens. c. VI. §. 73.*

## §. CCXCIII.

Vt eo facilius sit ad mortem <sup>vel subeun-</sup>subeundam praeparatio, (1) tenor sententiae in- <sup>dam.</sup>  
li 2 tima-

1) ТЮБЕННИКЪ С. I. С. XV, нр. 2.

timatur reo adhuc ieiunò, (2) ad minimum tertio *m*) vel quarto *n*) die ante terminum executioni statutum \*. Quo factò (3) cum reo, quem ex carcere in locum quendam honestiorem *o*) duci iussit iudex, (4) de rebus sacris prudenter *p*) colloquuntur viri religiosi, a iudice missi. Mittendi autem illi sunt, qui (a) eandem religionem profitentur, quam ad mortem condemnatus *q*) \*\*, quique (b) possunt voluntque huius animum lege percellere, perculsum euangelio erigere, erectumque debite præparare \*\*\* ad eucharistiam sumendam, ac mortem subeundam. Qui finis vt obtineatur, preces funduntur publicae *r*).

\* Maiores nostri ad mortem damnatis nullas fere dabant inducias, sed eos haud raro eodem die, quo deliquerant, accusatique fuerant, gladio percutiebant, vel laqueo suffocabant. I P. S. I, ff. 57. MULLER *annal. Sax. ad A. 1470.*

\*\* Quibus in territorio deficientibus, extranei, raro tamen aliter, ac traditis reuerfalibus, et politicis vestibus induti admittuntur

Peccant, qui aliud agunt, praesertim qui condemnatum instigant ad confessionem suam reuocan-

*m*) C. C. art. 79. §. 1. SIMON c. d. IV. th 2.

*n*) *Ord. Proc. Gosb. p. III c. 9.*

*o*) *Bayser prax. crim. c. X n. 11. p. m. 756.*

*p*) WILLENBERG *de officio ministri eccl. erga*

*condemnatum ad mortem §. 2. seq.*

*q*) *Id. d. de impoente ad mortem condemnato delinquente §. 10. seq.*

*r*) *Idem d. de officio ministri eccl. erga cond. ad mort. c. 2. §. 18.*

uocandam. C. C. art. 31. §. 7. art. 103. WILLENBERG d. de officio ministri eccl. etc. c. 3. §. 2. seq.

## §. CCXCIV.

Triduum illud ad hoc quoque datur, ut reus possit, si velit, (1) de rebus suis disponere s)\*, (2) cum amicis et cognatis vltimum sermonem instituire, (3) corpus \*\* quodammodo reficere t).

\* Id quod tamen perduelli negandum est (lib. I. §. CCCCLXXXV. dl. \*\*). GRANZ *defens. inquisit.* c. 5. m. 2. sect. 3. art. 13. nr. 768.

\*\* Ritū dignus est mos ille, quo alicubi ad mortem condemnatus per triduum comedit socio carnifice, quo, ut dicitur, huic adhaeseret.

## §. CCXCV.

Sententia *absolutoria* statim vires rei <sup>Effectus sententiae absolutoriae et</sup> iudicatae nanciscitur. Quae reum soluit mox *simpliciter*, mox propterea, quod *deficiant indicia*. Illo casu absolutus ex iisdem indiciis ad nouam inquisitionem trahi u), aut ab alio magistratu puniri nequit x), nisi per collusionem facta sit absolutio y); hoc vero indicia, quae emergunt noua, cum primis coniungi possunt

l i 3

sunt

s) C. C. art. 79. SEITZ d. de privilegiis ad supplicia damnatorum §. IX.

quis. c. 6. m. 2. sect. 2. art. 12.

z) IDEM c. d. §. 14. CLASENAD C. C. art. 79.

x) TABOR *racemas. crimin.* c. I. nr. 73.

u) GRANZ *defens. in-*

y) BRVNNEMANN c. l. c. 6. m. 2. seq.



sunt 2). En causam, cur acta non cas-  
sanda, sed custodienda sint a).

## §. CCXCVI.

condemna-  
toriae.

Sententia *condemnatoria*, reo capitalem poenam irrogans, tertio demum vel quarto die post intimationem datur executioni (§. CCXCIII. seq.); eam vero, quae reum poenam corporalem, aut hac leuiorem sustinere iubet, iudex exequitur statim atque dicta et recitata est b), nisi reus defensionis, provocacionis aut supplicacionis beneficio velit uti.

## TIT. XXIV.

## DE VRPHEDA.

## §. CCXCVII.

Vrphedam

In quos, quid egerint, iudex specialiter inquisit, ii, licet per sententiam absoluti fuerint, tamen prius non dimittuntur, quam iurarunt de ultione non meditanda. Quod iusiurandum dicitur ein *Urschden* \*. Hoc nomen et illi iuriurando tribuitur, quod de ultione \*\* non meditanda et vitando territorio praestare coguntur \*\*\*, quotquot vel suffigacione vel relegacione puniuntur.

\* Huius

2) KRESS ad C. C. art. 99. §. 1.

a) a. C. C. art. 202.

b) SCHILTER *exerc.* XL, §. 27. GARZOV, *proc. crim.* qu. 102. nr. 9. seq.

\* Huius iurisiurandi natales sistunt **KRESS** ad C. C. art. 108. §. 1. n. 2. **SCHILTER glossar. v. Fe- hed.**

\*\* Priuata intelligitur. Publica enim et iudicialis omnino licita est C. C. art. 20. §. 3. Ille tamen, qui iurauit, se neque absolutionem a iureiurando petiturum, neque impetrata vsurum esse, ad effectum agendi relaxationem a iureiurando impetrare tenetur. **BESOLD thes. pract. v. Vrphed. BERGERI d. de Vrpheda c. VI. th. I. §. 2-**

\*\*\* Qui hoc iusiurandum praestare detrectarunt, statim atque in eorum animam iurauit vel iudicialis nuntius vel carnifex, **MYLIUS** ad **BEYERVM** p. 339. pos. 9. vehiculo carnificis impositi e prouinciae finibus eiiciuntur, atque relegatio per publicum proclama significatur populo; **BERGER c. d. c. VI. th. 3. §. 3.**

### §. CCXCVIII.

Qua formula \*, quo ritu, et a quo vr-solemniter  
pheda sit praestita, itidem, quid post hanc praestitam  
contigerit? si quaeris: perlege annotatio-  
nem, quam actuarius c) ad acta fecit.

\* Formulas vrphedarum in Camera Imperiali, Principatu Anhaltino, Bremensi, Lipsiensi aliisque ciuitatibus vsitatas tradunt **BERGER c. d. c. V. §. 10. seq., ZEPFER. discurs. iurid. tit. IV. nr. 33. seq.**

li 4

§.

c) **Kayser pract. crimin. LIVS ad BEYERVM p. c. X. §. 4. m. 735. MY- 175. pos. 10.**

## §. CCXCIX.

violantis  
poena de  
communis et

*Violatio vrpbedae* \*, concurrens cum delicto capitali, ab hoc absorbetur (lib. I. §. LXXIX.) *d*). Quodsi vero concurrat cum delicto, quod vel corporalis vel pecuniaria poena manet, abscissione digitorum, quibus vrpbeda praestita est, vindicatur *e*).

\* *Nemesis Carolina* loquitur de violatione iurisiurandi, quod quis de vltione non aeditanda praestitit; *praxis* vero illud traxit ad iurisiurandum de vitando territorio praestitum.

## §. CCC.

prouinciali.

Relegatus in *Saxonia fl.* prout prima aut secunda aut tertia vice reuersus est, vel digitorum abscissione \* *f*), vel fustigatione, vel gladio punitur *g*). Idem apud *Bauaros* obtinet vsu, si fides habenda *BLVMBLACHERO h*). In *Austria i*) et *Franconia k*) relegatus, vbi redit, fustigatur. In terris *Brunsvico - Lunenburgicis* violator iurisiurandi de non redeundo,

*d*) C. C. art. 108. §. 1.

*e*) *ibid.* §. 2.

*f*) 10. FLOR. RIVINI pr. de poena fractae vrpbedae in eos, qui reuertuntur, ex praescripto legum Saxonicarum omnino statuenda.

*g*) p. IV. *Const. Elect 48.*

*h*) ad c. art. nr. 2.

*i*) FROELICH *comment. det P. S. G. O.* p. II. p. 80.

*k*) KIRCHGESNER *tribun. nemef. iuste iudic.* p. 240.

do, prouti ad tempus, aut in perpetuum fuit relegatus, vel ad plures annos relegatur, vel fustigatur l). Ex residentiis *Brandenburgicis* relegati, violatae vrphedae rei, olim capitaliter puniebantur m), hodie vero fustibus caeduntur n),

\* Errant, qui reum fustigatum, vbi violat iusiurandum de vitando territorio praestitum, simpliciter capite plecendum censent. V. CARPZOV *pr. crim.* qu. 47. nr. 25.

### §. CCCI.

Quae poena cessat, quando (a) remissa <sup>Causae miti-</sup> est vrpheda o), vel (b) fames, pestis aut <sup>gantes.</sup> vis hostilis in causa est, cur relegatus ad patrios lares redierit p); *mitigatur* vero, quoties (1) relegatio propria iudicis inferioris auctoritate decreta q), aut (2) vrpheda vel non solemniter, vel non legitima r) praestita est; (3) quoties, qua admonitione de vitando periurio praeuia, (4) quoque modo, praestita sit vrpheda, non loquitur protocollum s); (5) in relegato

li 5

l) CLASEN ad c. art.  
 m) Ed. d. 9. Mart. 1711.  
 ap. MYLIVM p. II. sect.  
 III. nr. 26. p. 41.  
 n) Ed. d. 26. Mart.  
 1715. ap. Eund. c. l. p.  
 59.  
 o) BERGER c. d. c. VI.  
 th. 3. §. 2.

p) BERLICH p. V. concl.  
 72.  
 q) KRESS ad c. art. §.  
 I. nr. 2.  
 r) BERGER *Elect. Iuris-*  
*pr. Crim.* p. I. obi. 10. q.  
 426.  
 s) MYLIVS ad BEY-  
 ERVM p. 175.

gato, qui ex territorio nunquam exiit, aut  
(6) ignorans fines territorii reuerfus est.

## TIT. XXV.

DE

EXECVTIONE SENTENTIAE  
CAPITALIS ILLIVSQUE  
SOLEMNIBVS.

## §. CCCII.

Judex, vbi  
signa execu-  
tione

Postea quam sententia capitalis rite con-  
cepta (Tit. XXII.) \*, reo decenter in-  
timata est (§. CCLXXXIX. seq.), iudex  
criminalis patibulum vel aliud signum, quo  
exequutor sententiae indiget, iubet suis  
ipfius sumtibus †) nouum erigi vel col-  
lapsum refici.

\* Alicubi sententia capitalis ante omnia confirma-  
ri debet vel a principe, *MASCOV notis. iur. et  
iudic. Brunfu. p. 77.* vel a cancellaria: *ARPI fer.  
aestiu. p. 253.*

## §. CCCIII.

solemniter

Vtrumque hoc modo solet fieri: (1)  
Conuocantur murarii et fabri lignarii \*,  
quotquot in isto banno commorantur \*\*,  
qui, vbi (2) dominus iurisdictionis pri-  
mum

†) *C. C. C. art. 215. §. 4. CARPZOV C. I. qu. 109.  
n. 68.*

mum lapidem posuit, den ersten Stein ge-  
legt und mit 3. Hieben ins Holz den An-  
fang gemacht, (3) vel omnes u), vel per  
fortem electi x), (4) patibulum erigunt \*\*\*  
aut reficiunt. Quandoque carnifici loca-  
tur y) furcae et aliorum signorum executi-  
vorum exstructio.

\* Olim textores quoque, molitores, carpentarii et  
fabri ferrarii convocabantur. KRASS ad C. C. art.  
215. NOT. 2. ERTL de iurisd. infer. lib. 2. c. 1.  
obl. 6.

\*\* Ne vnus alteri quicquam obiicere possit. Ob-  
trectator istorum opificum, a quibus furca ex-  
structa est, si marcam auri puri, qua punien-  
dus est, C. C. art. 215. §. 5. solvere nequeat,  
carceri includitur, donec satis fecerit, C. C. art.  
216.

\*\*\* Numerus columnarum patibuli arbitrarius est,  
excepta Gallia, vbi ille pro diuersitate dynastia-  
rum variat. TENZEL d. de eo, quod iustum est cir-  
ca penas farcarum. th. §. not. 1.

§. CCCIV.

Signa executionis in loco publico ex-  
struuntur, et quidem plerumque ad fines <sup>in loco ex-</sup>  
banni, ita tamen, vt hi nullo attingantur <sup>struxit pu-</sup>  
modo. Hodie XXIV. vnas z) \* a confi- <sup>blico, aut</sup>  
nio distare debent.

\* Id,

z) C. C. art. 215. §. 1. ERVM c. a. pos. 12.  
y) Ibid. §. 4. z) Ord. Crim. Austr. art.  
y) MYLERS ad BEY- 78.

Id, quod de umbra loquitur I. P. S. II, 90. et tradunt Dd., refert, atque ridet BEIER tr. de expensis crimin. nr. 783,

## §. CCCV.

in subsidium  
iuris requisi-  
uit alium,

Saepe iudices, qui vel penuria tempo-  
ris, vel alia de causa impediuntur, quo-  
minus furcam iubeant erigi, requirunt  
iudicem alium, ut in subsidium iuris exe-  
cutionis curam suscipiat a),

## §. CCCVI.

terminum  
executionis

Executio non debet fieri die dominico  
vel alio feriato. Antiquitus facta est die  
Martis (§. XXXIV.) b). Reum illo etiam  
die, quo sacra caena usus est, morti tradi  
posse, vix dubius statuo.

## §. CCCVII.

sine mora  
statuit.

Fiat ea sine mora c), nisi hanc condem-  
nati conditio, iura tertio quaesita aut pru-  
dentiae dictamina iubeant. Qua de re quo-  
ties (1) testes, quorum fide reus condem-  
natus est, apparent falsi d), (2) reus eui-  
dam rationes reddere adhuc tenetur,  
(3) de-

a) BEIER de expens. excu-  
tus. crimin. n. 766. seq.  
STRYK V. m. tit. de iurisd.

§. 2.  
b) Elem. nostra lxx.

Germ. lib. IV. §. 30.

c) C. G. tit. 77.

d) BRUNNEMANN pr.  
inquis. c. X, nr. 4. OLDE-  
XOR. obs. crim. V. 22.

(3) destitutus est cognitione Dei vel ad mortem praeparatione e), (4) confessionem reuocat f), aut (5) de nouo se defendit g); itidem, quoties (6) grauius crimen a condemnato commissum detegitur; (7) complices indagandi et per confrontationem cum eo instituendam conuincendi sunt h); (8) deficit carnifex i), (9) condemnata praegnans est k) etc. toties executio sententiae capitalis iure optimo differtur. Sic quoque (10) ob condemnati ad mortem prouocationem ad tribunal Christi, iudex animo nunc huc nunc illic fluctuans, acta reuidere debet l).

§. CCCVIII.

Iudicium criminale summum, das hoch- <sup>Vbi iudicium crimina-</sup>  
 nothpeinliche Hals- <sup>le summum</sup> Gericht, solemniter <sup>constitu-</sup>  
 constituitur. Nimirum (1) assessores et <sup>tum, et</sup>  
 scabi-

e) WILLENBERG d. de impenit. ad mortem condemnato. Id. d. de tempore ad poenitendum dando condemnato ad mortem.

f) C. C. art. 91. §. 1. GRANZ defens. inquis. c. 5. m 2. sect 3. art 9.

g) LYDOVICI pr. crim. c. XI.

b) THEODORICI col. leg. criminu c. X. aph. §. nr. 67. seq.

i) GRANZ c. l. art. 15.

k) THEODORICI c. l. n. 64. seq.

l) GRANZ c. l. art. 16. CORTREII d. de extrema prouocatione ad tribun. Iesu Christi c. 5.



scabini \* per apparitorem \*\*, (2) in loco consueto \*\*\* , qui alibi sub dio, alibi sub tectis, alibi ad statuas Rolandinas est, et armatis hominibus solet circumdari, (3) prout decet atque moris est \*\*\*\*, adesse ac (4) confidere iubentur.

\* Septem vel octo requirit nemesis Carolina art. 84, §. 2. ast mores hodierni alibi s. alibi 3. sunt contenti. V. C. HERTEL d. de constitutione siue forma iudiciorum criminalium solemnium §. 25.

\*\* Populus etiam, alibi per sonitum vel campanae der *Malesig, Glocke*, C. C. art. 82. vel tubae *HEIL Iud. et defens. c. VI. §. 65.* alibi per pannum rubrum e curia suspensum *KRESS ad art. 83. §. 2.* \* conuocatur, vt publicam delictorum animaduersionem intelligat.

\*\*\* Ibi circum mensam panno nigro obductam poni sellas denigratas quorundam locorum fert consuetudo.

\*\*\*\* Olim ieiuni, nec pileis, chirothecis aut armis instructi, adesse debebant. *I. P. S. III, 69.* Id quod etiam iudicii Westphalici ordo requirebat. *KRESS ad art. 82. §. 3. \** Hodie alicubi nigris vestimentis induti comparere iubentur.

### §. CCCIX.

pace firmatum est,

Statim atque iudex et scabini confederunt, seu sellas occuparunt, ille vel gladium vel baculum vel vtrumque manu m)

nu m) \* tēnens scabinorum primum rogat: *num confessus sit legitimus n)?* et vbi hic adfirmando respondit, secundum: *num hoc tempus iustum sit, quo pax iudicio constituto sanciri queat*, geheget werde? dein tertium: *quo modo pax sanciri debeat?* Modum, quem hic respondendo describit, obseruat iudex, ter pacem dum sancit iudicio. Quo facto rogat quartum: *Num iudicium criminale summum rite constituerit et pace sua firmauerit?* atque hoc quaestionem adfirmante, iubet praeconem per *proclama* significare populo, iam constitutum et sancitum esse iudicium, vt rite accedere queat capitis aliquem accusaturus \*\*.

\* Alicubi iudex manum chirotheca armare, atque gladium vagina reconditum coram populo extrahere et manu comprehendere tenetur.

\*\* Formulae interrogationum et responsionum variant. Quod intelliget collaturus formulas adhiberi solitas in Ducatu *Altenburgensi*, *Bayser pr. crim.* c. X. §. 6. nr. 16. seq. et *Holsarico*, *FUCHS introd. ad praxin Holsar.* IV, 3. principatu *Schwarzburgico*, *DOEPLER Schaupl. der L. und L. Strafen* p. I. p. 159. ciuitate *Lipsensi*, *Haym Lex. I. Crim.* p. 121. seq. *HEIL iud. et defens.* p. 478. *Mulbusina*, *Mühlhäuf N. D.* p. 96. *Wittenbergensi* V. *HERTEL c. d.* p. 48. praefectura *Warsenslebenf.* Id. p. 36. etc.

§. CCCX.

m) C. C. art. 82.

n) Ib. art. 84.

## §. CCCX.

prodit accu-  
fator, nec  
non

Tunc prodit accusator der Blut-Schreyer, petens (1) veniam consistendi coram iudice, et, (2) ea impetrata, determinationem modi, quo sibi liceat comparere, et N. accusare huius vel illius criminis. Postquam scabinorum vnus a iudice de modo accusandi rogatus respondit: er solle vor kommen mit gewasneter rechten Hand, mit ausgezogener geschliffenen Wehre, und mit Gerüste, zweyer und eins, wie recht und gewöhnlich ist, (3) accusator alibi ipse euaginat gladium, alibi petit a iudice sibi dari ministrum publicum, qui strictum gladium manu armata praeferat. Quo facto (4) *ter clamat o) vel quiritat \**, crimen illiusque auctorem nominans, et dein (5) accusationis formulam recitat, (6) petens, rei responsione secuta, ferri sententiam.

\* Formula quiritationis haec plerumque traditur: Zetter über N. N. als Thäter, daß er N. N. wider Gott und Recht vom Leben zum Tode gebracht. Ast haec in Saxonia fere tantum obtinet. Francones clamant: Wassen über N. etc. Saxones inferiores: Wapen, Wapen, Wapen, alii aliter. Haec verba et sequentia: Haisterband, Zister - vel Zister - band, armata vel calida manus, Zister, ioddit etc. vnum idemque significare notant KRESS ad C. C. art. 87. HOFFMANN obseru. Iur. Germ. p. 141. seq. Vnde nullus

o) C. C. C. art. 87. §. 1.

nullus dubito, quin statuam (1) hoc clamore adumbrari bellum illud priuatum, quo olim familia laesa homicidam persequabatur; (2) non esse, cur HEINECCIO *El. Jur. Germ.* lib. II. §. 28. accusatorem propterea gladio euaginato instructum reputes, quod rei familiam metuat.

§. CCCXI.

Reus interim ad iudicium solemne adducitur, et post condemnatur reus, ductus, rogatur: *num crimen, cuius accusatus est, confiteatur?* Adfirmando \* respondens, per sententiam, quae publice praefigitur, condemnatur, et simul baculus fractus \*\* p) abiicitur. Quo facto (1) accusator, impetrata venia, abit a iudicio, (2) condemnatus vero traditur carnifici \*\*\* q), qui (3) securitatem \*\*\*\*, si forte res male cederet, sibi stipulatur. Quae impetrata (4) iussu iudicis per lictorem significatur populo r), (5) in loco vel iudicii s) vel supplicii t), quo (6) reus, comitantibus eundem sic dictis clericis u), vel ducitur, vel vehitur. Cum hoc factum, (7) tum finitum proclamatur iudicium, (8) euertuntur mensa et subsellia x),  
atque

p) C. C. C. art. 96.

q) lb. eod.

r) lb. art. 97. BEYER de eo, quod iustum est circa carnifices. p. 28. seq.

s) *Haymens Lexic. I. Crim.* p. 132.

t) *Engau lus Crimin.*

z) art. 97.

u) WILLENBERG d. de officio ministri eccl. erga condemnatum ad mortem c. 2.

x) BEYER de expens. criminal. n. 749.

atque (9) iudex et scabini petunt locum, quo supplicium a reo sumendum est.

\* Reuocata confessione criminis, iudex actum executionis differt, et de nouo extraneos ICTOS consulit. C. C. art. 91. §. I. DONDORFF d. de reuocat. confess. per tormenta extortae §. 68. seq. HAMM d. de ratificatione confessionis in tormentis factae §. 43. Bayser pr. crim. c. X. §. 7. nr. 40. seq. p. m. 766.

\*\* Baculum, quo regimen et iurisdictio denotatur, antiquitus frugerunt germani, vt denotarent, iudicium finitum esse. KRESS ad C. C. art. 95. §. I. Erat itaque CLASEN ad c. a. statuens, fractionem baculi significare sententiam capitalem retractari non posse V. BECK d. de solemn. fractionis baculi ritu in exequenda supplicii extremi sententia §. 31.

\*\*\* Olim sententiam criminalem executioni dabant sacerdotes, KRESS de variis iurisd. gener. c. 2. obl. 2. §. 10. post scabinorum vltimus, BRUMMER de Scabinis c. V. §. 9. et c. VIII. §. 18. MEINDERS de iud. centenar. c. V. §. 29. BESOLD ib. pr. v. Scharf Richter, vel iudicialis nuntius, THOMASII d. de iurisd. differ. secundum mores germ. §. 81. vel sodalis vel accusator, BOEHMER d. de executionis poenarum capitalium honestate §. 40. Quandoque senior interemti agnatus homicidam capitis damnatum percutiebat gladio. MULLER Annal. Sax.

\*\*\*\* Cui ritui ansam dedit feritas plebis, carnificem, qui munere suo minus recte functus erat, olim sine mora opprimentis, KRESS ad C. C. art. 97. I. P. Bad. VII, 75.



proditorum corpora sunt *difsecata*, in quatuor vijs celebrioribus conspiciendae suspenduntur c).

§. CCCXIV.

mox sepelitur,

Cadauer puniti olim ab illius advocato peritum, et a iudice concessum, honesto *sepeliebatur* modo d). Hodie vero non nisi principe permittente potest (1) cadauer e rota aut patibulo per carnificem deponi, et sepeliri, multo minus (2) ab agnatis aliter, quam princeps concessit, terrae demandari.

§. CCCXV.

mox anatomicis traditur.

Sic quoque cadauer non nisi ex principis e) consensu ad *anatomiam*, publice in Academia aliqua instituendam conceditur. Hic consensus aut *specialis* et ad hoc vel illud cadauer directus est, aut *generalis*, vt in Saxonia elect. f), ducatu Altenburgico g), ducatu Magdeburgensi et principatu Halberstadiensi b).

§.

c) KVLPIUS d. de iure circa cadauera punitorum c. 2.

d) Auctor des Nichtsteigs c. 35.

e) CARPZOV *pr. skim.* qu. 137. nr. 72. seq.

f) *Rescr.* de A. 1662.

g) *Rescr.* de A. 1674. ap KAYSERUM c. l. p. m. 791.

b) *Privil. Acad. Halensis* art. 9.

§. CCCXVI.

Denique hic notes velim, quod *iudicis* Officium iudicis et fit, CAVERBI (1) vt executionem poenae capitalis sine iusta causa differat (§. CCCVII.), (2) vt sententiam capitalem reo denuntiet per virum truculentum, (3) vt mittat viros religiosos, qui condemnatum vel nequeunt vel nolunt ad vitam aeternam ducere (§ CCXCIII.), (4) vt prius constituat iudicium solemne, quam certus est de confessionis ratificatione sequenda i), (5) vt, vbi carnifex munere suo male functus est, utatur verbis: Du hast gethan, was Urthel und Recht mit sich bracht. Dicendum enim est: du hast das Urthel exequiret, aber nicht gerichtet, vel: du hättest es wohl besser machen mögen k).

§. CCCXVII.

*Actuarii* est, annotare (1) *modum* et *actuarii* *tempus*, quo, atque (2) *solemnitates*, sub quibus summum iudicium criminale constitutum, et post rei condemnationem finitum est; (3) modum, quo, et (4) personas, quibus praesentibus, sententia capitalis *executioni* data est; (5) quid cum *cadauere* actum sit.

Kk 3

§.

i) HEIL iud. et def. c. VI. §. 64. seq.

k) IDEM c. I. §. 66. pag. 464.



## §. CCCXVIII.

Processus  
contra mor-  
tuos institu-  
endus.

Reus criminis capitalis confessus et conuictus, immo ad mortem condemnatus, si ante supplicium moriatur, vel in cadauere poenam sustinet (lib. I. §. LXXXII, 3.) vel saltem afinino more sepelitur. Qui vero post mortem demum accusatur criminis, illius cadauer sepelitur, saluo tamen processu *l*), ad damnandam memoriam instituendo. Quo instituto, iudicis est, causam plene cognoscere, et mortuo defensorem constituere necessarium *m*), voluntario deficiente.

## TIT. XXVI.

DE

PROCESSV CRIMINALI CON-  
TRA ABSENTES IN-  
STITVENDO.

## §. CCCXIX.

Quia haectenus de processu criminali, contra praesentes instituendo, diximus: non possumus non et illa notare, quae obseruari iubent leges moresque, dum reus absens est. Agamus itaque de *processu contra absentes* in genere, et specia-

*D*) HOENN de cadaueribus  
punientorum c. 4. §. 6.

*m*) GVTIERREZ, lib. II.  
qu. 3. n. 21.

ciatim de processu bannitorio, quem iura statuunt Saxonica.

§. CCCXX.

Vbi reus delicti, quod vel capitalis vel corporis afflictiva poena manet, fugam capessit, iudex criminalis eum die fasto et nefasto potest, immo debet, *persequi*. Non tamen potest illum in alieno territorio capere, nisi (a) hoc speciatim permittat *lex, pactum, observantia vel privilegium n)*, aut (b) fugiat caterua *violatorum pacis publicae o)*. Hos sequela \* praefectoria in aliud territorium persequi licet, si fiat illud (α) in continenti p), (β) in campis et agris, et (γ) tantum vsque ad occursum gentis, in cuius territorium se receperunt facinorosi q).

Sequela praefectoria.

\* Quo casu pulsantur campanae R. I. 1522. tit. 27. et 1548. §. 20. et 1559. §. 23. seq. vel exploduntur bombardae, ut ciues concurrant, atque persequantur fugitivos.

Kk 4

§. CCCXXI.

n) MULLER d. de iure facinorosos sequela praefectoria persequendi c. 2. §. 12.

o) R. I. de A. 1555. §. 36. 37.

p) Ref. Frf. 1442. §. 5.

Handhabung des Landesfriedens 1525. tit vom Racheilen zu frischer That.

WILDVOGELII d. de persecut. delinqu. c. V. th. 3.

q) I. P. S. II, 71.

## §. CCCXXI

Requisitio  
iudicis extra-  
nei de reo  
fugitivo in-  
carcerando  
specialis, et

Vt plurimum reos, qui fugae se dede-  
runt, iudex persequitur, (1.) dum iudi-  
cem, in cuius banno degunt, requirit \*  
*de iis incarcerandis*, et, prout mores fe-  
runt, *remittendis*.

\* Iudex in literis requisitorialibus debet (1) de-  
monstrare, sibi competere iurisdictionem in reum,  
(2) qui nominatur, aut describitur, (3) quique  
fugit in bannum iudicis requisiti: (4) addere pe-  
titum de illo incarcerando et remittendo; (5) pro-  
mittere reuerſales litteras, (6) expenſarum reſu-  
ſionem, (7) ſportularum praestationem, ac deni-  
que (8) officia mutua.

## §. CCCXXII.

per literas  
arrestatorias  
facta.

Quando ignoratur locus, quo reus la-  
titat, iudex illum (II.) literis, quae *arre-  
statoriae* dicuntur, *Stech-Briefe* \*, vbique  
persequitur. Quae rite conditae (1) lo-  
quuntur *delictum*, quod, et (2) locum,  
quo illud commissum est; (3) illius *au-  
ctorem fuga elapsum* nominant, atque (4)  
a forma externa, cum primis faciei, nasi,  
capillorum etc. nec non aetate, loquela et  
vestibus describunt; (5) continent (a)  
*petitum* ad omnes et singulos iudices,  
quorum oculis subiiciuntur \*\*, directum,  
vt reum nominatum et descriptum carceri  
includere, custodire et remittere velit, qui  
illum in suo banno deprehensurus est; (b)

nomen et sigillum iudicis persequentis, atque (c) diem, quo datae sunt r).

\* Has iam olim fuisse cognititas patet ex MARCVLA FI app. c. 19.

\*\* Hi, vbi nomen et descriptionem rei vel personae suspectae notarunt sibi, literis arrestatoriis subscribunt tempus insinuationis.

§. CCCXXIII.

Quia vero forum deprehensionis non minus competens est, quam forum delicti (Capti re-  
missio, §. LIII.): sequitur (1) vt remissio, quae alicubi dicitur der Schub s), urbanitatis t) fit, nisi lex u), consuetudo, pactum x), praescriptio y), aut illius, qui iudici requirenti et requisito imperat, autoritas z) \* velit aliud. Lis iam mota a), et confronta-

K k 5 tio

r) *Etthold d. de literis incarcerat. patentibus c. 2. §. 18.*

s) *FROELICH comment. über P. S. G. O. I, 4.*

t) *MYLIU d. de remiss. facinoros. c. 3. §. 2. RICHTER decis. 15.*

u) *MAVRITIVS Opusc. p. 1021. f. MYLIVS c. 1. §. 10.*

x) *GAERTNER d. de eo, quod iustum est circa exhibis. reorum. §. 10.*

y) *HARPPRECHT conf. Tub. 49. nr. 9. seq. ENGELBRECHT de seruitus. iur. publ. sect. 2. m. 2. §. 11.*

z) *Ord. Prou. Sax. de A. 1555. tit. daß man die Uebelthäter so in den Nemt. verbrechen ic. Res. Grau. d. A. 1661. §. 45. LEYSER de reis absens. requirendis nr. 11. seq.*

a) *MYLIVS c. 1. §. 9.*

tio instituenda b) vix sunt iustae causae, cur necessario reus remittendus sit; (2) vt iudex requirens requisito et iam remittenti reuersales exhibere debeat, quibus fateatur \*\*: daß dergleichen Stell' und Lieferung aus blossen guten Willen Bittweise, keinesweges aber vermöge einiger Gerechtig- oder Schuldigkeit geschehen, er auch in dergleichen Fällen hinwiederum willfahren wolle c); (3) vt remissio fiat *sumtibus petentis* d); (4) vt *inuitus* remitti queat e).

\* Hinc. remissio ad forum priuilegiatum R. I. 1614. eiusdem territorii fieri debet (§. LII.), si vel maxime nulla praecedat requisitio. Quae quoque causa est, cur iudex hoc casu remittens nullas reuersales literas exigere queat. GAERTNER c. d. §. 8.

\*\* Alicubi formula literarum reuersalium determinata est per FACTVM, vt in episc. Eystadensi et marchion. Onoldino V. *Recess. zwischen Eysstatt und Onolzbach vom Jahr 1736.* p. 12. aut LEGEM, vt in Lusatia superiori V. *Corp. I. Lus. sup.* p. 276.

### §. CCCXXIV.

exhibito et Reus promissa remissione, ad *confinia* manu plerumque armata ductus, vna cum rebus

b) STRYK V. m. ff. tit. de iudiciis §. 27.

d) RICHTER c. decis.

c) FRITSCH II. de reuersal. c. X.

e) HORN class. XV. R. 75.

rebus apud eum inuentis, et actis illius causa conscriptis, exhibetur, qui illum requisivit, iudici.

§. CCCXXV.

Quumque nemini iurisdictionem in alieno territorio exercere liceat: facile est ad intelligendum, cur iudex, qui reum fugitium in alieno territorio persecutus est et remissum tulit, debeat iudices, per quorum banna ille ducendus est, (1) rogare ducendi facultatem, atque (2) hac impetrata, iis tradere *reuersales*, et (3) restituere sumtus, si quos illis reum ducendo fecerit *f*).

§. CCCXXVI.

Iudex eodem saepe tempore, quo literas arrestatorias circummittit, fugientis bona *annotat g*), annotata custodit \*, atque alienat ea, quae seruando seruari nequeunt *b*). Ex alienatis vxori liberisque alimenta *i*), atque iudici sumtus ad annotationem, causae cognitionem et rei persecutionem necessarij praestantur *k*).

\* Fugi-

*f*) MYLIVS c. d. c. 4.

*i*) Ibid. § 4.

*g*) C. C. art. 206. §. 1.

*b*) Ibid. §. 2.

*k*) KRESS ad art. 206.

- \* Fugientis consanguinei adnotata bona administrari, ea conseruanda, nec fugitio ante litem finitam danda, cauere tenentur. C. C. art. 206.  
§. 3. KRASS ad c. art. \* 1.

## §. CCCXXVII.

Reo deprehenso quid fiat?

Reo deprehenso, processus inquisitorius, quem supra delineauimus (Tit. IX. seq.), legitime instituitur. Quumque idem iuris sit, vbi reus adhuc latitans se sistit iudicio, postquam *saluum* impetrauit *conductum*, de hoc quaedam adducenda erunt.

## TIT. XXVII.

DE

## SALVO CONDUCTU.

## §. CCCXXVIII.

Saluus conductus, qui

Iudex reo, quem neque ipse (§. CCCXX.), neque per reuquisitos iudices (§. CCCXXI. seq.) carceri potuit includere, dare solet *saluum conductum*, seu scriptam eamque publico sigillo firmatam fidem de eo saluo conducendo, nec carceri includendo, si se iudicio criminali stiterit, citetur quo velit tempore.

## §. CCCXXIX.

in generalem et specialem dispescitur,

In *generalem* et *specialem* dispescitur, prout iudex securitatem a carcere ad iudici-

1) C. C. art. 76. 156.

ridicos dies restrinxit, aut ad quosvis dies sententiae criminali antecedentes extendit.

§. CCCXXX.

Vnde haec deriuo axiomata:

I. Saluus conductus datur cuilibet facinoroso, qui incarcerationi nequit,

II. si cauerit de iudicio fisci.

III. S. C. tribuit securitatem ei, qui carcerem metuit ob crimen, cuius est suspectus iudici.

IV. Tribuit temporariam tantum securitatem.

V. Cessat, statim atque conductus fidem, quam dedit, temerat.

§. CCCXXXI.

Ex primo axioma (§. pr.) discimus (1) <sup>facinoroso latitanti,</sup> cuiuslibet sceleris *m*) architecto, huiusque socio, qui fugitiuus est, nec potest detegi, si vel maxime crimen sub conditione confessus sit *n*), neuiquam vero (2) ei, qui in vinculis est *o*), dari saluum conductum; (3) adesse causam, cur pronun-

*m*) Glaser d. de saluo cond. c. 3. nr. 4.

cond. §. 1.

*o*) BERGER E. I. C.

*n*) Wesser d. de saluo suppl. p. II. obf. 179.



nuntient Icti : daß dem flüchtigen N. zu vörderst nachzutrachten, und sich dessen Person zu versichern, ihn sofort zc. Wosern aber, nach allen angewendeten Fleiß, selbiger persönlich nicht zu erlangen seyn sollte, ist ihm das gebetene sichere Geleit zc.

## §. CCCXXXII.

Ad secundum (§. CCCXXX, 2.) notes, *ubi cauit de iudicio fisci*, (1) *reum* (a) ad pecuniae summam, ex sua ipsius conditione, nec non delicti et indiciorum qualitate determinandam p), fideiussoribus \* aut pignoribus datis, vel, quod tamen fit rarissime, praestito, iureiurando q) cauere, et, (b) ad citationem comparere, aut saltem contumaciam purgare debere, ni velit cautionem perdere, atque facere, (c) vt conueniantur fideiussores, qui iudici locum significare nequeunt, ex quo facile possit retrahi: (2) *fideiussores* liberari ex illo die, quo reus includitur carceri, nisi cauerint iudicatum solui r); (3), cautione nondum praestita, vel cessante, vix locum esse saluo conductui.

\* Cauent vel tacto iudiciali baculo, vel tradito obligationis instrumento. V. KAYSER *pr. crim.* p. II. p. m. 173. seq.

## §. CCCXXXIII.

p) HEIL *iud. et defens.* c. 2. §. 19. r) BRUCKNER *d. de salu. cond. th. 31.*  
q) MEVIVS *p. IV. dec. 4.*

## §. CCCXXXIII.

Tertium (§. CCCXXX, 3.) nos docet <sup>praestat secu-</sup> <sup>ritatem</sup> axioma (1) reum secure ad iudicium ire et inde recedere posse *s*); (2) non nisi iudicis criminalis illiusque competentis (§. XLIV. seq.) *t*) esse, saluum conductum alicui concedere; (3) iuris esse, vt concessus feruetur *u*). Itaque tantum abest, vt iudex reum conductum, praeuia verborum in formula *S. C.* adhibitorum captatione, carceri includere *x*), aut alia iniuria adficere possit, vt potius illum contra cuiusuis iniuriam defendere, et literas incarcerationis patentes ad extraneos missas reuocare \* debeat. Quae tamen reuocatio non impedit, quo minus iudex extraneus reum deprehendere et inquisitioni subiicere possit *y*).

\* Concesso saluo conductu literas arrestatorias reuocari adfirmant alii, alii negant. GRANZ *def. inq.* c. V. m. 1. l. 1. n. 25 seq. HEIL *iud. et def.* c. II. §. 15. Vnde satius est, vt formulae salui conductus haec inserantur verba: Gestalt wir männiglich, dem hiebevor unsere wider dessen Person ausgeschickte Steck- & Briefe zukommen sind,

- 
- s*) MBEVIVS ad-1 *Lub.* nr. 51.  
 I, 1, II. nr. 116. *x*) LEYSER d. de saluo conductu nr. 10. seq.  
*z*) TREVTLER *Vol. I.* *disp.* V. *rb.* 6. lit d. *y*) CARPZOV *pr. crim.*  
*u*) LYNCKER *R.* 185. qu. 112. nr. 55.

sind, ihn in der Zeit frey und ungehindert zu, und abreisen zu lassen, dienstlich hiermit ersuchet haben wollen.

§. CCCXXXIV.

Ex eodem (§. CCCXXX, 3.) intelligere potes (4) saluum conductum vix extendendum esse ad crimina, de quibus non loquitur, siue haec tempore, quo ille concessus est, ignota siue cognita fuerint iudici conducenti. Hinc qui saluum conducere promisit Titium qua furem, eum qua homicidam carceri potest includere 2).

§. CCCXXXV.

temporari-  
am.

Saluus conductus securitatem ad tempus tantum tribuit (§. CCCXXX, 4.), et quidem vel *certum*, quod currit de momento in momentum, vel *incertum a)*, vtli scriptum fuerit: bis zu Ausgang der Sachen, bis etwas Weinliches erkannt worden. Vnde in *temporarium* et *perpetuum* iure non diuiditur *b)*. Notes praeterea, quod saluus cesset conductus, quisquis sit, statim atque sententia criminalis lata \* est *c)*.

\* Lapsus

2) Diff. Weser c. d. re salui conductus c. 2.  
c. VII. nr. 6. nr. 52.

a) GLAESERVS c. d. §. c) Gläser c. d. §. 115.  
106. 108. ZANGER de except. p.  
II. c. 4. nr. 14.

b) Windheim d. de iur.

\* Lapsus decendii non requiritur, nisi salui conductus formulae haec inserta fuerit clausula: und er selches abzulehnen nicht vermag. **BRUNNE-MANN** *proc. inquis.* c. VIII. m. 6. nr. 22.

## §. CCCXXXVI.

Ex quinto axioma ( §. CCCXXX, 5.) Fides data a facinoroso seruanda est. intelligere potes, includi posse carceri saluo conductu munitum, (a) qui de nouo deliquit, aut (b) iudicio se stetit, sed factum vel plane non vel in scripto tantum enarrare voluit *d*), itidem (c) qui determinatae securitatis concessioni vix stetit. Sic saluo conductu generatim munitus ( §. CCCXXIX.), si extra diem iudicum deprehendatur in banno conducentis, mancipari potest carceri.

## §. CCCXXXVII.

Defensor, vbi (i) principi vel iudici Quid sit de defensoris, vbi S. C. impetrandus, aut criminali retulit, absentem (a) conqueri de modo, quo iudex adhuc contra eum processit, (b) paratum esse ad innocentiam suam deducendam, dummodo iudicio a carcere tutus interesse possit, (c) sibi in mandatis dedisse, petere saluum conductum, atque hanc illamue cautionem

---

*d*) *id. c. d. §. 100. seq. FARINACIUS pr. cr. q. 19. nr. 59. 65.*

*Engau Ius Crimin. LI*

nem offerre, (2) decenter petat saluum conductum, eumque (3) specialem. Curret praeterea (4) vt impetret S. C. qui ad crimen denunciatum et denuncianda extenditur, (5) cuiusque formula scripta et sigillo publico munita est, nec (6) verba captiosa et dubia e), sed (7) expressam literarum incarcerationis reuocationem continet (§. CCXXXIII. \*). Porro CAVEAT, (8) vt prodat locum, quo latitat reus (§. CCCXXXI, 3.), aut (9) hunc iudici ad praestandam cautionem iuratoriam, vel aliud quid faciendum f), prius sistat, quam legitimam salui conductus formulam impetrauit \*; (10) ne ab illo quoque principe saluum conductum impetret, per cuius territorium reo ad iudicium tendenti eundem est g).

\* Vix enim vsu obtinet paroemia: die Ladung trägt das sichere Geleit auf den Rücken nach sich. BRUNNEMANN *pr. inquis.* c. VIII. m. 6. n. 16. ROMANI *d. de saluo conduct.* §. 16.

### §. CCCXXXVIII.

iam impetratus est.

Salui conductus formula a iudice, vel quod

e) CARPZOV C. qu. §. 86. nr. 58.

f) GLAESERVS C. d. g) OLDEROP *tit. 3.* obs. 28. nr. 7.

quod tutius est *b*), a principe impetrata, defensoris est (II) iniungere reo, vt ne (a) eam originalem relinquat iudici \* vel alii, aut (b) delinquat denuo (§. CCCXXXVI.), aut (c) generali tantum saluo conductu munitus alio quam iuridico die commoretur in conducentis principis territorio, iudicisue banno, aut (d) se sistat iudici tempore, quo publicanda est sententia (§. CCCXXXV.). Satius est, vt in termino publicandae sententiae compareat defensor, sententiam publicatam habens, atque, si ea quid mali contineat, ad vltiorem defensionem prouocans.

\* Huic tamen salui conductus formulam a principe acceptam ad recognoscendum et describendum producere debet.

## TIT. XXIX.

D E

## CITATIONE EDICTALI.

## §. CCCXXXIX.

**P**er *edictum* citatur reus, qui nullo modo ex fuga reduci potuit, neutiquam vero ille, de cuius constat domicilio, si vel maxime iudex domicili, a iudice delicti requisitus, illum captiuum ducere et remittere, vel ob ius de non euocando, Subsidiaria est

Ll 2

do,

*b*) KAYSER *pr. cr. p. II. §. 69, OLDEK. obf. cr. III. 28.*

do, quo gaudet *i*), vel ex alia causa noluerit (§. CCCXXIII) *k*).

## §. CCCXL.

citatio edictalis.

*Citatio edictalis* ita debet conscribi, ut (1) loquatur speciem criminis commissi, (2) testetur, iudicem citantem ignorare locum, quo degat reus, (3) ponat triplicem terminum, addita (4) peremptoria clausula, et (5) concessione salui conductus generalis.

## §. CCCXLI.

Reo non comparente

Qua in trium diuersorum principum territoriis legitime ad- et re-  
fixa, citatus, qui in termino comparere noluit *l*), habetur et declaratur contumax.

## §. CCCXLII.

vel condemnationi locus est,

Quo facto, iudex acta perlustrans probe attendit: sit absens criminis convictus vel confessus, nec ne? Illo casu fertur sententia, quae, ubi infamiae, relegationis vel pecuniariam poenam irrogat, verae, sin corporalem aut capitalem, imaginariae datur executioni. Illud tamen ad-

*i*) LEYSER sp. 80. m. 7. 8.

*de foris concurrentibus delinquentium* c. 2. §. 29.

*k*) WILLENBERG d.

*l*) SCHOEFFE *resol. Tubing.* 183.

adhuc notes velim, quod *executioni in effigie* tunc demum locus dari soleat, vbi crimen, cuius confessus aut conuictus est latitans, annumeratur atrocissimis *m*).

## §. CCCXLIII.

Sin suspectus delicti capitalis, de cuius corpore fatis et legitime constat *n*), neque confessus sit, neque fat conuictus: tribus edictis citatus proscribitur, seu banno subiicitur, quod veteribus erat *forbannire*, *verbannen* *o*).

## TIT. XXIX.

DE

## PROCESSV PROSCRIPTIONIS

speciatim

## BANNI SAXONICI.

## §. CCCXLIV.

**P**roscriptio vel *imperialis*, vel *prouincia-* Proscriptio vel imperialis  
*lis* esse dicitur. *Illa* pacis publicae viol-

LI 3

*m*) STRVVI ET WICHTII d. de executione in effigie.

MEIERI d. de iudicio ban-  
 nitorio §. 10. seq.

*n*) I. P. S. I, 67. seq.

*o*) L. Ripuar. 87. Lon-  
 gob. l. 25, 62. seq. Capit.

Suen. c. 91. §. 1. 2.  
 CARPZOV q. 140. n. 49.

III, 49. seq.



violatoribus \* in vniuerso imperio, *haec* aliis criminosis in territorio vel iurisdictione quadam particulari ius secure commorandi \*\* adimit *p*); *illa* cum vitae periculo antiquitus coniuncta fuit *q*), *hanc* vero passus capi tantum a quolibet, et iudici exhiberi, potuit.

\* Contumacium in causis ciuilibus proscriptionis, vi cuius in banniti bona immittitur, et, hoc postea comparente contumaciamque purgante, fructus interim perceptos lucratur actor, *Ord. Cam.* p. III. tit. 43. §. 1. 2. 3. tit. 46. §. 2. tit. 48. §. 5. seq. hodie penitus sublata est. *R. I.* 1654. §. 6.

\*\* Olim cum, qui proscripto receptum dederat dolo malo, mulctabant Saxones *I. P. S.* III, 23. Sueui vero eadem poena prosequerantur, quae proscripto erat subeunda. *Spec. Suen.* cap. 150.

### §. CCCXLV.

vel prouincialis est.

Hodie proscriptio prouincialis, quod ad modum procedendi, proscribendi, et legitimas proscriptionis causas, admodum variat. Nam (1) alibi *simplex* tantum siue inferior, alibi et *superior* obtinet vsu; (2) alibi cuiusuis delicti capitalis, alibi manualis tantum caedis *r*) reus, vbi

*p*) *I. P. S.* I, 71. ibi ad *I. P. S.* III, 34.  
que *Gl.*

*q*) *Ordn. des Kampf=*  
*Ger. am Land=Gericht*  
*zu Francken* §. 13, *ZOBEL*

*r*) *STRYK d. de pro-*  
*clamas. et hanno homici-*  
*dae c. 3. MEYER d. de*  
*iudicio bannitorio* §. 18.

vbi fugitius est, nec ad tria edicta comparet, proscribitur. Omnium maxime differunt solemnia verba, quae hinc et inde tempore iudicii criminalis des Nothpeinl. oder Achts & Gerichts pronunciar solent. Id quod cognoscet collaturus die Mühlhäusische Proceß-Ordnung s), STRYKIVM t), HEIL u), KAYSERVVM x) aliosque. Iam videamus processum banitorium, qui viget in Saxonia.

## §. CCCXLVI.

